CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM
LATINORUM

VOL. XCV/1

CORPUS SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM LATINORUM

EDITUM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE SCIENTIARUM AUSTRIACAE

VOL. XCV/1

HUIC VOLUMINI EDENDO CURAM CONTULIT
INSTITUTUM PATRISTICUM AUGUSTINIANUM


Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

Wien 2011



ÖAW

SANCTI AUGUSTINI OPERA



ENARRATIONES IN PSALMOS 101–150

PARS 1:

ENARRATIONES IN PSALMOS 101–109

EDIDIT

FRANCO GORI
ADIUVANTE CLAUDIO PIERANTONI

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

Wien 2011



ÖAW

Vorgelegt von w. M. Kurt Smolak in der Sitzung
am 1. Oktober 2010

Zur Erstellung der Edition wurde das Programm
„Classical Text Editor“ verwendet.

Die verwendete Papiersorte ist aus chlorfrei gebleichtem
Zellstoff hergestellt, frei von säurebildenden Bestandteilen
und alterungsbeständig.

Alle Rechte vorbehalten
ISBN 978-3-7001-6947-5
Copyright © 2011 by
Österreichische Akademie der Wissenschaften
Wien
Druck und Bindung: Prime Rate kft., Budapest
http://hw.oeaw.ac.at/6947-5
http://verlag.oeaw.ac.at

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

Praefatio 7
Ubi vel quando psalmi 101–109 expositi sint 7
Libri recensiti 8
Descriptio codicum quibus editio nititur 9
De codicum cognatione 12
De huius editionis ratione 18

Conspectus siglorum 21
Codices 21
Testimonia veterum scriptorum 22
Editiones 22
Abbreviationes et signa in apparatibus adhibita 23

Enarrationum textus 25
In Psalmum CI, Sermo I 25
In Psalmum CI, Sermo II 47
In Psalmum CII 68
In Psalmum CIII, Sermo I 108
In Psalmum CIII, Sermo II 138
In Psalmum CIII, Sermo III 150
In Psalmum CIII, Sermo IV 185
In Psalmum CIV 208
In Psalmum CV 236
In Psalmum CVI 264
In Psalmum CVII 285
In Psalmum CVIII 288
In Psalmum CIX 316

PRAEFATIO

Nulla ratio est neque causa cur suo libro congestas Augustini Enarrationes 101–109 in publicum demus, quas in unum corpus non redigat qui vel incerta tempora et diversa earum cuiusque consideret, vel rerum argumentorumque expositiones inter se neque praecipue conexas neque peculiariter accommodatas animadvertat. Nos tamen pro nihilo habendum non putavimus codices nec paucos nec deteriores ab ipsa prima Enarratione tertiae quinquagesimae (sc. ab En. 101) praemissis titulis litteris grandioribus exaratis incipere[1]; neque praetereundum Enarrationes 110–117, ratione temporis et argumentorum haud dubie in unum copulatas[2], a nostris seiungendas esse.

Ubi vel quando psalmi 101–109 expositi sint

De loco et tempore Enarrationum, quas edimus, pauca certa vel saltem probabilia inveniuntur in dissertationibus nostrae aetatis, ut patet ex compendio edito ab Hildegund Müller[3].

Sermonem priorem Enarrationis 101 habitum esse pridie quam sermonem alterum eiusdem Enarrationis patet ex 101,2,1, probabiliter circa a. 404–405, ut putat Hombert[4]. Enarrationem 102 dictam esse paucis diebus interiectis post sermones quattuor Enarrationis 103, utramque autem ad eas pertinere quas Augustinus habuit Carthagine[5] mense decembri, probare voluit La

---

[1] Inter codices qui vel ab En. 101 incipiunt vel eidem Enarrationi titulum praemittunt evidentioribus litteris exaratum, memorandi sunt *K*, *A*, *C*, H_1, *G*, *Gt*, *N*, *Ly*, An_3.

[2] Cf. A.-M. La Bonnardière, *Recherches de chronologie augustinienne*, Études Augustiniennes, Paris 1965, pp. 143–164; P.-M. Hombert, *Nouvelles recherches de chronologie augustinienne*, Paris 2000, p. 240, n. 12.

[3] H. Müller, art. *Enarrationes in Psalmos, A. Philologische Aspekte*, in: Augustinuslexikon 2, coll. 804–838 (col. 821).

[4] Hombert, p. 631.

[5] Cf. En. 103,1,13,21: *Vide quid faciat civitas* (sc. *Carthago*) *ubi abundant spectacula*. Cf. etiam En. 102,12,14 (*pridem exposuimus*) cum 103,3,9–10.

Bonnardière[6]; non anno tamen 409, sed a. 403 firmioribus argumentis ipsam tribuit Hombert[7]. Eandem En. 102 habitam esse paulo post En. 80 et 146 die Mercurii festo martyrum constat[8]. Sermones vero Enarrationis 103 paulo post En. 147 dicti sunt[9]. De loco autem et tempore ceterarum, vel dictatarum (104, 105, 107, 108) vel dictarum (106 et 109), nihil invenimus.

Libri recensiti

In enumerandis Enarrationum codicibus quibus opibus instrumentisque usi simus et quam rationem secuti, iam alibi diximus[10]. Itaque ad hanc editionem parandam, sicut in tomis iam editis (CSEL XCV,3; XCV,4 et XCV,5), recensionem codicum perduximus a vetustissimis usque ad eos qui saeculo XI tribuendi sunt; quibus recentiores quosdam addidimus, qui, etsi nihil textui statuendo prosunt, nonnullius tamen momenti sunt ad vices ipsius patefaciendas. Itaque libri, quos recensuimus, numero sunt triginta et novem, e quibus decem et septem, quos nullius usus iudicavimus ideoque neglegendos, hic continuo enumeramus:

e_3	Karlsruhe, Bad. Landesbibl., Aug. CLII	IX	1–150 (exc.)
w	Zürich, Zentralbibl., Car. C 30	IX	epit. Walahfr.
w	Paris, Bibl. Nat., Lat. 1979	IX-X	epit. Walahfr.
H_5	Fulda, Hess. Landesbibl. Aa 28	X-XI	101–150

[6] A.-M. La Bonnardière, *Les Enarrationes in psalmos prêchées par saint Augustin à Carthage en décembre 409*, RecAug 11 (1976), pp. 52–90 (pp. 57sq.; 76–90); cf. etiam Hombert, p. 563, n. 23.

[7] Hombert, pp. 563–588.

[8] Cf. En. 80,23,9sqq. cum 102,3,12, et En. 80,3 cum 102,8,37 (*recens illa tractatio psalmi*); La Bonnardière, *Les Enarrationes in psalmos* ... , p. 89; Hombert, p. 563, n. 25.

[9] Cf. En. 103,1,12 cum En. 147,22, et locum En. 147,13,35 cum 103,3,3,10sq. (*ut iampridem diximus, nemo exit amicus, et quo nemo intrat inimicus*).

[10] CSEL XCV,3, p. 14 (cf. etiam H. Müller, CSEL XCIV,1, p. 9).

V_4	Città del Vaticano, Barb. Lat. 591	X-XI	72–150
w	St. Gallen, Stiftsbibl. 313	X-XI	epit. Walahfr. (77–150)
Bou_1	Boulogne-sur-Mer, Bibl. mun. 61	XI	101–150
F	Firenze, Bibl. Laur. XVI, dext. II	XI	83–150
Mn_2	München, Bayer. Staatsbibl. Clm 3713	XI	91–118
P_{15}	Paris, Bibl. Nat., Lat 1987	XI	51–150
P_{24}	Paris, Bibl. Nat., Lat. 16723	XI	1–150
R	Roma, Bibl. Angelica 1087	XI	101–150
So_1	Saint-Omer, Bibl. mun. 291–2	XI	72–150
D	Durham, Cath. Libr. B II 14	XIex.	101–150
Sh_1	Schaffhausen, Ministerialbibl. 17	XIex.	101–150
O_5	Oxford, Bodl. Libr., e Mus. 7 (S. C. 3568)	XI-XII	101–150
R_4	Roma, Bibl. Vallicelliana XX	XI-XII	68–147 fr.

Descriptio codicum quibus editio nititur

Ad textum igitur constituendum codices viginti et duos selegimus:

A Augiensis, nunc Karlsruhe, Badische Landesbibl., Aug. XXXVI, saec. IX, Enarrationes 101–150 habet[11]. Scriptura Carolina exaratus, testis est familiae *δ*.

An_3 Andegavensis (Angers), Bibl. Mun. 171 (163), saec. XI, Enarrationes 101–150 praebens, tertius est tomus ex tribus totum opus complectentibus[12]. Testis est incontaminatus et fide dignus hyparchetypi *ε*.

[11] Cf. quae scripsimus in CSEL XCV,3, p. 18.

[12] Cf. *Catalogue général des Manuscrits des Bibliothèques publiques de France*, XXXI, Paris 1898, p. 245; A. Wilmart, *Miscellanea agostiniana*, 2, Roma 1931, p. 300.

Bn$_2$ Berolinensis, Staatsbibl., Phillipps 1657, saec. IX-X, Enarrationes 101–150 continet.

Br$_1$ Bernensis, Burgerbibl. 117, saec. X, litteris Carolinis exaratus, Enarrationes 74–150 continet[13].

C Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 12179, saec. IX, ex libris monasterii S. Petri Corbeiensis, Enarrationes 101–110 exhibens, nonus est tomus ex tredecim qui totum corpus Enarrationum continent[14].

e$_3$ Monacensis, Bayer. Staatsbibl., Clm 14176, saec. IX, excerpta ex Enarrationibus 101, s.1; 102; 103, s.1; 103, s.2; 103, s.3 tradens plerumque cum α_2 concordat[15].

F$_2$ Laurentianus S. Marci 645, saec. X-XI, membranaceus, 475 x 355 mm., duobus tomibus continet Enarrationes 73–150, facitque cum familia α.

f$_2$ Frustula unius bifolii, saec. VI-VII, scriptura unciali exarati in duobus mss. (Boulogne-sur-Mer, Bibl. mun. 27 [32] + St. Omer, Bibl. mun. 150) servata, quae Enarrationum 102,13 et 103,s. 3,5 fragmenta continent[16].

G Sangallensis, Stiftsbibl. 166, membranaceus saec. IX, Enarrationes 101–118 continens, quintus tomus est ex quinque (olim sex) qui ab abbate Grimaldo binis columnis litterisque Carolinis exarati Enarrationes 1–118 comprehendunt[17]. Testis est familiae Germanicae δ artius cognatus cum *A*.

Gt Gentavensis (Gent), Universiteitsbibl. 96 (457), membranaceus ff. 158, 370 x 265/280 x 200 mm., enarrationes 101–118 complectitur. Littera Carolina saec. IX exaratus, ex ε pendet una cum *N*.

---

[13] Cf. CSEL XCV,3, p. 19.

[14] Cf. F. Gori, CSEL XCV,3, Wien 2001, p. 19; C. Weidmann, CSEL XCIII,1A, Wien 2003, p. 44; H. Müller, CSEL XCIV,1, Wien 2004, p. 29.

[15] Cf. *ibid*. XCIII,1A, p. 49.

[16] Cf. CLA VI, 734.

[17] Cf. CSEL XCIII,1A, p. 51; XCIV,1, p. 32.

K Coloniensis, Erz. Diöz. u. Dombibl., Dom. 67, saec. VIII-IX[18], Enarrationes 101–150 habet.

H_1 Fuldensis, Hess. Landesbibl. Aa 17, membranaceus saec. IX in.[19], Enarrationes 101–150 continet, testis familiae *δ*. Manus vero correctoris (*H_1pc.*) saepius cum α_2 consentit.

Ly Lugdunensis (Lyon), Bibl. mun. 451 (380), membranaceus, ff. 101, 242 x 190 mm., saec. IX, textum Enarrationum 101–103 habet littera Carolina exaratum.

Mc_2 Casinensis 27, membranaceus saec. XI, pp. 492, 485 x 300 mm., littera Beneventana binis columnis exaratus est eadem manu qua codex Casinensis 26, quocum videtur olim liber unus fuisse. Continet Enarrationes 71–129, et cum familia Italica *α* facit[20].

N Namurcanus (Namur), Musée Archéol. 1, membranaceus saec. IX^2, tribus columnis exaratus testis potissimus est hyparchetypi *ε*, totum corpus Enarrationum colligens[21].

P_{23} Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15290, saec. XI[22], Enarrationum 74–150 textum mixtum habet plerumque cum *ε* facientem et stricte cognatum cum *Br_1*.

P_6 Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15293, saec. XI-XII, contaminatus ac depravatus est testis Enarrationum 101–150, consimilis Trecensi *T*[23].

S Monacensis, Bayer. Staatsbibl. Clm 15804, saec. IXin.[24], Enarrationes 101–120 habet ex χ pendens una cum *K*.

---

[18] Cf. *ibid*., XCV,3, p. 21; XCIII,1A, p. 42; XCIV, p. 28.
[19] Cf. *ibid*., XCV,3, p. 21.
[20] Cf. M. Inguanez, *Codicum Casinensium manuscriptorum catalogus cura et studio monachorum S. Benedicti archicoenobii Montis Casini*, Romae 1915.
[21] Cf. CSEL XCV,3, p. 21sq.; XCIII,1A, p. 49; XCIV,1, p. 33.
[22] Cf. *ibid*., XCV,3, p. 22.
[23] Cf. *ibid*., p. 22.
[24] Cf. *ibid*., p. 23.

T Trecensis (Troyes), Bibl. Mun. 40, saec. XII, libro P_6 consimilis[25] continet Enarrationes 50–150.

V_2 Vaticanus, Lat. 455, saec. XI, testis praecipuus est familiae α[26]. Lectiones vero correctoris (V_2 *pc*.) eiusdem fere aetatis cum α_2 consonant. Enarrationes 101–150 continet.


X Bruxellensis, Bibl. Royale 5560, membranaceus saec. XI, ff. 231, 345 x 260 mm. (f. 1^v: 'Liber ecclesie sancti petri gemblacensis'[27]) permixtum textum Enarrationum 101–150 habet, binis columnis exaratum plerumque cum ε consonantem.

Y Aurelianensis (Orléans), Bibl. mun. 47 (44), olim Floriacensis, membranaceus saec. X, pp. 772, 384 x 303 mm., litteris Carolinis scriptus binis columnis continet textum mixtum Enarrationum 101–150.

De codicum cognatione

Codicum, quibus ad textum constituendum usi sumus, recensio nobis non dedit ut eorum omnium cognationes penitus agnosceremus, quippe cum haud pauci, ut infra dicemus, textum praebeant lectionibus diversarum originum permixtum. Attamen eorum saltem librorum, qui minus vel minime contaminatione sunt inquinati, hoc stemma effingere valuimus.

[25] Cf. *ibid*., p. 23; XCIV,1, p. 34sq.
[26] Cf. *ibid*., p. 23.
[27] Cf. J. Van den Gheyn, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque royale de Belgique*, Bruxelles 1902, p. 116.



Traditio ergo Enarrationum 101–109 in duos ramos dividitur, scilicet ex archetypo ω duo exemplaria profluxerunt litteris π et ε notata. Deinde ex hyparchetypo π originem traxerunt codicum familiae duae, id est α et δ; tertia vero familia ex ipso hyparchetypo ε nata tribus saltem codicibus, de quibus infra dicemus, praeter dubium constat; quarta denique familia, quam littera χ signavimus, lectionibus modo ex π modo ex ε depromptis textum mixtum praebet.

Quae cum ita sint in quattuor familias codices, etsi non omnes quos recensuimus, ita nobis distribuere licuit, eorum vel consensus vel dissensus ratione habita:

α: V_2 α_2 (=F_2 Mc_2)
δ: A G H_1
ε: N Gt An_3
χ: K S

Ex cognationum schemate intellegimus lectionem familiae α trium codicum (V_2 F_2 Mc_2) testimonio concordante restitui posse. Quoniam tamen ex his duo, scilicet F_2 Mc_2, de α manaverunt exemplari quodam interposito α_2 quod non raro lectiones

ab ε vel etiam a χ in se recepit, fieri potest ut lectio α tradatur uno tantum libro V_2, et consensus libri V_2 cum δ satis sit ad restituendam lectionem hyparchetypi π. Testis autem α_2 cum libro V_2 concordans satis utilis nobis fuit ad superius exemplar α restituendum; at vero lectiones eiusdem α_2 propriae, quibus fere semper consentiunt emendatores V_2 (*pc.*) et H_1 (*pc.*), nullius usus fuerunt ad textum confirmandum.

Undecim libris in quattuor familias distributis, de quibus mentionem fecimus, addendi sunt alii decem, scilicet *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *Y X* P_6 *T* e_3, qui eiusdem traditionis testes sunt ex archetypo ω ortae et per hyparchetypos π et ε defluxae, quamquam permixtione lectionum pertinaciter obstante nec in familiam, ut ita dicam, eos includere nec in stemmate certum in modum collocare nobis licuit. De eorum usu ac pondere haec breviter notanda existimavimus:

Corbeiensis *C* cum familia δ plerumque faciens, lectionibus aliunde aliquando deductis pollutus est. Eius scripturam castigavit corrector quidam (*C pc.*) saeculi X, qui raro eam emendavit ope iudicii, ut videtur, saepius autem exemplari quodam fretus familiae ε;

librorum P_6 *T* testimonio concordante restituitur exemplar ζ, quod lectionibus diversarum originum permixtum ac depravatum usui nobis non fuit, nisi ad fortunam quae dicitur Enarrationum illustrandam;

liber Bn_2 utilis tantum fuit ad edendos Enarrationis 101 duos sermones, quorum lectiones in hoc libro cognatione proximae sunt familiae ε, cum in eodem cetera de Coloniensi *K* descripta esse videantur;

Lugdunensis *Ly* textum mixtum habet plerumque cum ε consonantem;

codicem Bernensem Br_1, qui nisi in ipsa bibliotheca legi potuit, tantum usque in finem Enarrationis 102 contulimus,

quantum satis erat ut probaremus, quod in superioribus voluminibus scripsimus[28], eum cum Parisino P_{23} artissime cognatum esse pariterque testem esse mediocris vel minimae utilitatis proximum familiae ε;

Bruxellensis *X*, etsi nullius ponderis est, tamen ea causa recensitus et collatus est quod ex eo non raro lectiones manaverunt ab editoribus Lovaniensibus probatae ac deinde Maurinae editionis gratia vulgatae;

codex *Y* textum praebens permixtum et Parisino P_{23} proximum, testis est parvi vel minimi momenti;

excerpta Monacensia e_3, plerumque cum α_2 consonantia, nihil textui constituendo prosunt.

Nunc stemma supra effictum probamus et explanamus florilegio habito errorum quibus non singuli codices, sed potius eorum familiae vel coniunguntur vel separantur:

Errores familiae α

101,1,1,49 dei *om.* α *ma* 101,2,4,14 unde speculatio *om.* α 102,18,6 confirmavit ... eum *om.* α 103,1,6,20 in ... iacebat *om.* α 103,3,2,50 voluit] discipulos dominus *add.* α 104,7,52 filius ... in aeternum *om.* α 106,13,20 posuit ... desertum *om.* α 108,20,7 quia] quando α; *om.* δ 109,12,42 dei] inspiciendam *add.* α

Errores familiae δ

101,1,19,8 in ... autem] nunc a δ 101,2,9,39 exigua gutta] exiguitatem δ 102,2,31 et ... 3,1 dominum *om.* δ 103,1,3,7 crescas] cras δ 103,2,11,43 medius inter montes] medio sint et montes δ 103,3,2,5 fontibus] montibus δ 103,4,3,24 spectaculo] speculo δ P_{23} 104,1,19 vel ... 21 eius *om.* δ 106,9,13 civitatis ... inveniebant] habitationis non invenerunt nec civitatis δ

[28] Cf. CSEL XCV,3, p. 22.

107,1,8 decimi *om.* δ 108,11,2sq. utique ... est *om.* δ 109,1,3 psalmum ... modo *om.* δ

Huius familiae codex *G* tali modo cum *A* artius facit ut descriptus videatur de ipso. Tamen praecavendi causa et antiquitatis ratione eum excludere noluimus.

Errores hyparchetypi π

101,1,7,36 locorum ... sunt *om.* π 102,13,26 exspectaculis] spectaculis π ζ *C Ly* 103,1,2,5 benedic π *C* 104,16,6 in *om.* π 106,7,17 fratres *om.*π 109,19,22 hoc] omni π

103,2,11,29sq. securus ... credidisti *om.* V_2 δ 103,4,1,2 ora] oratio V_2 δ 103,4,4,24 multi ... crediderunt *om.* V_2 δ 104,16,9 duri *om.* V_2 δ 104,17,24 possent *om.* V_2 δ 106,4,4 quater repetit] qui ferre potest V_2 δ 107,1,11 in fines] ad finem V_2 δ *C* 108,4,30 boni[2] *om.* V_2 δ 109,12,49 interfecerunt ... videntes *om.* V_2 δ

Errores copulativi π χ

101,1,8,27 non *om.* π χ *Ly* 101,1,14,8 venit *om.* π χ ζ *C* 101,2,10,39 hoc[1] ... meum *om.* V_2 δ χ *C* 102,4,12 non] in π χ 103,2,2,11 tam facile sit *om.* π χ 103,3,10,27 providus] prorsus V_2 δ χ *C Ly* 104,11,16 immissione *om.* π χ P_{23} 108,19,40 compunctis] compunctus π χ

Errores hyparchetypi ε

101,1,1,42 temere] tam *praem.* ε ζ Bn_2 101,2,4,20 domini] non solum nomen domini in hac Sion annuntiatur, sed et laus inquit eius in ierusalem *add.* ε ζ Bn_2 (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X ma* 102,22,23 feno] fecit fenum ε ζ Br_1 P_{23} *Y X* 103,1,1,21 ad quem] atque ε ζ *Ly* P_{23} 103,1,3,31 causam] sed quibusdam immundis nondum est causa *add.* ε ζ *C* (*pc.*) *Y X lo* 103,2,10,13 noli ... humilitates *om.* ε ζ 103,3,2,51 ordinari] quare duodecim apostoli *add.* ε ζ *C* P_{23} *Y X ma* 103,4,4,10 quia] qui adhuc in ista terra est morientium ε ζ P_{23} *Y ma* 104,14,1 denique] sequitur *add.* ε ζ P_{23} *X ma* 106,7,16 propria] opus est ut ab orationibus non desistatis

(et ut *add. An_3*) non vos primo naufragatis (naufragetis *X*) *add. ε C* (*pc.*) *Y X* 107,1,6 autem] enim *ε* 108,15,8 est[1]] de eo quod dictum est reddam peccata parentum in filios et alibi anima quae peccaverat (peccaverit *N*, peccat *C*) ipsa morietur et anima patris mea est *add. ε C* 109,4,5 an negemus] abnegemus *ε*

Cum lectio *ε* nitatur consensu codicum *N Gt An_3* cumque codex *N* emendatus sit manu ipsius librarii N^1, nostri operis fuit exquirere utrum librarius idem exemplar contulerit ad se ipse corrigendum, quod describens prae oculis habuerat, an aliud eiusdem familiae. Quoniam pro certo tantummodo habere potuimus testes N^1 *Gt An_3* in errore saepius sibi invicem concordare, horum consensum siglo ε_1 indicavimus, e.g.:

101,1,2,33 nos] dicamus *add. ε_1 ζ Bn_2 Br_1 P_{23} Y X* 101,2,15,25 intrarunt] novi homines *add. ε_1 ζ C* (*pc.*) *P_{23} Y X* 102,14,32 pateris] misericors ut (aut N^1 *Gt*) quod pateris *add. ε_1* 102,23,27 tibi] non *praem. χ ε_1* 102,23,11 caro] fenum α_2 ε_1 ζ; *om. N* (*ac.*) *Ly* 103,1,15,19 litteram] videmus *add. ε_1 ζ P_{23}* 103,2,7,9 novimus] non vidimus *add. ε_1* 103,3,5,3 illinc] illic *N* (*ac.*) *χ C P_{23} X*; illuc *ε_1 ζ Ly* 103,4,6,35 motus] quid est caput calca et evades (-is *χ*) ceteros motus *add. ε_1 χ ζ C Y X* 104,4,7 rara] pura α_2 *An_3*; pura *praem. N^1 Gt* ; pura *add. ζ*

Errores familiae *χ*

101,1,5,4 in] tam *praem. χ* 101,2,9,1 sed ... saeculi *rep. χ* 102,15,19 datam] docet *praem. χ ζ C* (*pc.*) *Br_1 ma* 103,1,3,25 sanctum sit apud homines nomen tuum hoc est sanctificetur nomen tuum *tr. χ* 103,2,7,26 cooperuerant] cooperuerat *praem. χ* 103,3,4,31 colligato] confirmato *χ* 103,4,14,2 auferes[1] ... tuum *om. χ* 104,5,18 dicuntur] vocabuntur *χ* 106,9,7 defecit] et miserationem dei confessionis ad extremum *add. χ* 108,2,5 mendax] quia non est homo mendax *add. χ* 109,15,29 ergo ... sanctorum] in splendoribus ergo tecum principium in die virtutis tuae sanctorum *χ*.

Errores copulativi χ ε

101,1,1,9 memoria] mores $\varepsilon\ \chi$ *C* (*pc.*) $Br_1\ P_{23}\ Y\ X\ P_6$ 101,2,12,36 vero] verbo $\varepsilon\ \chi\ \zeta$ *Ly* Br_1 102,2,22 sonus vocum] sono suo cum $\varepsilon\ \chi$ *C* (*pc.*) $Br_1\ P_{23}\ Y\ X$ 102,13,7 erunt] quaerentibus *add.* $\varepsilon\ \chi$ *Ly* $Br_1\ P_{23}\ Y\ X$ *ma* 103,1,5,20 vidit] qui dixit *add.* $\varepsilon\ \chi\ \zeta$ *C* (*pc.*) *ma* 103,2,1,21 non[2]] qui *praem.* $\varepsilon\ \chi\ \zeta$ *Ly* $Y\ X$ 103,3,12,38 hominum] utquid vocat *add.* $\varepsilon\ \chi$ *Ly* X 103,4,2,29 suam[1]] et reddentes deo imaginem suam *add.* $\alpha_2\ \varepsilon\ \chi\ \zeta$ *C Ly* $P_{23}\ Y\ X$ *ma* 104,1,7 precator] peccatorem $\varepsilon\ \chi\ P_6$ 106,14,10 deum amarent] deo placerent $\varepsilon\ \chi\ \zeta\ P_{23}$ *ma* 108,15,23 est in eo deletum] deleretur $\varepsilon\ \chi\ \zeta\ P_{23}$ 108,19,12 revelatione] die irae et revelationis $\varepsilon\ \chi\ \zeta\ P_{23}\ X$ *ma* 109,7,47 a] ut *praem.* $\varepsilon\ \chi\ \zeta$ *C* (*pc.*) $P_{23}\ Y\ X$ 109, 8,50 postea] die resurrectionis *praem.* $\varepsilon\ \chi\ \zeta\ P_{23}\ Y\ X$ *ma*

Traditione penitus perscrutata corruptelas non invenimus scriptoris libri ω lapsui imputandas, nisi perpaucas[29]. Confirmatur ergo opinio, quam in superioribus voluminibus iam editis exposuimus[30], archetypum ω, genitorem hyparchetyporum duorum π et ε, exemplar ipsum illud fuisse, vel saltem illi quam proximum, quod in Hipponensi scriptorio exaratum fuit ibique diligenter emendatum.

De huius editionis ratione

Stemma quod effinximus nobis videtur exemplis supra distincte digestis confirmari, ac quodammodo traditionis vices in antiquiore aetate credibiliter figurare. Ipsum autem, etsi non mediocri commoditati nobis fuit, tamen re atque usu ratio ac via editioni parandae non fuit, vel quia lectionem certam utriusque hyparchetypi contaminatione, quae dicitur, obstante non semper agnoscere valuimus; vel quia testes π et ε, uterque vetustissimus

[29] 102,5,11 ad deum *ma*; a deo *codd. lo;* 102,13,12 utilibus] utilis *codd. edd.*; 103,2,9,9 meatus *lo ma*; metus *codd.*; 103,4,5,1 terrebat *ma*; terrebant *codd. lo*; 104,4,8 omnes] homines *codd. edd.*; 106,3,31 etiam⟨si⟩ singulo.

[30] Cf. CSEL XCV,3, p. 32.

ac pari auctoritate praeditus, ut fit in stemmate bifido, lectiones tantum dissimiles quantum pari ratione verisimiles haud raro tradiderunt: qua re ope tantum nostri consilii exquirere potuimus quid prae se tulisset codex archetypus et quam lectionem ipsi probaremus. In textu itaque constituendo apparatuque critico instruendo, non nisi caute interdum stemma in auxilium vocantes, nostrum ipsum iudicium semper pluris fecimus.

Ceterum, cum uterque hyparchetypus π et ε, ubi alter ab altero dissentit, lectionem ipsius archetypi tradere possit, tamen si quis utriusque fidem comparare et pensitare voluerit, inveniet textum ε aetate, ni fallor, etiam tum Augustino proxima retractatum esse a correctore quodam (ε_1), de quo supra (p. 17) quaedam iam scripsimus, qui suo ingenio fretus multa modo mutavit modo addidit in sermone quarto Enarrationis 103, pauciora in ceteris[31].

Nunc quaedam ad usum apparatus pertinentia addenda sunt. Apparatus semper est 'negativus', ut dici solet, nisi perspicuitas hic illic postulavit ut eum 'positivum' redigeremus. Singulares lectiones praetermisimus, nisi sunt Coloniensis *K* antiquioris aetatis causa. Codicum *Y X* e_3, cum sint nullius momenti ad textum confirmandum, lectiones tantum selectas dedimus. Pari iudicio de aliis libris selectas duximus emendationes secundae vel tertiae manus. Varias lectiones Psalteriorum antiquorum omisimus, nisi forte utiles videbantur ad confirmandam Augustini lectionem (ut puta testimonia Psalterii Veronensis et Prosperi Aquitani). Varias lectiones Maurinae editionis (*ma*) semper annotavimus; eas autem quae propriae sunt *Patrologiae Latinae* (*mi*) vel *Corporis Christianorum* (*cc*), tantummodo ascripsimus, si mentione dignas putavimus. Emendationes vero theologorum Lovaniensium (*lo*) non

[31] De correctore ε_1 fusius disseruimus in F. Gori, *L'edizione critica delle 'Enarrationes in Psalmos' di Agostino e il metodo stemmatico*, in *La trasmissione dei testi patristici latini: problemi e prospettive*, a cura di E. Colombi, Atti del Convegno, Roma 26-28 ottobre 2009. Instrumenta Patristica et Mediaevalia 61, Turnholti; qui liber adhuc sub prelo est.

attulimus, nisi quas Maurini probaverunt. De testimoniis denique aliorum veterum scriptorum vide quae infra annotavimus in 'Conspectu siglorum'.

Restat ut gratias denuo agamus multis, qui nobis auxilio consilioque fuerunt, scilicet viris doctis Romanis, Urbinatensibus, Vindobonensibus, qui dudum Augustini Enarrationibus edendis consilium praestant dantque operam, ex quibus praeter ceteros laudandus est Clemens Weidmann, qui saepe et multum doctrina iudicioque suo nobis subvenit, pariterque collaudanda est Judith Hamann-Lenzinger, quae in fine summo studio et labore hoc opus ex omni parte composuit atque ordinavit.

CONSPECTUS SIGLORUM

Codices:

π:	$\alpha\ \delta$
α:	$V_2\ F_2\ Mc_2$
α_2:	$F_2\ Mc_2$
δ:	$A\ G\ H_1$
ε:	$N\ Gt\ An_3$
ε_1:	$N^1\ Gt\ An_3$
ζ:	$P_6\ T$
χ:	$K\ S$

A	Augiensis, nunc Karlsruhe, Bad. Landesb., Aug. XXXVI, saec. IXin.
An_3	Andegavensis (Angers), Bibl. Mun. 171 (163), saec. XI
Bn_2	Berolinensis, Staatsbibl., Phillipps 1657, saec. IX-X
Br_1	Bernensis, Burgerbibl. 117, saec. X (*solas En.* 101 et 102 *contulimus*)
C	Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 12179, saec. IX
e_3	Monacensis, Bayer. Staatsbibl., Clm 14176, saec. IX (*lect. sel.*)
F_2	Laurentianus S. Marci 645, saec. X-XI
f_2	Frag. saec. VI-VII (in mss. Boulogne-sur-Mer, Bibl. mun. 27 [32] + St. Omer, Bibl. mun. 150)
G	Sangallensis, Stiftsbibl. 166, saec. IX
Gt	Gentavensis (Gent), Universiteitsbibl. 96 (457), saec. IX
H_1	Fuldensis, Hess. Landesbibl. Aa 24, saec. IXmed.
K	Coloniensis (Köln), Erzb. Diöz. u. Dombibl., Dom. 67, saec. VIII-IX
Ly	Lugdunensis (Lyon), Bibl. mun. 451 (380), saec. IX
Mc_2	Casinensis, Archivio dell'Abbazia 27, saec. XI
N	Namurcanus (Namur), Musée Archéol. 1, saec. IXin.
N^1	manus ipsius scribae

P_6	Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15293, saec. XII
P_{23}	Parisinus, Bibl. Nat., Lat. 15290, saec. XI
S	Monacensis, Bayer. Staatsbibl. Clm. 15804, saec. IXin.
T	Trecensis (Troyes), Bibl. mun. 40, saec. XII
V_2	Vaticanus Lat. 455, saec. XI
X	Bruxellensis, Bibl. Roy. 5560, sec. XI (*lect. sel.*)
Y	Aurelianensis (Orléans), Bibl. mun. 47 (44), saec. X (*lect. sel.*)

Testimonia veterum scriptorum:

Caes	Caesarii Arelatensis sermones, ed. G. Morin, CC 103,I, Turnholti ^{2}1953 (= Maretioli 1937): excerpta ex *En.* 102,16.
Beda	Bedae Venerabilis collectanea in apostolum nondum edita: excerpta ex *En.* 103 et 109 (Nr. 444 et 447 apud I. Franssen, RBen. 71 [1961], p. 67) in codice Audomaropolitano (Saint-Omer), Bibl. mun. 91, saec. IX, contulimus, ubi varias lectiones notatione dignas non invenimus.
Flor	Flori Lugdunensis Excerpta ex Augustino nondum edita: lectiones selectas in apparatu dedimus iuxta mss. Trecensem (Troyes), Bibl. mun. 96, saec. IX et Andegavenses (Angers), Bibl. mun. 65 (58) et 66 (58), saec. X[32].

Editiones:

lo	Editio theologorum Lovaniensium, Antverpiae 1577
ma	Editio monachorum S. Mauri, Parisiis 1681
mi	Editio J. P. Migne, Patrologia Latina 37, Parisiis 1841
cc	Editio E. Dekkers et I. Fraipont, CC 39, Turnholti 1956

[32] Cf. F. Stegmüller, *Repertorium biblicum medii aevi*, 2, Matriti 1950, 2276–2290, qui ms. Trecensem tribuit saeculo XIII.

Simonetti	Editio M. Simonetti, Sant'Agostino, Commento ai Salmi, [Mediolani] ^{2}1989 (*En.* 109)
Prosp.	Prosperi Aquitani Expositio Psalmorum a centesimo usque ad centesimum quinquagesimum, CC 68A
Cass.	Magni Aurelii Cassiodori Expositio Psalmorum, CC 97–98
Psalt. Ga.	Psalterium Gallicanum, iuxta ed. R. Weber, *Le Psautier Romain et les autres anciens psautiers latins*, Romae 1953
Psalt. Ro.	Psalterium Romanum, iuxta ed. R. Weber
Psalt. Ver.	Psalterium Veronense (cod. Verona, Bibl. cap. I, 1), iuxta ed. R. Weber

Abbreviationes et signa in apparatibus adhibita:

ac.	ante correctionem
add.	addidit / addiderunt
cett.	ceteri codices
del.	delevit / deleverunt
des.	desinit
exc.	excepto / exceptis
i.	infra
im.	in margine
inc.	incipit
ir.	in rasura
lnp.	legi non potest
om.	omisit / omiserunt
pc.	post correctionem
praem.	praemisit / praemiserunt
rep.	repetivit / repetiverunt
s.	supra
sl.	supra lineam
tr.	transposuit / transposuerunt
uv.	ut videtur
*	asterisco in apparatu varia lectio significatur probabilis

IN PSALMUM CI

SERMO I

habitus pridie quam sermo CI,2 (cf. CI,2,1) probabiliter circa a. 404-405

(1.) Ecce unus pauper orat, et non orat in silentio. Licet mi 1293
ergo audire eum et videre quisnam sit, ne forte ille sit de quo cc 1425
dicit apostolus: *qui propter vos pauper factus est, cum dives esset, ut illius paupertate vos ditaremini.* Si ergo ipse est, quomodo pauper? Nam quomodo dives, quis non videt? Unde enim homines sunt divites? Puto auro, argento, familia, terra; sed *omnia per ipsum facta sunt.* Quid ergo illo ditius, per quem factae sunt divitiae, etiam illae quae non sunt verae divitiae? Per illum enim et illae divitiae: ingenium, memoria, vita, ipsius corporis sanitas, sensus conformatioque membrorum; etenim cum haec salva sunt, et pauperes divites sunt. Per illum et illae maiores divitiae: fides, pietas, iustitia, caritas, castitas, mores boni. Nemo enim et hos habet, nisi per eum *qui iustificat impium*. Ecce quam dives. Quis enim dives, qui habet quod vult alio faciente, an qui facit quod mi 1294
vult et alio habente? Puto quia ditior ille qui fecit quod habes, quia quod ille habet, tu non habes. Ecce quam dives. In hoc tam
v. 10 divite unde agnituri sumus haec verba: CINEREM SICUT PANEM MANDUCAVI, ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM? Hucne illae tantae divitiae pervenerunt? Multum illud excelsum, multum hoc abiectum. Quid faciemus? Quemadmodum ista ima illis

1, 3sq. 2 Cor. 8,9 **6sq.** Ioh. 1,2 **13** Rom. 4,5

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **1, 4** quomodo] *inc. Flor* **16** habes] *des. Flor*

1, 7 ditius] divitius χ **9** memoria] mores $\varepsilon\chi$ P_6 *C* (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X*; memoris *C*; memores *Ly*; mores *add. lo ma* **10** conformatioque $\chi\zeta$ *ma*; confirmatioque *cett.* **12** has $\varepsilon\zeta$ Bn_2 *ma*; hoc *K* **15** habes] es δ **17** sicut] tamquam δ **18** fletum meum cum potu *A G C* | huccine α; hicine δ

summis contemperabimus? Nimis ab invicem longe sunt. Nondum agnosco istum pauperem; alius est fortasse, sed adhuc quaeramus. Unde enim nobis non videtur ipse? Mirum si interrogas et non expavescis divitias: *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum; hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Qui ista dixit, cum diceret, dives erat; quanto magis ille de quo dicebat: *In principio erat verbum,* et non qualecumque verbum, sed *verbum deus*; et non ubicumque, sed *apud deum*; et non vacans, sed *omnia per ipsum facta sunt*! Cinerem sicut panem manducavit, et potum suum cum fletu commiscuit? Metuendum est ne tantis divitiis nostra paupertas faciat iniuriam.

Quaere adhuc tamen ne ipse sit pauper iste, quoniam *verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Respice et illam vocem: *Ego servus tuus et filius ancillae tuae.* Attende ancillam illam castam, et virginem et matrem; ibi enim accepit paupertatem cc 1426 nostram, ubi servi forma indutus est, semetipsum exinaniens, ne divitias eius expavesceres, et ad eum accedere cum tua mendicitate non auderes. Ibi accepit, inquam, formam servi, ibi nostra indutus est paupertate; ibi se pauperavit, ibi nos ditavit. Iam ergo propinquamus de illo haec intellegere; veruntamen adhuc non est temere pronuntiandum.

Partus virginis est lapis sine manibus de monte praecisus, ubi nullus hominum operatus est, nulla transfusa concupiscentia, sed sola fides accensa, et verbi caro concepta. Deinde processit ex

---

24–26 Ioh. 1,1-3 **33sq.** Ioh. 1,14 **35** Ps. 115,16 **37** servi ... exinaniens] *cf.* Phil 2,7 **43** lapis ... praecisus] *cf.* Dan. 2,34 **45sq.** processit ... utero] *cf.* Luc. 2,7

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.:* Y X **23** mirum] *inc. Flor* **40** ditavit] *des. Flor*

---

21 contemperavimus A (*ac.*) G K C **23** nimirum α Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *Flor* interroges P_{23} Y **26** qui] quid δ **27** eras δ **30** manducabit χ **31** miscuit ε ζ Ly Br_1 P_{23} Y | ne] forte *add.* Mc_2 ζ Bn_2 **37** formam α A ε T Br_1 P_{23} Y **39** ibi[1]] ubi δ | nostram Br_1 P_{23} Y **40** paupertatem Ly Br_1 P_{23} Y | pauperavit *Flor* **42** temere] tam *praem.* ε ζ Bn_2 **45** concepta] accepta δ

utero; locuti sunt caeli, angeli pastoribus nuntiaverunt, stella ad adorandum regem magos traxit, Simeon impletus spiritu infantem deum in manibus matris agnovit. Accessit aetas, non divinitati, sed carni. Horrent miranturque sapientiam dei pueri duodennis imperiti senes. Aut etiamsi periti, quid illorum peritia ad verbum dei? Quid illorum peritia ad sapientiam dei? Nonne et periti, nisi illo subveniente, utique perituri? Crescit adhuc aetate corporis: venit ad fluvium baptizandus; baptizator dominum agnoscit, indignum se solvendae calceamenti corrigiae confitetur. Iam inde caeci illuminantur, surdis aperitur auditus, loquuntur muti, mundantur leprosi, stringuntur paralytici, convalescunt languidi, resurgunt mortui.

(2.) Iam quidem in verbi illius, per quod facta sunt omnia, comparatione divitiarum agnosco paupertatem, sed quam longe adhuc a cinere et fletu cum potu! Adhuc timeo dicere: 'Ipse est'; mi 1295 et tamen volo. Sunt hic enim quae me cogant velle, et rursus quaedam quae me cogant timere. Ipse est, et non est ipse. Iam in forma servi est, iam mortalem fragilemque carnem portat, iam moriturus advenit, et tamen nondum intellegitur in hac egestate: CINEREM SICUT PANEM MANDUCAVI, ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM. Addat ergo paupertatem paupertati, et trans-

46 angeli ... nuntiaverunt] *cf.* Luc. 2,10-12 **46sq.** stella ... traxit] *cf.* Matth. 2,1*sq.* **47sq.** Simeon ... agnovit] *cf.* Luc. 2,25-32 **49sq.** horrent ... senes] *cf.* Luc. 2,46-47 **53** venit ... baptizandus] *cf.* Matth. 3,19; Marc. 1,9 **53sq.** baptizator ... agnoscit] *cf.* Matth. 3,14; Ioh. 1,36 **54** indignum ... confitetur] *cf.* Marc. 1,7 **55–57** caeci ... mortui] *cf.* Matth. 11,5 **2, 6** forma servi] *cf.* Phil. 2,7 **9sq.** transfiguret ... nostrae] *cf.* Phil. 3,21

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

46 ad *om.* δ N (*ac.*) S P_6 Ly **47** adtraxit Mc_2 T Bn_2 | repletus ε T **48** matris manibus *tr.* Mc_2 ε Ly Br_1 P_{23} Y *ma* | divinitatis sed carnis δ **49** dei *om.* α *ma*; *del.* G H_1 | duodecennis ε **50** periti] senes *add.* C X *ma* | quid ... dei *om.* N (*add. im.* N^1) C Y **51** quid ... dei *om.* Br_1 P_{23} **53** deum H_1 C *ma* **54** solvendi π | corrigiam π Ly Y **2, 4** enim hic *tr.* ζ **5** quaedam quae] quidam qui δ **8** sicut] tamquam δ | fletum meum cum potu δ C Bn_2 **9** transfigurat δ

figuret in se corpus humilitatis nostrae; sit caput nostrum, simus membra eius, sint duo in carne una. Iam enim ut primitus pauper esset, formam servi accipiens dimisit patrem; quod autem de virgine natus est, dimittat et matrem, et haereat uxori suae, et sint duo in carne una. Ita enim erunt duo et in voce una, et in illa una voce iam non mirabimur nostram vocem: CINEREM SICUT PANEM MANDUCAVI, ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM. Dignatus est enim habere nos membra. Sunt et paenitentes in membris eius. Non enim exclusi et separati sunt ab ecclesia eius; nec omnino sibi adiungeret coniugem, nisi illa voce: *Agite paenitentiam, appropinquavit enim regnum caelorum.* Iam ergo audiamus quid oret caput et corpus, sponsus et sponsa. Christus et ecclesia utrumque unus, sed verbum et caro non utrumque unum: pater et verbum utrumque unum, Christus et ecclesia utrumque unus, unus quidam vir perfectus in forma plenitudinis suae: *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, in agnitionem filii dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.* Sed donec occurramus, agitur hic paupertas nostra, agitur hic adhuc labor et gemitus. Gratias misericordiae ipsius. Unde illi labor, unde gemitus verbo, per quod facta sunt omnia? Si dignatus est habere vocem nostram, non nobis dabit vitam suam? In magnam spem erexit, cum magna spe gemimus. Gemitus habet tristitiam, sed est gemitus qui habet et gaudium. Ego puto Saram sterilem laetam gemuisse, cum pareret; et nos a timore tuo conce-

cc 1427

11 sint ... una] *cf.* 1 Cor. 6,16 **12** formam servi] *cf.* Phil. 2,7 **13** dimittat ... suae] *cf.* Gen. 2,24; Eph. 5,31 **19sq.** Matth. 3,2 **21sq.** sponsus ... unus] *cf.* Eph. 5,31*sq.* **23** pater ... unum] *cf.* Ioh. 10,30 **25sq.** Eph. 4,13 **29** per ... omnia] *cf.* Ioh. 1,2 **32sq.** Saram ... pareret] *cf.* Gen. 21,2 **33sq.** a ... salutis] *cf.* Is. 26,18

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

11 ut] in *δ* **13** adhaereat *G ε χ ζ C* **15** sicut] tamquam *δ* **19** adiungeret] et *add. δ* **20** appropinquabit *π ζ* **21** orat *C X* **24** unus^2 *om. δ χ C* **25** unitate *δ* **30** vocem] *cf. i. 4, 7*; mortem *G ε χ ζ C Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X ma* **31** gemimus] gemitus *δ* **33** nos] dicamus *add. ε*$_1$ *ζ Bn*$_2$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X* | concipimus *χ*

pimus et parturivimus spiritum salutis. Audiamus ergo Christum pauperem in nobis et nobiscum et propter nos. Titulus enim ipse indicat pauperem. Postremo putate me suspicatum quisnam sit iste pauper: orationem audiamus, et personam agnoscamus; necubi erres, quando audieris aliquid quod coaptari capiti illius non possit: ideo praelocutus sum, ut quod tale audieris, ex infirmitate corporis advertas sonare, et vocem membrorum agnoscas in capite.

v. 1 **ORATIO INOPIS**, hoc habet titulus, **CUM ANGERETUR, ET IN CONSPECTU DOMINI EFFUDIT PRECEM SUAM.** Ipse ille pauper est, qui alibi dicit: *A finibus terrae ad te clamavi, cum angeretur cor meum.* Iste ipse pauper est, quia idem ipse Christus est, qui se apud prophetam et sponsum dixit et sponsam: *Sicut sponso alligavit mihi mitram, et sicut sponsam induit me ornamento.* Se dixit sponsum, se dixit sponsam: unde hoc, nisi quia sponsum mi 1296
propter caput, sponsam propter corpus? Vox una ergo, quia caro una. Audiamus, et potius in his vocibus nos quoque agnoscamus; et si nos extra esse viderimus, ibi esse laboremus.

v. 2 **(3.) EXAUDI, DOMINE, ORATIONEM MEAM, ET CLAMOR MEUS AD TE PERVENIAT.** Hoc est EXAUDI ORATIONEM MEAM, quod est CLAMOR MEUS AD TE PERVENIAT: in geminatione affectus petentis est.

v. 3 **NE AVERTAS FACIEM TUAM A ME.** Quando deus a filio? Quando pater a Christo? Sed propter membrorum paupertatem: NE AVERTAS FACIEM TUAM A ME.

IN QUACUMQUE DIE TRIBULOR, INCLINA AUREM TUAM AD ME. Tribulor enim deorsum; tu autem es sursum. Si me

---

44sq. Ps. 60,3 **46sq.** Is. 61,10

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

34 ergo *om.* δ **39** quod] si quid ε ζ Bn_2 Br_1 P_{23} Y X **49** ergo una *tr.* α X *ma* **51** nos *om.* χ C | extra nos *tr.* δ **3, 2** hoc ... perveniat *om.* α_2 | exaudi] deus *add.* ε χ P_6 C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} Y; domine *add. ma* **9** autem] enim δ | si] enim *add.* δ

cc 1428 extollo, longe fis; si me humilio, INCLINAS AUREM TUAM AD ME. Sed quid est IN QUACUMQUE DIE TRIBULOR? Nunc enim non tribulatur? Aut ista diceret, nisi tribularetur? Sufficeret ergo: INCLINA AUREM TUAM AD ME, quoniam tribulor. IN QUACUMQUE DIE TRIBULOR, INCLINA AUREM TUAM AD ME. Tamquam unitas corporis: *si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*. Tribularis tu hodie? Ego tribulor. Tribulatur alius crastino? Ego tribulor. Post istam generationem alii posteri, qui succedunt posteris, tribulantur? Ego tribulor. Usque in finem saeculi, quicumque in meo corpore tribulantur, ego tribulor. IN QUACUMQUE ergo DIE TRIBULOR, INCLINA AUREM TUAM AD ME.

IN QUACUMQUE DIE INVOCAVERO TE, CITO EXAUDI ME. Hoc idem est. Iam nunc invoco; sed IN QUACUMQUE DIE INVOCAVERO TE, CITO EXAUDI ME. Oravit Petrus, oravit Paulus, oraverunt ceteri apostoli; oraverunt fideles temporibus illis, oraverunt fideles consequentibus temporibus, oraverunt fideles martyrum temporibus, orant fideles nostris temporibus, orabunt fideles posterorum temporibus: IN QUACUMQUE DIE INVOCAVERO TE, CITO EXAUDI ME. CITO EXAUDI: iam enim hoc rogo quod dare vis. Non terrena quasi terrenus, sed ex prima captivitate iam redemptus regnum caelorum desidero. CITO EXAUDI ME non enim nisi tali desiderio dixisti. Adhuc te loquente dicam: *Ecce adsum*. IN QUACUMQUE DIE INVOCAVERO TE, CITO EXAUDI ME. Unde invocas? De qua tribulatione? De qua egestate? O pauper ante ianuam divitis dei, quo desiderio mendicas? Qua inopia requiris? Qua egestate pulsas, ut aperiatur tibi? Dic, audia-

3, 15sq. 1 Cor. 12,26 **32sq.** Gen. 46,2; Is. 58,6.9 **35** pauper ... mendicas] *cf.* Luc. 16,20

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

10 inclina α A χ **11** est ... non *om.* δ **12** aut] ut δ **20** die ergo *tr.* N^1 Gt Ly **23** iam] etiam χ | te invocavero *tr.* χ Ly **24** te *om.* δ **25** ceteri] et *praem.* ζ Bn_2 **27** orant] oraverunt α Ly **35** dei divitis *tr.* ε Ly

mus ipsam egestatem; in illa et nos ipsos inveniamus, et tecum rogemus. Audi, et agnosce, si potes.

v. 4 **(4.) QUIA DEFECERUNT SICUT FUMUS DIES MEI.** O dies! Si dies. Ubi enim dies auditur, lux intellegitur. Sed DEFECERUNT SICUT FUMUS DIES MEI. DIES MEI, tempora mea. Unde SICUT FUMUS, nisi propter elationem superbiae? Tales dies dignus fuit accipere superbus Adam, unde carnem Christus accepit. Ergo in Adam Christus, et Adam in Christo. Liberavit profecto et a diebus fumi, qui dignatus est habere vocem dierum fumi. QUIA DEFECERUNT SICUT FUMUS DIES MEI. Videte fumum, superbiae similem, ascendentem, tumescentem, vanescentem: merito ergo deficientem, non utique permanentem. QUIA DEFECERUNT SICUT FUMUS DIES MEI. mi 1297

ET OSSA MEA SICUT IN FRIXORIO CONFRIXA SUNT. Et ipsa ossa mea, et ipsa fortitudo mea non sine tribulatione, non sine ustione. Ossa corporis Christi, fortitudo corporis Christi ubi maior quam in sanctis apostolis? Et tamen vide ossa frigi: *Quis scandalizatur, et non ego uror?* Fortes sunt, fideles, boni intellectores et praedicatores verbi, viventes ut loquuntur, loquentes ut audiunt. Fortes plane sunt, sed omnes qui scandala patiuntur, frixorium ipsorum sunt. Est enim ibi caritas, et magis in ossibus. Interiora sunt ossa omnibus carnibus, et portant omnes carnes. Verum si quisquam patiatur aliquod scandalum, et in anima periclitetur, tantum os frigitur quantum amat. Desit amor, nemo frigitur; adsit caritas, et si membrum compatitur, patiente uno membro, quomodo friguntur qui portant universa membra? OSSA MEA SICUT IN FRIXORIO CONFRIXA SUNT. cc 1429

4, 15sq. 2 Cor. 11,29

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **4, 12** et[1]] *inc. Flor* **24** membra] *des. Flor*

37 ipsam] illam ε *Ly* **4, 3** mei[1] *om. A G ma* **5** Christus carnem *tr.* ζ Bn_2 **6** liberatus est ε *C* (*pc.*) Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *Y X* **15** video δ Br_1 P_{23} *Flor* **16** ego non *tr.* δ ε ζ *Ly* Br_1 P_{23} **17** viventis χ **18** sunt plane *tr.* ε Bn_2 *Ly* | omnes] ad *praem.* ε Bn_2 *Ly Y* **19** enim *om.* δ **23** membrorum *Ly*; membrorum compago *Flor* | unum membrum χ

(5.) PERCUSSUM EST SICUT FENUM, ET ARUIT COR MEUM. *v. 5*
Respice ad Adam, unde genus humanum. Unde enim nisi ab illo propagata miseria est? Unde nisi ab illo hereditaria ista paupertas? Dicat ergo iam cum spe in corpore Christi positus, ille aliquando in suo corpore desperatus: PERCUSSUM EST SICUT FENUM, ET ARUIT COR MEUM. Merito, quia *omnis caro fenum*. Sed tamen unde tibi hoc contigit? **QUONIAM OBLITUS SUM MANDUCARE PANEM MEUM.** Dederat enim deus panem praecepti. Nam panis animae quid, nisi verbum dei? Suggerente serpente, praevaricata muliere, tetigit vetitum, oblitus est praeceptum: merito PERCUSSUM EST SICUT FENUM, et aruit cor eius, quoniam oblitus est manducare panem suum. Oblitus manducare panem, bibit venenum; percussum est cor eius, et aruit sicut fenum. Ipse est ille percussus in Isaia, de quo dicitur, et cui dicitur: *Non in aeternum tempus irascar vobis: spiritus enim a me procedit, et omnem flatum ego feci. Propter peccatum modicum quid contristavi illum, et percussi illum, et averti faciem meam ab illo.* Merito hic: NE AVERTAS FACIEM TUAM A ME, hoc est a percusso, de quo dixisti: *percussi illum*; de quo dixisti: *Vias eius vidi, et sanavi eum.* PERCUSSUM EST SICUT FENUM, ET ARUIT COR MEUM, QUONIAM OBLITUS SUM MANDUCARE PANEM MEUM. Modo manduca: oblitus eras, sed venit et ipse panis, in cuius corpore tibi licet recordari vocem oblivionis tuae, et clamare ex paupertate, ut sumas divitias. Modo manduca. In eius enim corpore es, qui ait:

5, 6 Is. 40,6; *cf.* Sir. 14,18 **9sq.** suggerente ... praeceptum] *cf.* Gen. 3,4-6 **14–17** Is. 57,16-18

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + δ: *A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

5, 1 percussum est (*ita et Prosp. Psalt. Ver.*)] percussus sum α_2 *An*$_3$ *Bn*$_2$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y*; percussum sum *N* (*ac.*) *Gt* **3** unde] enim *add.* α_2 *C ma* **4** cum spe iam *tr.* ε *T ma* | in] tam *praem.* χ **5** percussus sum α_2 *Bn*$_2$ **6** merito] et *praem.* ζ **7** hoc tibi *tr.* δ ζ *Bn*$_2$ | contingit *V*$_2$ δ *C* **10** praevaricante *lo ma* **12** oblitus[2]] est *add. Gt* ζ *Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **15** procedet *Gt P*$_6$ *C Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **18** a[2] *om. V*$_2$ δ **21** manduca] manducabo *V*$_2$ δ; quod *add.* ε χ ζ; quem *add. C* (*pc.*) *X ma* **22** oblitus ... 24 manduca *om. P*$_{23}$ *Y* **23** recordare *V*$_2$ δ *Bn*$_2$

Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Oblitus eras manducare panem tuum, sed iam illo crucifixo *commemorabuntur et convertentur ad dominum universi fines terrae*. Post oblivionem veniat commemoratio, manducetur panis de caelo, ut vivatur, non manna, sicut illi manducaverunt et mortui sunt, panis de quo dicitur: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam*. cc 1430 mi 1298

v. 6 **(6.) A VOCE GEMITUS MEI ADHAESERUNT OSSA MEA CARNI MEAE.** A voce quam intellego, a voce quam novi: A VOCE GEMITUS MEI, non a voce gemitus illorum quibus compatior. Multi enim gemunt, et gemo et ego; et hoc gemo, quia male gemunt. Amisit nummum, gemit; amisit fidem, non gemit: ego appendo nummum et fidem, et invenio maiorem gemitum de male gemente, aut non gemente. Facit fraudem, et gaudet. Quo lucro? Quo damno? Acquisivit pecuniam, perdidit iustitiam. Gemit hinc qui gemere novit; qui capiti propinquat, qui recte haeret corpori Christi, gemit inde. Carnales autem non inde gemunt, et gemendos se faciunt, quia non inde gemunt, nec eos possumus, vel non gementes, vel male gementes contemnere. Volumus enim eos corrigere, volumus emendare, volumus reparare; et quando non possumus, gemimus; et cum gemimus, non ab ipsis separamur. A VOCE enim GEMITUS MEI ADHAESERUNT OSSA MEA CARNI MEAE: adhaeserunt fortes invalidis, adhaeserunt firmi infirmis. Unde adhaeserunt? A voce gemitus sui, non a voce gemitus illorum. Qua lege adhaeserunt, nisi qua dictum est: *Debemus enim nos firmi infirmitatem infirmorum portare*? ADHAESERUNT OSSA MEA CARNI MEAE.

25 Ioh. 6,41 **26sq.** Ps. 21,28 **28sq.** manducetur ... sunt] *cf.* Ioh. 6,50.49 **30** Matth. 5,6 **6, 19sq.** Rom. 15,1

$\pi\,(\alpha\colon V_2\ \alpha_2\,[=F_2\,Mc_2] + \delta\colon A\ G\ H_1)\quad \varepsilon\,(N\ Gt\ An_3)\quad \chi\,(K\ S)\quad \zeta\,(P_6\ T)\quad C\,Bn_2\ Ly\,Br_1\,P_{23}\quad$ *lect.sel.:* $Y\,X$

6, 2 novi] probabiliter *add.* $\varepsilon\,P_6\,P_{23}\,Y\,X$ **4** et[1] *om.* $\varepsilon\,\zeta\,C\,Bn_2\,Ly\,Br_1\,P_{23}\,Y$ **5** nummos δ **10** adhaeret $V_2\,\delta$ **11** gemendos] inde *praem.* $\zeta\,Bn_2$ **14** separare $V_2\,\delta$ (*uv.* H_1) $C\,Ly\,Br_1\,P_{23}\,Y$ **18** qua[2]] quia $H_1\,S\,Ly\,Br_1\,P_{23}$

(7.) **SIMILIS FACTUS SUM PELICANO QUI HABITAT IN SOLITUDINE; FACTUS SUM SICUT NYCTICORAX IN PARIETINIS. VIGILAVI, ET FACTUS SUM SICUT PASSER SINGULARIS IN TECTO.** *v. 7-8*
Ecce tres aves et tria loca; quid sibi velint, donet dominus ut dicamus, et ut audiatis utiliter quod dicitur salubriter. Quid sibi volunt tres aves et tria loca? Quae tres aves? Pelicanus, nycticorax et passer. Et tria loca? Solitudo, parietina, et tectum. Pelicanus in solitudine, nycticorax in parietinis, passer in tecto. Primo quid sit pelicanus dicendum est. In ea quippe regione nascitur, ut nobis ignota haec avis sit. Nascitur in solitudinibus, maxime Nili fluminis in Aegypto. Quaelibet sit avis haec, quod de illa psalmus dicere voluit, hoc intueamur. HABITAT inquit IN SOLITUDINE. Quid quaeris formam eius, membra eius, vocem eius, mores eius? Quantum tibi psalmus dedit, avis est habitans in solitudine. Nycticorax avis est amans noctem. Parietinae dicuntur quas vulgo dicimus ruinas, ubi parietes stant sine tecto, sine habitanti-
cc 1431 bus: ibi habitat nycticorax. Iam vero passer et tectum quid sit nostis. Invenio ergo aliquem de corpore Christi, praedicatorem verbi, compatientem infirmis, quaerentem lucra Christi, reminiscentem domini sui venturi, ne dicat: *Serve nequam et piger, dares pecuniam meam nummulariis.* Ex huius dispensatoris officio videamus haec tria. Venerit inter aliquos ubi Christiani non sunt: pelicanus est in solitudine; venerit ad eos qui fuerunt et cecide-
mi 1299 runt: nycticorax est in parietinis; non enim deserit et tenebras eorum qui habitant in nocte: et ipsos lucrari vult; venerit ad eos

7, 20sq. Matth. 25,26*sq.*

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$*P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

7, 1 pelicani $V_2 \chi C$ **4** vellent χ **6** et *om.* α_2 | quae ... tectum *om.* α_2 pelicanis $V_2 \chi C$ | nycticorax] et *praem.* δ **7** parietina] parietinae H_1 (*pc.*) *Ly* | pelicanis $V_2 A H_1 \chi C$ **9** pelicanis $V_2 A H_1 \chi C$ **10** sit avis haec *tr.* ε; sit haec avis *tr.* ζ | Nili] in *praem.* δ **11** quod] quid $Br_1 P_{23} Y$ | illo δ **14** dedit] dicit *lo ma* **20** dares] si *praem.* $Br_1 P_{23} Y$ **22** veniret χ **23** pelicanis $V_2 A G$ | solitudinem χ | veniret χ **24** est *om.* $\varepsilon P_{23} Y X$ | deseret $\varepsilon \chi Br_1 P_{23} Y$ **25** velit δ | ad *om. C* | ad ... 8, 47 vigilavi] *deest C*

qui Christiani sunt quidem habitantes in domo, non quasi non crediderunt, aut quod crediderant dimiserunt, sed in eo quod credunt tepide ambulantes; clamat ad eos passer, non in solitudine, quia Christiani sunt, nec in parietinis, quia non ceciderunt, sed tamen in tecto sunt, sub tecto potius, quia sub carne sunt. Ille super carnem clamat passer, praecepta dei non tacet, nec fit carnalis, ut subiciatur tecto. *Qui* enim *in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo*, et: *Quod in aure auditis, praedicate super tecta.* Istae tres aves et tria loca: et unus homo potest habere personam trium avium, et tres homines possunt habere personam trium avium. Et tria genera locorum, tria genera sunt hominum; tamen solitudo, parietinae et tectum nonnisi tria genera hominum sunt.

(8.) Sed quid de his plurimum? Ipsum dominum videamus, ne forte ipse sit, et melius ipse agnoscatur, et pelicanus in solitudine, et nycticorax in parietinis, et passer singularis in tecto. Dicat nobis pauper iste, caput nostrum: pauper voluntate loquatur pauperibus in necessitate. Quod enim dicitur, vel etiam legitur de hac avi, id est pelicano, non taceamus, non aliquid affirmantes temere, sed tamen non tacentes quod qui scripserunt et legi et dici voluerunt. Vos sic audite, ut si verum est, congruat; si falsum est, non teneat. Dicuntur hae aves tamquam colaphis rostrorum occidere parvulos suos, eosdemque in nido occisos a se lugere per triduum; postremo dicunt matrem seipsam graviter

32sq. Matth. 24,17 **33sq.** Matth. 10,27 **8, 5–8** quod ... voluerunt] *cf.* Physiologus 4 (ed. Sbordone, p. 16*sqq.*)

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

26 quasi] qui *add. lo ma* **27** crediderunt] crediderint *lo ma* | crediderant] crediderint *lo* | dimiserint *ma* **28** solitudinem χ **33** aliquid tollere *tr.* ζ Bn_2 P_{23} **36** locorum ... sunt *om.* π | sunt genera *tr.* χ ζ **37** et *om.* δ χ P_6 Ly | hominum genera *tr.* χ T **8, 1** de *lo ma*; *om. codd.* **2** pelicanis V_2 A G **5** etiam *om.* δ P_6 **6** ave Y *ma* | pelicanis χ; pelicane V_2 A H_1; de *praem.* α T **9** teneatur ζ Br_1 P_{23} Y *lo* | dicitur Mc_2 ζ | haec Mc_2 A H_1 (*pc.*) N Gt χ ζ Bn_2 Ly Br_1 P_{23} Y | avis Mc_2 ζ **10** parvulos] filios *add.* V_2 δ χ ζ Bn_2 Ly

vulnerare et sanguinem suum super filios fundere, quo illi superfuso reviviscunt. Fortasse hoc verum, fortasse falsum sit, tamen si verum est, quemadmodum illi congruat, qui nos vivificavit sanguine suo, videte. Congruit illi quod matris caro vivificat sanguine suo filios suos: satis congruit. Nam et ipse gallinam se dicit super pullos suos: *Ierusalem, Ierusalem, quoties volui colligere filios tuos, tamquam gallina pullos suos sub alas suas, et noluisti!* Habet enim paternam auctoritatem, maternum affectum; sicut et cc 1432 Paulus et pater est et mater est, non per seipsum, sed per evangelium. Pater ubi dicit: *Etsi habeatis multos paedagogos in Christo, sed non multos patres; in Christo enim Iesu per evangelium ego vos genui*, mater autem ubi: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Habet ergo haec avis, si vere ita est, magnam similitudinem carnis Christi, cuius sanguine vivificati sumus. Sed quomodo congruat Christo, quod ipsa occidit filios suos? An et illi congruit *Ego occidam, et vivificabo; ego percutiam, et ego sanabo*? An vero Saulus persecutor moreretur, nisi de caelo percuteretur, aut praedicator excitaretur, nisi illius sanguine mi 1300 vivificaretur? Sed hoc viderint qui scripserunt; non in incerto intellectum nostrum constituere nos debemus. Hanc autem potius in solitudine cognoscamus; hoc enim inde psalmus voluit ponere: PELICANUS IN SOLITUDINE. Puto ego hic intellegi Christum natum de virgine. Solus enim sic, ideo solitudo: in solitudine natus, quia solus ita natus.

17sq. Matth. 23,37 **21–23** 1 Cor. 4,15 **23sq.** Gal. 4,19 **27sq.** ego[1] ... sanabo] Deut. 32,39 **28sq.** Saulus ... percuteretur] *cf.* Act. 9,4

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

12 superfusi *K X ma* **13** fortasse[2]] hoc *add.* α Bn_2 *X ma* **14** quomodo ζ **17** colligere] congregare ε ζ Bn_2 Br_1 P_{23} *Y X lo* **20** est[2] *om.* δ P_6 **23** ubi] dicit *add.* Br_1 P_{23} *Y*; ait *add. lo ma* | filii δ χ Bn_2 **24** formetur Christus *tr.* χ **26** occidat α H_1 (*pc.*) ε χ *T Ly* P_{23} *Y* **27** illi] non *add.* ε Br_1 P_{23} *Y X* | vivificabo] ego *praem.* ε P_6 Br_1 P_{23} *Y* **28** ego *om.* δ *T* | moriretur δ ε χ **31** avem *lo ma* **32** agnoscamus An_3 *ma* **33** pelicanis V_2 δ χ | ego] *enim π

Post nativitatem ventum est ad passionem. A quibus crucifigebatur? Numquid ab stantibus? Numquid a lugentibus? Ergo tamquam in nocte ignorantiae ipsorum, et tamquam in parietinis, ruinis ipsorum. Ecce NYCTICORAX et IN PARIETINIS, amat et noctem. Nam nisi amaret, unde diceret: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*?

Deinde natus in solitudine, quia solus ita natus; passus in tenebris Iudaeorum tamquam in nocte, in praevaricatione tamquam in ruinis, quid postea? VIGILAVI. Ergo dormieras in parietinis, et dixeras: *Ego dormivi.* Quid est *Ego dormivi*? Quia volui, dormivi: noctem amando dormivi; sed ibi sequitur: *et surrexi.* Ergo hic VIGILAVI. Sed posteaquam vigilavit, quid egit? Ascendit in caelum. Factus est SICUT PASSER volando, id est ascendendo, SINGULARIS IN TECTO, id est in caelo. Ergo pelicanus nascendo, nycticorax moriendo, passer resurgendo: ibi in solitudine, velut solus, hic in parietinis, velut ab eis occisus, qui stare non potuerunt in aedificio; hic vero iam vigilans et volans singularis in tecto, ibi interpellat pro nobis. Caput enim nostrum passer est, corpus illius turtur. *Etenim passer invenit sibi domum.* Quam domum? In caelo est, interpellat pro nobis. *Et turtur nidum sibi*, ecclesia dei nidum de lignis crucis ipsius, *ubi ponat pullos suos*, parvulos suos. VIGILAVI, ET FACTUS SUM SICUT PASSER SINGULARIS IN TECTO.

v. 9 **(9.) TOTA DIE EXPROBRABANT MIHI INIMICI MEI, ET QUI LAUDABANT ME, ADVERSUM ME IURABANT.** Ore laudabant, corde insidias praeparabant. Audi laudem ipsorum: *Magister,* cc 1433

40sq. Luc. 23,34 **45** Ps. 3,6 **53** interpellat ... nobis] *cf.* Rom. 8,34 **54–56** Ps. 83,4 **9, 3–5** Matth. 22,16*sq.*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

38 et tamquam] etiam quam ε **39** ruinae *ma* | nocte χ; in noctem ε (*ac. uv.* An_3) Br_1 P_{23} *Y X* **43** praevaricationem χ **45** est *om.* χ | ego[2]] ergo δ **46** resurrexi ε χ ζ Bn_2 Br_1 P_{23} *Y X*; exsurrexi *lo ma* **47** huic χ | vigilavi] vigilavit V_2 Br_1 P_{23} *Y* **49** caelum χ | pelicanis V_2 χ *C* **56** nidum] invenit *praem.* ζ

scimus quia viam dei doces, et personam non accipis: licet tributum reddere Caesari? Quem laudas, supplantas. Quare nisi quia QUI LAUDABANT ME, ADVERSUM ME IURABANT? Unde autem hoc opprobrium, nisi quia veni facere membra mea peccatores, ut agendo paenitentiam sint in corpore meo? Inde totum opprobrium, inde persecutio: *Quare magister vester cum publicanis et peccatoribus manducat? Non est opus sanis medicus, sed aegrotantibus.* Utinam vos aegrotare nossetis, ut medicum quaereretis: non occideretis, et per superbam dementiam falsa sanitate periretis.

(10.) MIHI autem unde TOTA DIE EXPROBRABANT INIMICI MEI? Unde QUI LAUDABANT ME, ADVERSUM ME IURABANT? **QUONIAM CINEREM SICUT PANEM MANDUCAVI, ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM.** Quia haec genera hominum habere in suis membris sananda voluit et liberanda, inde opprobrium. Hodieque paganorum opprobrium quale in nos est? Quid mi 1301 putatis, fratres, quid eos putatis dicere nobis? 'Vos corrumpitis disciplinam, moresque generis humani pervertitis'. Quid inveheris? Dic quamobrem. Quid fecimus? 'Dando, inquit, hominibus paenitentiae locum, promittendo impunitatem omnium delictorum, ideo homines mala faciunt, securi quod eis, cum conversi fuerint, omnia dimittantur'. Hinc ergo opprobrium: QUONIAM CINEREM SICUT PANEM MANDUCAVI, ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM. O qui insultas, invito te ad istum panem! Non enim audes te dicere non esse peccatorem. Discute conscientiam tuam, ascende tribunal mentis tuae, noli tibi parcere, examina te, *v. 10*

9–11 Matth. 22,16*sq.*

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$*P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

9, 4 dei] in veritate *add. P*$_6$*P*$_{23}$*Y* (*pc.*) *ma* **5** dare ε *T C* (*pc.*) *Br*$_1$*P*$_{23}$*Y* (*pc.*) *ma Vulg.*; dari *P*$_6$*Ly* | nisi *om. A G* **6** me[1] ... iurabant *om. C* **9** peccatoribus et publicanis *tr. ma* **12** per *om. V*$_2$*C* **10, 1** mihi ... iurabant *om.* α_2 exprobrabant] mihi *rep. P*$_6$*Bn*$_2$*Br*$_1$*P*$_{23}$ **2** qui] quia *NP*$_{23}$*Y X*; quia *praem. Gt* ζ *Bn*$_2$ | adversus *C ma* **8** inveneris ε ζ *Bn*$_2$*Ly Br*$_1$*P*$_{23}$*Y* **10** locum paenitentiae *tr. δ* **11** male χ *Ly* **12** dimittuntur *lo ma* **13** sicut cinerem *tr. V*$_2$*δ* **15** audis *A* χ | esse *om.* χ

loquatur tibi medulla cordis; vide utrum audeas innocentiam profiteri. Hic plane si se respexerit, conturbabitur; si se non palpaverit, confitebitur. Et quid agit miser, si non erit portus impunitatis? Si sola fuit peccandi licentia, et nulla peccatorum est indulgentia? Ubi eris? Quo ibis? Certe et pro te factum est, ut pauper iste cinerem sicut panem manducaret, et potum suum cum fletu misceret. Non te iam delectat tale convivium? 'Sed tamen, inquit, augent homines peccata spe veniae'. Immo augerent peccata desperatione veniae. Nonne attendis quam licentiosa crudelitate vivant gladiatores? Unde hoc, nisi iam tamquam ad ferrum et victimam destinati, explere volunt libidinem, antequam fundant sanguinem? Nonne et tu hoc tibi diceres: 'Iam peccator sum, iam iniquus, iam damnandus, nulla veniae spes est; cur iam non faciam quidquid libet, etsi non licet? Cur non impleam, quantum possum, quaecumque desideria, si post haec non restant nisi sola tormenta?' Nonne hoc tibi diceres, et desperatione ipsa peior fieres? Potius ergo te corrigit qui indulgentiam promittit, et dicit: *Nolo mortem impii, quantum ut revertatur, et vivat.* Hoc procul dubio portu proposito, deponis vela iniquitatis, convertis proram, velificas ad iustitiam, et sperans vitam non neglegis medicinam. cc 1434

Nec in hoc tibi displiceat deus, tamquam per istam indulgentiae promissionem securos fecerit peccatores. Etenim ne desperatione homines peius viverent, promisit indulgentiae portum; rursus, ne spe veniae peius viverent, fecit diem mortis incertum, providentissime utrumque constituens, et revertentes quo recipiantur, et differentes unde terreantur. Manduca cinerem

10, 34 Is. 46,8 **34sq.** Ezech. 33,11

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

17 medullae ζ *Bn*$_2$ **18** non *om. A G* **19** aget ε *P*$_6$ *Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y*; agis α_2 *ma* **23** iam *om. V*$_2$ (*uv.*) δ | delectet ε **24** agent δ | homines] omnes δ **28** tibi hoc *tr. A G* **31** desidero ε ζ *C* (*pc.*) *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X* **34** quantum] *tantum ε χ ζ *C* (*pc.*) *Ly* | convertatur δ **36** velificans ε ζ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* | speras δ χ *C* **41** spe] de *praem. V*$_2$ δ *P*$_6$ *Bn*$_2$

velut panem, fletum tuum cum potu commisce: per hoc convivium venies ad mensam dei. Noli desperare: promissa est indulgentia. 'Deo gratias, inquit, quia promissa est; teneo promissum dei'. Ergo iam bene vive. 'Cras, inquit, bene vivam'. Indulgentiam tibi deus promisit; crastinum diem nemo tibi promisit. Si male vixisti, bene vive iam hodie. *Stulte, hac nocte auferetur a te anima tua.* Non dico: *Quae praeparasti, cuius erunt?*, sed: 'Secundum quod vixisti, ubi eris?' Corrige ergo te, ut possis in corpore Christi habere vocem istam, quam, nisi fallor, libenter agnoscis: QUONIAM CINEREM SICUT PANEM MANDUCAVI, ET POTUM MEUM CUM FLETU MISCEBAM.

mi 1302 **(11.) A FACIE IRAE TUAE ET INDIGNATIONIS TUAE, QUONIAM LEVASTI, ELISISTI ME.** Ipsa est illa ira tua, domine, in Adam, ira cum qua omnes nati sumus, cui nascendo cohaesimus, ira de propagine iniquitatis, ira de massa peccati, secundum quam dicit apostolus: *Fuimus et nos aliquando natura filii irae, sicut ceteri*; et unde dicit dominus: *Ira dei manet super eum, quia non credidit in unigenitum filium dei*. Non enim ait: 'Ira dei veniet super eum', sed: *Manet super eum*, quia non tollitur in qua natus est. Quare ergo, et quid sibi vult vox ista: QUONIAM LEVASTI, ELISISTI ME? Non enim ait: 'Quoniam levasti et elisisti me', sed: QUONIAM *v. 11*

49sq. Luc. 12,20 **11, 5** Eph. 2,3 **6sq.** Ioh. 3,36

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **11, 1** a] *inc.* e_3
2 ipsa] *inc. Flor* **8** est] *des. Flor*

4 velut] sicut ε P_6 Ly Br_1 P_{23} | panem] et *add.* ε ζ Ly Br_1 P_{23} Y *ma* | potum tuum cum fletu ε χ ζ Ly Br_1 P_{23} Y *Flor* | misce α_2 C Bn_2 Ly X *ma* **5** veniens Bn_2 Ly | indulgentia] tibi *add.* ε ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y *ma* **7** vivam] vivamus δ **8** tibi nemo *tr.* T *ma* **9** vixisti] heri *add.* V_2 ζ | iam bene vive *tr.* Mc_2 ζ anima tua a te *tr.* χ P_6 **51** eris] eras δ **11, 1** tuae[1] *om.* Bn_2 Ly Br_1 P_{23} **2** elevasti T Bn_2 Ly Br_1 e_3 Y | elisisti] et *praem.* T Bn_2 e_3 Y | domine *om.* δ **4** quam] quod ε T Ly **5** fuimus] enim *add.* ζ Bn_2 e_3 | et[1]] enim *add.* C ceteri] et *praem.* α_2 ε ζ C (*pc.*) Bn_2 Ly Br_1 P_{23} Y | unde et *tr.* ζ **6** dominus dicit *tr.* ζ Bn_2 **8** non *om.* δ **9** elevasti Bn_2 e_3 | elisisti] et *praem.* T Bn_2 e_3 **10** non ... me *om.* Bn_2 e_3 | elevasti δ ζ | et *om.* χ | sed ... me *om.* δ

LEVASTI, ELISISTI ME. Ideo elisisti, quia levasti. Unde hoc? Homo in honore positus, factus est ad imaginem dei; levatus in hunc honorem, erectus a pulvere, erectus a terra, accepit animam rationalem, praepositus est rationis ipsius vivacitate omnibus bestiis, pecoribus, volatilibus, piscibus. Quid enim horum habet intellegentiae rationem? Quia nullum horum factum est ad imaginem dei. Quomodo nullum horum habet hunc honorem, sic nullum horum habet hanc miseriam. Quod enim pecus plangit de peccato? Quae avis timet gehennam ignis aeterni? Quia nulla ei participatio beatae vitae, nulli stimuli miseriarum. Homo autem, quia factus est qui sit in beata vita, si bene vixerit, ideo erit in misera vita, quia male vixit. Ergo QUIA LEVASTI, ELISISTI ME; ideo sequitur me poena, quia dedisti mihi liberum arbitrium. Si enim mihi non dedisses liberum arbitrium, et per hanc rationem pecoribus me non faceres meliorem, non me sequeretur damnatio iusta peccantem. Ergo per arbitrium liberum levasti me, et per iustitiae iudicium elisisti me. cc 1435

v. 12 (**12.**) **DIES MEI SICUT UMBRA DECLINAVERUNT.** Potuerunt enim esse dies tui non declinantes, si tu a die vero non declinasses! Declinasti, et accepisti dies declinantes. Quid mirum si dies tui facti sunt similes tui? Ipsi sunt enim dies declinantes, quia deviasti, qui sunt dies fumi, quia tumuisti. Supra enim dixerat: DEFECERUNT SICUT FUMUS DIES MEI, et nunc dicit: DIES MEI SICUT UMBRA DECLINAVERUNT. In hac umbra agnoscendus est dies, in hac umbra videnda est lux, ne postea sera et infructuosa paenitentia dicatur: *Quid nobis profuit superbia? Et divitiarum*

11sq. homo ... positus] *cf.* Ps. 48,21 **12** factus ... dei] *cf.* Gen. 1,26 **12, 9sq.** Sap. 5,8*sq.*

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: e_3 Y X **27** me^2] *des.* e_3

15 habent $NGtLy$ **18** quod] quid $V_2Mc_2An_3X$ | planget $\varepsilon\chi Bn_2Ly$ **20** ei *om.* δ **22** elevasti ζBn_2 | elisisti] et *praem.* TBn_2 **26** liberum arbitrium *tr.* ζ **12, 2** vero die *tr.* $Br_1P_{23}Y$ **6** dicet χ **9** dicatur paenitentia *tr.* δ

iactatio quid contulit nobis? Transierunt omnia tamquam umbra. Modo dic: 'Transibunt omnia tamquam umbra', et non tu transies tamquam umbra? DIES MEI SICUT UMBRA DECLINAVERUNT.

ET EGO VELUT FENUM ARUI, quia et supra dixerat: PERCUSSUM EST SICUT FENUM, ET ARUIT COR MEUM. Sed revirescit fenum irrigatum sanguine salvatoris. Ergo SICUT FENUM ARUI ego homo post illam praevaricationem: hoc ego iusto iudicio tuo, tu autem quid?

(13.) TU VERO, DOMINE, IN AETERNUM MANES. Mei dies sicut umbra declinaverunt, et tu IN AETERNUM MANES: temporalem salvet aeternus. Non enim quia ego cecidi, et tu senuisti: viges ad me liberandum, qui viguisti ad me humiliandum. TU VERO, DOMINE, IN AETERNUM MANES, **ET MEMORIALE TUUM IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM**. MEMORIALE TUUM, quia non oblivisceris. IN GENERATIONEM, non unam, sed GENERATIONEM ET GENERATIONEM: promissionem quippe habemus vitae praesentis et futurae. *v. 13*

(14.) TU EXSURGENS MISEREBERIS SION, QUONIAM VENIT TEMPUS UT MISEREARIS EIUS. Quod tempus? *Cum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege.* Et ubi Sion? *Ut eos qui sub lege erant redimeret.* Primitus ergo Iudaei; inde enim apostoli, inde illi plus quam *v. 14*

---

13 supra] Ps. 101,5 **13, 8sq.** promissionem ... futurae] *cf.* 1 Tim. 4,8 **14, 2–4** Gal. 4,5 **5sq.** plus ... fratres] *cf.* 1 Cor. 15,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

10 iactantia Mc_2 Bn_2 *ma* **11** tu non *tr.* π P_6 P_{23} *Y ma* | transiens α; transeas ε *C Ly* P_{23} *ma* **12** sicut] velut α ζ Bn_2 **13** percussum sum δ **14** sicut fenum *om.* ε | revirescet *C ma* **15** ergo] ego Mc_2 *ma* **17** quid] inquit *N Gt X* **13, 1** permanes δ ε *K* ζ Bn_2 Br_1 P_{23} *Y X* | dies mei *tr.* ζ Bn_2 **2** permanes ε ζ *C* (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X* **3** et *om.* P_6 *C* Br_1 P_{23} *Y* **4** viges] nam *praem. lo ma* laborandum δ | qui] quia *G* H_1 ζ | humilandum *ma* **5** permanes ε ζ Br_1 P_{23} *Y* **7** generationem[2]] in *praem.* ζ **14, 1** quoniam π χ *T C Psalt.Ver. ma*; quia *cett., Prosp.* | venit α ε ζ P_{23} *Y X Psalt.Ver.*; veniet Bn_2; *om. cett., Psalt.Ga. ma* **2** ut miserearis] miserationis *A G* | venit] venerit ε

quingenti fratres, inde illa deinceps multitudo, cui erat anima una et cor unum in deum. Ergo TU EXSURGENS MISEREBERIS SION, QUONIAM VENIT TEMPUS UT MISEREARIS EIUS.

QUONIAM VENIT TEMPUS**.** Quod tempus? *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Quis hoc dicit? Servus dei aedificator, qui dicebat: *Dei aedificium estis*, qui dicebat: *Sicut sapiens architectus fundamentum posui*; *fundamentum nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*

v. 15 **(15.)** Ergo et hic quid dicit? **QUONIAM BENEPLACITUM HABUERUNT SERVI TUI IN LAPIDES EIUS.** In lapides cuius? In lapides Sion. Sed sunt ibi et non lapides. Ergo quid sequitur? **ET PULVERIS EIUS MISEREBUNTUR.** Agnoscamus lapidem in Sion, agnoscamus pulverem in Sion. Non enim dixit: 'Lapidum eius miserebuntur', sed quid ait? QUONIAM BENEPLACITUM HABUERUNT SERVI TUI IN LAPIDES EIUS, ET PULVERIS EIUS MISEREBUNTUR. Beneplacitum habuerunt in lapides eius; pulveris autem miserebuntur. Intellego lapides Sion omnes prophetas: ibi praemissa est vox praedicationis, inde assumptum evangelicum officium, per illud praeconium cognitus Christus. Ergo servi tui beneplacitum habuerunt in lapides Sion. Sed illi praevaricatores, recedentes a deo, malisque factis suis offendentes creatorem, in terram unde sumpti sunt, redierunt. Pulvis facti sunt, impii facti sunt, de quibus dicitur: *Non sic impii, non sic, sed tamquam pulvis quem proicit ventus a facie terrae.* Sed exspecta, domine; sustine,

---

6sq. multitudo ... unum] *cf.* Act. 4,32 **9sq.** 2 Cor. 6,2 **11** 1 Cor. 3,9 **11sq.** 1 Cor. 3,10 **12sq.** 1 Cor. 3,11 **15, 15sq.** Ps. 1,4

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

8 venit *om.* $\pi\chi\zeta C$ **10** aedificatur χ **12** fundamentum[2]] et *praem.* ε C (*pc.*) Bn_2 Br_1 P_{23} Y; aliud *add.* P_6 Bn_2 Br_1 P_{23} Y *ma* **13** praeter id] praeterquam $\pi\chi$ C Bn_2 *ma* **15, 3** et[1] *om.* δ | lapides[2]] cuius non lapides *add.* ε P_6 C Bn_2 X *ma* **4** miserebitur ε | lapides α_2 *ma* | in *om.* α_2 A ζ **5** dicit X *ma* **8** beneplacitum ... miserebuntur *om.* C Br_1 **9** intellige ergo ζ **10** evangelium χ Ly; evangelii α_2; evangeli T Bn_2 **11** officii χ Ly | cognitus] est *add.* G P_6; agnitus Br_1 P_{23}; cognoscitur C X **13** *domino $\pi\chi$ C X

domine; patiens esto, domine: non irruat ventus, et auferat hunc pulverem a facie terrae. Veniant, veniant servi tui, agnoscant in lapidibus eloquia tua, misereantur pulveris Sion, formetur homo ad imaginem tuam; dicat pulvis ne pereat: *Memento quia pulvis sumus.* ET PULVERIS EIUS MISEREBUNTUR. Hoc de Sion.

Numquid non erat pulvis qui dominum crucifixit? Quod peius est, pulvis de parietinis ruinarum. Pulvis erat prorsus; veruntamen non frustra de pulvere dictum erat: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* De ipso pulvere venit paries tot milium credentium, et pretia rerum suarum ad pedes apostolo-
mi 1304 rum ponentium. Ergo exstitit de illo pulvere humanitas et formata et formosa. Quis enim de gentibus sic? Quam paucos miramur hoc fecisse ad illorum tot milia! Subito primo tria, postea quin-
cc 1437 que milia; omnes in unitate viventes, omnes venditarum rerum suarum pretia ad pedes apostolorum ponentes, ut distribueretur unicuique sicut cuique opus erat, quibus erat anima una et cor unum in deum. Quis hoc fecit etiam de isto pulvere, nisi qui et ipsum Adam fecit ex pulvere? Hoc ergo de Sion, sed non tantum in Sion.

(16.) Quid igitur sequitur? **ET TIMEBUNT GENTES NOMEN TUUM, DOMINE, ET OMNES REGES TERRAE GLORIAM TUAM.** Iam quoniam misertus es Sion, iam quoniam servi tui beneplacitum habuerunt in lapides eius, cognoscendo fundamentum apostolorum et prophetarum, iam quoniam miserti sunt pulveris *v. 16*

20sq. Ps. 102,14 **24sq.** Luc. 23,34 **26sq.** pretia ... ponentium] *cf.* Act. 2,35 **29sq.** tria ... milia] *cf.* Act. 2,41 **29sq.** quinque milia] *cf.* Act. 4,4 **30–33** omnes[2] ... deum] *cf.* Act. 4,32.34.35

$\pi\,(\alpha\colon V_2\ \alpha_2\,[=F_2\,Mc_2] + \delta\colon A\ G\ H_1)\quad \varepsilon\,(N\ Gt\ An_3)\quad \chi\,(K\ S)\quad \zeta\,(P_6\ T)\quad C\,Bn_2\ Ly\,Br_1P_{23}\quad$ *lect.sel.:* $Y\,X$

---

17 esto *om.* $V_2\,\delta\,C$ **21** sumus] dum enim sacerdotes et prophetae peccatores adhortantur *add.* $Br_1P_{23}\,Y\,(pc.)$ | et *om.* Br_1P_{23} | miserebuntur] hoc est Sion dum enim sacerdotes et prophetae peccatores adhortantur pulveris eius miserentur *add.* ζ **23** de] sed *praem.* $P_6\,Bn_2$ **25** ipso] illo $\varepsilon\,T\,Ly\,Br_1P_{23}\,Y$ **28** mirarum $A\,G$ **32** sicut] prout χ | cuique *om.* ζ **16, 4** agnoscendo ε

eius, ut formaretur vel potius reformaretur homo vivus ex pulvere, hinc praedicatio crevit in gentibus: timeant nomen tuum gentes, et omnes reges terrae gloriam tuam; veniat et alius paries de gentibus, agnoscatur lapis angularis, ibi haereant duo de diverso venientes, sed iam non adversa sentientes.

v. 17 **(17.) QUONIAM AEDIFICAVIT DOMINUS SION.** Hoc agitur nunc. Eia lapides vivi in structuram currite, non in ruinam. Aedificatur Sion: cavete parietinas; aedificatur arca: observate diluvium. Hoc agitur nunc: QUONIAM AEDIFICAVIT DOMINUS SION. Sed aedificata Sion, quid fiet? **ET VIDEBITUR** inquit **IN GLORIA SUA.** Ut aedificaret Sion, ut esset fundamentum in Sion, visus est a Sion, sed non in gloria sua: *Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem.* At vero cum venerit iudicare cum angelis suis, quando congregabuntur ante eum omnes gentes, quando oves ad dexteram, haedi ad sinistram separabuntur, nonne tunc videbunt in quem pupugerunt, et confundentur sero, qui prima paenitentia et salubri confundi noluerunt? AEDIFICAVIT DOMINUS SION, ET VIDEBITUR IN GLORIA SUA, qui in illa primo visus est in infirmitate sua.

v. 18 **(18.) RESPEXIT IN ORATIONEM HUMILIUM, ET NON DESPEXIT PRECEM EORUM.** In aedificatione Sion hoc agitur modo;

16, 9 lapis angularis] *cf.* Eph. 2,20 **9sq.** haereant ... sentientes] *cf.* Eph. 2,14 **17, 2** lapides vivi] *cf.* 1 Petr. 2,5 **7sq.** Is. 53,2 **8–10** cum^2 ... separabuntur] *cf.* Matth. 25,31-33 **11** videbunt ... pupugerunt] *cf.* Ioh. 19,37; Apoc. 1,7; Zach. 12,10

π (*α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X*

---

6 ut formaretur *om.* δ **7** gentes nomen tuum *tr.* P_6 *Ly* **9** de^2] e ε ζ Br_1 P_{23} *Y* **10** sentientes] sapientes *T Bn_2* **17, 1** aedificavit *codd. Prosp. Psalt. Ver. Cass.*; aedificabit *Psalt. Ga. ma* **3** arca] turris *C X*; turris *praem.* N^1 (*sl.*) *Gt Bn_2* **4** aedificabit Mc_2 *ma* **5** quid] nunc *praem.* ε ζ Br_1 P_{23} *Y X* | fit ε ζ Br_1 P_{23} *Y X*; fiat *Ly* | inquit **om.* π χ *C Ly* **7** eum *om.* δ **11** et *om.* π *C* | confundantur *C X* **12** primo ζ | salubri] consilio *add.* ζ | aedificabit *C X* (*pc.*) *ma* **14** in *om.* δ **18, 1** respexit] et *praem.* ε *C Ly Br_1 P_{23} Y* | oratione *Gt* (*uv.*) χ Bn_2 **2** deprecationem ε; preces α_2 *C*

aedificantes Sion orant, gemunt: ille unus pauper, quod pauperes multi, quia milia in tot gentibus unus, quia unitas pacis ecclesiae. Ipse unus, ipse multi: unus propter caritatem, multi propter latitudinem. Ergo nunc oratur, nunc curritur; nunc, si quis aliter erat, et aliter se habebat, manducet cinerem sicut panem, et potum suum cum fletu commisceat. Nunc tempus est, cum aedificatur Sion; nunc intrant lapides in structuram: perfecto
cc 1438 aedificio et dedicata domo, quid curris, sero quaesiturus, inaniter petiturus, frustra pulsaturus, foris remansurus cum quinque virginibus fatuis? Nunc ergo curre: RESPEXIT enim IN ORATIONEM HUMILIUM, ET NON DESPEXIT PRECEM EORUM.

(19.) SCRIBANTUR HAEC IN GENERATIONEM ALTERAM. *v. 19*
Quando scribebantur haec, non ita proderant eis inter quos
mi 1305 scribebantur; scribebantur enim ad prophetandum novum testamentum, inter homines qui vivebant ex vetere testamento. Sed et illud vetus testamentum deus dederat, et in illa terra promissionis populum suum collocaverat. Sed quoniam MEMORIALE TUUM IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM, non iniquorum est, sed iustorum: in una generatione pertinet ad vetus testamentum; in alia autem generatione pertinet ad novum testamentum. Et quia hoc quod prophetatum est, novum testamentum praenuntiat, SCRIBANTUR HAEC inquit IN GENERATIONEM ALTERAM.

ET POPULUS QUI CREABITUR, LAUDABIT DOMINUM. Non populus qui creatus est, sed POPULUS QUI CREABITUR. Quid

---

18, 10–12 sero ... fatuis] *cf.* Matth. 25,12

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$*P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

---

3 gemunt] et *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ *C* (*pc.*) *Ly Br*$_1$*P*$_{23}$ *Y X* | quod *om.* χ; quot ζ *Br*$_1$*P*$_{23}$ *Y X* **9** perfecta aedificatio χ **19, 2** scribebantur] haec *praem.* ε **4** veteri δ **5** testamentum vetus *tr. Br*$_1$*P*$_{23}$ | in *om.* δ | repromissionis *Br*$_1$*P*$_{23}$ **6** quoniam] quia ε *Ly Br*$_1$*P*$_{23}$ *Y* **7** generationem[1]] saeculum ε *Ly Br*$_1$*P*$_{23}$ *Y X*; generatione *T Bn*$_2$ *Psalt.Ver.* | generationem[2]] generatione *Bn*$_2$ (*ac.*) *Psalt.Ver.* **8** in ... autem] nunc a δ **10** novum] *in *praem.* ε *C Bn*$_2$ *Br*$_1$*P*$_{23}$ *Y* | pronuntiat ε *Bn*$_2$ *Ly* **11** inquit **om.* π *C Ly ma* | generatione altera $\varepsilon\chi$ *Bn*$_2$

evidentius, fratres? Hic praedicta est illa creatura de qua dicit apostolus: *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova; omnia autem ex deo.* Quid est *omnia autem ex deo*? Et vetera et nova, quia MEMORIALE TUUM IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM: ET POPULUS QUI CREA-
v. 20 BITUR, LAUDABIT DOMINUM, **QUONIAM PROSPEXIT EX ALTO SANCTO SUO.** Prospexit ex alto, ut veniret ad humiles; et ex alto factus est humilis, ut humiles exaltaret.

SERMO II

habitus postridie quam CI,I (*cf. infra 1,1.6.13*)

(1.) Hesterno die audivimus cuiusdam pauperis gemitum in oratione, eumque esse cognovimus qui propter nos pauper factus est, cum dives esset, eique membra cohaerentia et per suum caput loquentia vidimus. Vidimus enim ibi et nos ipsos; si tamen per eius gratiam aliquid et nos. Finita autem iam erant verba gemitum, et coeperant consolationum, sed ea finiri hesterno die tractando minime potuerunt; in his quae restant, audiamus hodie non iam gementem pauperem, sed gaudentem: ideo gaudentem quia sperantem; ideo sperantem quia non de se praesumentem.

19, 15–17 2 Cor. 5,17*sq.*
1, 1–4 audivimus ... vidimus1] *cf.* en. 101,2,42-51 **2sq.** propter ... esset] *cf.* 2 Cor. 8,9

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

14 fratres] mei *add.* Mc_2 *T* Bn_2 *ma* | hic] quam *praem.* ε χ P_6 Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *Y* praedicata ε P_6 Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *Y* **16** omnia1 *om.* δ χ *C Ly* Br_1 P_{23} *Y* | autem omnia *tr.* H_1 ε *T* Bn_2 *Ly* **18** generationem1] generatione ε *K* Bn_2 | et generationem *om. C* Br_1 P_{23} *Y* **20** et *om.* Mc_2 *S T* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *ma* **21** exaltaret humiles *tr.* ε χ *Ly*
1, 3 esset] ut illius paupertate nos ditaremur *add.* ε ζ *Ly* Br_1 P_{23} **4** vidimus1 ε *lo*; *om. cett. ma* **6** finire *N K* **7** his] iis *lo ma* **9** de se non *tr.* δ

Praenuntiavit felicitatem rerum humanarum in scripturis dei, et
cc 1439 adiecit: SCRIBANTUR HAEC IN GENERATIONEM ALTERAM; ET POPULUS QUI CREABITUR, LAUDABIT DOMINUM, QUONIAM PROSPEXIT EX ALTO SANCTO SUO. Huc usque sermo hesternus productus est; videte quae sequantur.

v. 20-21 **(2.) DOMINUS DE CAELO IN TERRAM PROSPEXIT, UT AUDIRET GEMITUM COMPEDITORUM, UT SOLVAT FILIOS MORTIFICATORUM.** Invenimus in alio psalmo dictum: *Intret in conspectum tuum gemitus compeditorum*, et in eo loco dictum ubi vox martyrum intellegebatur. Unde martyres compediti? Nonne catenati potius quam compediti? Ductos enim sanctos dei martyres post iudices, per provinciam circumeuntes, in catenam novimus missos; in compedes autem non novimus. Agnoscuntur et compedes disciplinae dei et timoris eius, de quo dictum est: *Initium sapientiae timor domini.* Per hunc enim timorem non
mi 1306 timuerunt servi dei eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, quia eum timebant qui habet potestatem et animam et corpus occidere in gehennam ignis. Nisi enim compedibus timoris huius ligati essent martyres, quando illa omnia dura et molesta sustinerent a persecutoribus suis, cum eis liberum fuerit facere quod cogebantur, et evadere quod patiebantur? Sed alligaverat eos deus istis compedibus, duris quidem et molestis ad tempus, sed tolerandis propter promissa eius, cui dicitur: *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras.* Gemendum quidem est in his compedibus ad impetrandam misericordiam

2, 3sq. Ps. 78,11 **4sq.** in ... intellegebatur] *cf.* en. 78,15,26-29 (CC 39, p. 1109) **10** Sir. 1,16 **10–13** non ... ignis] *cf.* Matth. 10,28 **18sq.** propter[2] ... duras] Ps. 16,4

$\pi (\alpha$: V_2 α_2 [$= F_2 Mc_2$] + δ: A G H_1) $\varepsilon (N$ Gt $An_3)$ $\chi (K$ $S)$ $\zeta (P_6$ $T)$ C Bn_2 Ly $Br_1 P_{23}$ *lect.sel.*: Y X

10 in *om.* χ | scriptis $\pi \chi$ *ma* **11** generatione altera $H_1 \varepsilon \chi Ly$ **14** perductus $V_2 Mc_2 \chi \zeta C$ *ma* | sequentur δ **2, 3** conspectu tuo $\varepsilon \chi \zeta Ly Br_1$ **5** intellegatur χ **7** *provincias $\alpha_2 H_1$ (*pc.*) ζ *ma* | catenas *lo ma* **9** timores $\varepsilon \chi P_{23} Y$ **12** timebunt δS **13** corpus et animam *tr. lo ma* **14** huius timoris *tr.* ζ **15** sustinuerunt δ

dei; unde vox martyrum est in alio psalmo: *Intret in conspectum tuum gemitus compeditorum*; non tamen evitandae sunt tales compedes, ut appetatur perniciosa libertas, et temporalis vitae brevisque dulcedo, quam sequatur amaritudo perpetua. Proinde scriptura, ne recusemus esse compediti sapientiae, sic nos alloquitur: *Audi, fili, et excipe sententiam meam, et ne abicias consilium meum; et infer pedem tuum in compedes illius, et in torquem eius collum tuum: subice humerum tuum et porta illam, et ne oderis vincula illius. In omni anima tua accede ad illam, et in omni virtute tua serva vias eius: investiga et quaere, et innotescet tibi; et continens factus, ne derelinquas eam. In novissimis enim invenies requiem eius, et convertetur tibi in laetitiam, et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, et torques illius in stolam gloriae. Decus enim aureum est in illa, et vincula eius fila hyacinthina: stolam gloriae indues eam, et coronam exsultationis superpones tibi.* cc 1440 Clament ergo compediti, quamdiu sunt in vinculis disciplinae dei, in qua sunt exercitati martyres. Solventur compedes, et volabunt, et eadem ipsa in ornamentum postea convertentur. Factum est hoc de martyribus. Quid enim persecutores occidendo fecerunt, nisi ut compedes solverentur, et in coronas converterentur?

(3.) DE CAELO ergo RESPEXIT DOMINUS, UT AUDIRET GEMITUM COMPEDITORUM, UT SOLVAT FILIOS MORTIFICATORUM. Mortificati illi; filii autem mortificatorum qui, nisi nos? Quomodo autem solvimur nos, nisi cum dicimus ei: *Disrupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis?* Solvitur enim unusquisque a vinculis cupiditatum malarum, vel a nodis peccatorum

21sq. Ps. 78,11 **26–35** Sir. 6,24-32 **3, 4sq.** Ps. 115,16*sq.*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

21 conspectu tuo $\varepsilon\,\chi\,\zeta$ *Ly* Br_1 **25** sapientiae ne recusemus esse compediti *tr.* ζ **26** fili] mi *add.* ζ **29** omni2 *om.* χ **30** *inquire ε K Ly Br_1 P_{23} **34** eius] illius *lo ma* **35** induces V_2 *A* H_1 *K C Ly*; inducens *G* (*ac.*) **37** exerciti V_2 *A* H_1 *C Ly* **38** eaedem ζ *ma* | ipse ε P_6 *Ly*; ipsae *ma* **3, 3** quis $V_2\,\delta$ **6** malorum V_2 *A* H_1; *lnp. G*

suorum. Remissio peccatorum solutio est. Quid enim prodesset Lazaro quia processit de monumento, nisi diceretur: *Solvite eum, et sinite ire*? Ipse quidem voce de sepulcro suscitavit, ipse clamando animam reddidit, ipse terrenam molem sepulto impositam vicit, et processit ille vinctus; non ergo pedibus propriis, sed virtute producentis. Fit hoc in corde paenitentis: cum audis hominem paenitere peccatorum suorum, iam revixit; cum audis hominem confitendo proferre conscientiam, iam de sepulcro eductus est, sed nondum solutus est. Quando solvitur? A quibus solvitur? *Quae solveritis* inquit *in terra, erunt soluta et in caelo*. mi 1307 Merito per ecclesiam dari solutio peccatorum potest; suscitari autem ipse mortuus nonnisi intus clamante domino potest: haec enim deus interius agit. Loquimur ad aures vestras; unde scimus quid agatur in cordibus vestris? Quod autem intus agitur, non a nobis, sed ab illo agitur.

(4.) RESPEXIT ergo UT SOLVAT FILIOS MORTIFICATORUM. Quorum mortificatorum audistis, quos filios audistis. Quid deinde? **UT ANNUNTIETUR IN SION NOMEN DOMINI.** Primo *v. 22* enim premebatur ecclesia, quando mortificabantur compediti; post illas pressuras annuntiatur in Sion nomen domini cum magna libertate in ipsa ecclesia. Ipsa enim Sion: non ille unus locus primo superbus, postea captivatus, sed Sion cuius umbra erat illa Sion, quae interpretatur 'speculatio'. Propterea quia in carne positi videmus in priora, extendentes nos non ad praesens quod est, sed ad id quod futurum est, ideo speculatio: omnis

8sq. Ioh. 11,44 **9–11** ipse[1] ... vinctus] *cf.* Ioh. 11,43*sq.* **10** terrenam molem] *cf.* Ioh. 11,39 **16** Matth. 16,19 **4, 8** interpretatur speculatio] *cf.* Hier. nom. Hebr. 39,25 (Lagarde)

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

9 abire F_2 ε P_6 C (*pc.*) Ly Br_1 P_{23} X *ma* **10** sepulto] terreno *praem.* ε ζ Bn_2 Br_1 P_{23} Y X (*pc.*) **13** cum] qui δ **15** ductus V_2 δ **17** dare χ | suscitare χ **18** ipsi χ | mortuos K Ly **20** agatur] agitur G χ C **4, 2** quid] enim *add.* C *ma* **3** deinde] inde C *ma*; quare hoc agitur ausculta *add.* ε_1 (ausculta *sl.* N^1) ζ Bn_2 Br_1 P_{23} Y X (*pc.*) **5** illam pressuram H_1 T **9** nos *om.* π χ C

enim speculator longe prospicit. Specula dicitur, ubi ponuntur custodes. Fiunt istae speculae in saxis, in montibus, in arboribus, ad hoc ut de loco eminentiore longe videatur. Sion ergo speculatio, ecclesia speculatio. Unde speculatio? Longe videre, hoc est speculatio. *Labor est* enim *ante me, donec introeam in sanctuarium dei, et intellegam in novissima.* Qualis speculatio intellegere in novissima: transire mare videndo, non navigando, et habitare in extrema maris, id est ibi ponere spem, in eo quod erit finito saeculo! Ergo si ecclesia speculatio, ibi iam annuntiatur nomen domini. cc 1441

v. 23 **(5.)** Et quomodo annuntiatur? **IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, ET REGNA UT SERVIANT DOMINO.** Unde hoc factum, nisi sanguine mortificatorum? Unde hoc factum, nisi gemitibus compeditorum? Exauditi ergo sunt qui erant in pressura et humilitate, ut esset nostris temporibus ecclesia in tanta gloria, quam videmus, ut iam regna quae persequebantur, ipsa serviant domino.

v. 24 *v. 22* **(6.) RESPONDIT EI IN VIA FORTITUDINIS SUAE.** Cui respondit, nisi domino? Quis respondit, supra videamus: **ET LAUS EIUS** inquit **IN IERUSALEM** IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, ET REGNA UT SERVIANT DOMINO, RESPONDIT EI IN VIA FORTITUDINIS SUAE**.** Quae illi respondit, aut quis illi respondit IN VIA FORTITUDINIS SUAE? Quaeramus ergo primo quis respon-

---

15sq. Ps. 72,16-17 **17sq.** habitare ... maris] *cf.* Ps. 138,9

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

11 enim *om.* π **14** unde speculatio *om.* α **16** novissima1] eorum *add. K* **18** extremis δ **20** domini] non solum nomen domini in hac Sion annuntiatur, sed et laus inquit eius (eius inquit *tr.* *C*[*pc.*] *X ma*) in Ierusalem *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) Bn_2 (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X ma* **5, 1** annuntiatur] audi *add.* $\varepsilon\,\zeta$ Br_1 P_{23} *Y X* (*pc.*) **2** unde ... mortificatorum *om. K* | factum] est *add.* α $H_1\,\zeta$ **6** vidimus *K* **6, 1** respondet Br_1 *ma* | respondit2 ... respondit] respondet *bis* Br_1 *ma* **3** in1 *om.* δ | populus χ **4** respondet Br_1 *ma* **5** respondit1 ... respondit] respondet *bis* Br_1 *ma* | illi2] ille χ **6** primum *C X*

dit, et sic quaeremus quae sit via fortitudinis eius. Superiora verba indicant respondisse ei aut laudem eius aut Ierusalem. Supra enim dixerat: ET LAUS EIUS IN IERUSALEM IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, ET REGNA UT SERVIANT DOMINO. RESPONDIT EI non possumus dicere REGNA, quia 'responderunt' dixisset. RESPONDIT EI non possumus dicere 'populi', quia et hic 'responderunt' dixisset. Quia ergo RESPONDIT EI, singularem numerum quaerimus superius, et non invenimus, nisi aut laudem eius aut Ierusalem. Et quia hoc ambiguum est, utrum laus eius an
mi 1308 Ierusalem, secundum utrumque tractemus. Quomodo ei respondet laus eius? Quando ei gratias agunt vocati ab illo. Ille enim vocat, nos respondemus; non voce, sed fide; non lingua, sed vita. Si enim vocat te deus, et praecipit, et tu male vivis, vocationi eius non respondes, nec laus eius respondet ei de te, quia sic vivis ut ille non laudetur, sed potius blasphemetur per te; cum autem sic vivimus ut per nos laudetur deus, respondet ei laus eius. De vocatis et sanctis eius respondet et Ierusalem. Vocata est enim et Ierusalem, et prima Ierusalem noluit audire, et dictum est ei: *Ecce dimittetur vobis domus vestra deserta. Ierusalem, Ierusalem* – clamat, et non respondetur –, *quoties volui congregare filios tuos, tamquam gallina pullos suos sub alas suas, et noluisti!* Non respondetur; pluitur desuper, et pro fructu spinae proferuntur. At vero
cc 1442 illa Ierusalem, de qua dictum est: *Laetare, sterilis, quae non paris;*

6, 24sq. Matth. 23,38 **25–27** Matth. 23,37 **29–31** Is. 54,1; Gal. 4,27

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

7 quaeramus δ K Ly Br_1 P_{23}; quaerimus S **10** populus δ **11** respondet Br_1 *ma* **12** respondet Br_1 *ma* | et *om.* ζ **13** respondet Br_1 *ma* **16** respondet V_2 δ Ly Br_1 *ma*; *respondit *cett.* **18** respondemus V_2 Mc_2 δ C Br_1 X *ma*; *respondimus *cett.* **19** praecepit K C; ut bene vivas *add. ma* | vives χ Ly vocatione Gt χ; *lnp. N* **20** respondes V_2 Mc_2 δ C Br_1 P_{23} X *ma*; *respondis *cett.* | respondet V_2 δ ε Br_1 P_{23} X *ma*; *respondit *cett.* **22** respondet V_2 H_1 Br_1 P_{23} X *ma*; *respondit *cett.* **23** respondet Br_1 P_{23} X *ma*; *respondit *cett.* et[2]] ei χ; *om.* T Ly **24** ei *om.* δ **25** dimittitur χ **26** respondetur π C Br_1 P_{23} X *ma*; *responditur *cett.* | quotiens π **27** tamquam] quemadmodum ζ respondetur π C Br_1 P_{23} X *ma*; *responditur *cett.* **28** pluetur χ | feruntur χ

erumpe et exclama, quae non parturis, quoniam multi filii desertae, magis quam eius quae habet virum, RESPONDIT EI. Quid est RESPONDIT EI? Non contempsit vocantem. Quid est RESPONDIT EI? Ille pluit, illa fructum dedit.

(**7.**) RESPONDIT EI, sed ubi? IN VIA FORTITUDINIS SUAE. Numquid in se? Nam quid esset in se, aut quam vocem haberet in se, de se, nisi solam vocem peccati, vocem iniquitatis? Excute vocem ipsius, quid invenis nisi ut multum: *Ego dixi, domine, miserere mei; sana animam meam, quia peccavi tibi*? Porro, si iustificata est, RESPONDIT EI non ex meritis suis, sed ex manibus ipsius. Ubi? IN VIA FORTITUDINIS SUAE. Christus est, ipse est: *Ego sum* inquit *via, veritas et vita*. Sed ante resurrectionem non agnoscebatur a populo suo; et maxime crucifixus ex infirmitate latuit quis esset, donec fortis resurgendo appareret. Non ei ergo respondit ecclesia in via infirmitatis, sed in via fortitudinis suae, quia post resurrectionem vocavit ecclesiam de toto orbe terrarum, iam non infirmus in cruce, sed fortis in caelo. Non enim laus fidei Christianorum est quia credunt mortuum Christum, sed quia credunt resurrexisse Christum. Nam mortuum et paganus credit, et hoc tibi pro crimine obicit, quia in mortuum credidisti. Quae igitur laus tua? Credere resurrexisse Christum, et sperare te resurrecturum esse per Christum: haec est laus fidei. *Si* enim *credideris in corde tuo quia dominus est Iesus, et confessus fueris ore tuo quia eum deus suscitavit a mortuis, salvus eris.* Non

7, 4sq. Ps. 40,5 **8** Ioh. 14,6 **9sq.** crucifixus ... appareret] *cf.* 2 Cor. 13,4 **18–20** Rom. 10,9

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **7, 13** non[2]] *inc. Flor*

30 clama H_1 *N Gt* Br_1 P_{23} **31** respondit[1] ... respondit[2]] respondet *ter* Br_1 *ma* **32** respondit *om.* χ **7, 1** respondit] respondet Br_1 *ma* **4** quis δ | invenies V_2 Mc_2 H_1 (*pc.*) | ut multum] tumultum (*vel* tu multum) Mc_2 δ ε ζ *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *X* **5** quia] quoniam π χ *T C* Br_1 **6** respondet Br_1 *ma* **8** veritas] et *praem.* ε ζ *Ly* **10** ergo ei *tr. G T Ly* **11** respondet Br_1 *ma* **15** et *om. K Flor* **16** in *om.* δ **17** crede *T C* **19** Iesus] Christus *praem.* Mc_2 H_1 ζ

ait: 'Si confessus fueris quia eum deus tradidit occidendum', sed: *Quia eum deus suscitavit a mortuis si confessus fueris,* tunc *salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem.* Quare autem credimus et mortuum? Quia credere eum
25 resurrexisse non possumus, nisi prius mortuum fuisse credamus. Quis enim resurgit, nisi mortuus fuerit? Quis expergiscitur, nisi prius dormierit? Sed *numquid qui dormit, non adiciet ut resurgat?*
mi 1309 Haec fides Christianorum. In hac ergo fide, qua congregata est ecclesia, *multi* illi *filii desertae, magis quam eius quae habet virum.*
30 RESPONDIT EI, dixit ei laudem secundum eius praecepta; IN VIA FORTITUDINIS EIUS, non in via infirmitatis eius.

(**8.**) Quomodo ei responderit, iam supra audistis: IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, ET REGNA UT SERVIANT DOMINO. In hoc ei ergo respondit, in unitate; qui autem non est in unitate, non ei respondit. Ille enim unus, ecclesia unitas; non respondit
cc 1443 uni, nisi unitas. Sed exsistunt qui dicant: 'Iam hoc factum est. Respondit ei in omnibus gentibus ecclesia, pariens filios plures quam illa quae habebat virum, RESPONDIT IN VIA FORTITUDINIS EIUS. Credidit enim Christum resurrexisse, crediderunt in eum omnes gentes; sed illa ecclesia quae fuit omnium gentium iam
10 non est: periit'. Hoc dicunt qui in illa non sunt. O impudentem vocem! Illa non est, quia tu in illa non es? Vide ne tu ideo non sis; nam illa erit, etsi tu non sis. Hanc vocem abominabilem, detestabilem, praesumptionis et falsitatis plenam, nulla veritate

---

23sq. Rom. 10,10 **27** Ps. 40,9 **29** Is. 54,1; Gal. 4,27

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **28** Christianorum] *des. Flor*

---

21 fueris *om.* δ | deus eum *tr. ma Flor* **22** tunc *om.* δ **26** resurget V_2 δ *C* Br_1 | mortuus] prius *praem.* ζ | expergiscetur V_2 δ **28** haec] est *add. Ly* Christianorum] est *praem. Flor*; *add.* ζ | qua] quia π χ **30** respondet Br_1 *ma* | ei[1]] et ζ | praecepta eius *tr.* δ **8, 2** populus χ **3** ergo ei *tr.* ζ *Ly* Br_1 ergo *om.* δ | respondet Br_1 *ma*; responde χ **4** respondit[1]] respondet Br_1 P_{23} *ma* | illi *S* | unus] est *add. ma* | respondit[2]] respondet H_1 Br_1 *ma* **6** respondet Br_1 *ma* | ei] et V_2 δ **7** respondet Br_1 *ma* **8** eius] suae ε | eum] eo χ **10** periet *S* **11** illa[2]] illam χ

suffultam, nulla sapientia illuminatam, nullo sale conditam, vanam, temerariam, praecipitem, perniciosam praevidit spiritus dei, et tamquam contra illos, cum annuntiaret unitatem: IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, ET REGNA UT SERVIANT DOMINO, cumque subdidisset: RESPONDIT EI, utique laus eius, utique Ierusalem mater nostra de peregrinatione revocanda, fetosa cum multis filiis, magis quam ea quae habebat virum, quoniam quidam dicturi erant contra: 'Fuit, et non est', **EXIGUITATEM** inquit **DIERUM MEORUM ANNUNTIA MIHI**. Quid est quod nescio qui recedentes a me murmurant contra me? Quid est quod perditi me perisse contendunt? Certe enim hoc dicunt, quia fui, et non sum, ANNUNTIA MIHI EXIGUITATEM DIERUM MEORUM. Non a te quaero illos dies aeternos; illi sine fine sunt, ubi ero; non ipsos quaero, temporales dies mihi annuntia: EXIGUITATEM DIERUM MEORUM, non aeternitatem dierum meorum, ANNUNTIA MIHI. Quamdiu ero in isto saeculo ANNUNTIA MIHI, propter illos qui dicunt: 'Fuit, et iam non est', propter illos qui dicunt: 'Impletae sunt scripturae, crediderunt omnes gentes, sed apostatavit et periit ecclesia de omnibus gentibus'. Quid est hoc EXIGUITATEM DIERUM MEORUM ANNUNTIA MIHI? Et annuntiavit, nec vacavit ista vox. Quis annuntiavit, nisi ipsa via? Quomodo annuntiavit? *Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi.*

8, 34 ipsa via] *cf.* Ioh. 14,6 **35sq.** Matth. 28,20

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

18 respondet Br_1 *ma* | ei *om. K* | eius *om. K* **21** quidem *G Ly* Br_1 **27** quaero] temporales quaero *add. lo ma* **28** non] a te quaero illos *add.* ε *C* Br_1 P_{23} *Y X* | aeternitatem] exiguitatem Br_1 P_{23} **29** quamdiu ... mihi *om.* V_2 δ **30** non] et *praem.* δ **31** sunt *om. K* **34** vacavit] vacuit δ *Ly*; vaguit χ; vacuavit α_2; tacuit *C* | annuntiavit] mihi *add. C X ma* **35** in] ad χ

(9.) Sed hic existunt, et dicunt: '*Vobiscum sum* inquit *usque in consummationem saeculi*, quia nos praevidebat, quia pars Donati erit in terra'. Numquid ipsa est quae dixit: EXIGUITATEM DIERUM MEORUM ANNUNTIA MIHI, ac non illa potius quae superius loquebatur: IN CONVENIENDO POPULOS IN UNUM, ET REGNA UT SERVIANT DOMINO? Unde vobis cor dolet? Quia et imperatores contra haereticos leges proponunt: ibi impletum est ET mi 1310 REGNA UT SERVIANT DOMINO. Non enim vos filii estis illorum mortificatorum, quorum vox compeditorum exaudita est a cc 1444 domino. Absit: non hoc indicant facta vestra, non hoc indicat superbia vestra, non hoc indicat vanitas vestra; non sapitis, et foris estis; sal infatuatum estis, ideo et ab hominibus conculcamini. Audite quid dicat. Quae ecclesia? Quae congregavit POPULOS IN UNUM. Quae ecclesia? Quae congregavit REGNA UT SERVIANT DOMINO. Mota vocibus vestris et falsis opinionibus vestris, quaerit a deo ut exiguitatem dierum suorum annuntiet sibi, et invenit dominum dixisse: *Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi.* Hic vos dicitis: 'De nobis dixit; nos sumus, nos erimus usque in consummationem saeculi'. Interrogetur ipse Christus, cui dictum est: EXIGUITATEM DIERUM MEORUM ANNUNTIA MIHI. *Et praedicabitur* inquit *hoc evangelium in universo orbe in testimonium omnibus gentibus; et tunc veniet finis.* Quid est quod dicebas: 'Hoc certe fuit, et periit'? Dominum audi annuntiantem exiguitatem dierum meorum: *Praedicabitur* inquit *hoc evangelium.* Ubi? *In toto orbe terrarum.* Quibus? *In testimonium omnibus gentibus.* Quid postea? *Et tunc veniet finis.* Non vides

9, 1sq. Matth. 28,20 **8–10** filii ... domino] *cf. s. vv.* 20*sq.* **12sq.** sal ... conculcamini] *cf.* Matth. 5,13 **17sq.** Matth. 28,20 **21sq.** Matth. 24,14

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1P_{23} *lect.sel.*: Y X

9, 1 sed ... saeculi *rep.* χ | sed ... 18 dicitis] hic haeretici dicunt α_2 **2** praevidebit δ | quia[2]] qui δ **3** erit] erat δ Ly **5** populus χ Ly **9** a *om.* K **10** indicat C X **12** hominibus] omnibus V_2 δ ε Ly **13** audi ε χ Br_1P_{23} Y quae[1] *om.* G Br_1 | populus χ **16** ut *om.* K **19** interrogatur δ; autem *add.* ζ **22** fines χ

adhuc esse gentes in quibus nondum est praedicatum evangelium? Cum ergo necesse sit impleri quod dominus dixit, exiguitatem dierum eius annuntians ecclesiae, ut praedicetur hoc evangelium in omnibus gentibus, et tunc veniat finis, quid est quod dicis iam perisse ecclesiam de omnibus gentibus, quando ad hoc praedicatur evangelium, ut possit esse in omnibus gentibus? Ergo usque in finem saeculi ecclesia in omnibus gentibus; et ipsa est exiguitas dierum, quia exiguum est omne quod finitur, ut iam in aeternitatem ab ista exiguitate transeatur. Pereant haeretici, pereant quod sunt, et inveniantur ut sint quod non sunt. Exiguitas dierum usque in finem saeculi erit; exiguitas ideo, quia totum hoc tempus, non dico ab hodierno die usque in finem saeculi, sed ab Adam usque in finem saeculi, exigua gutta est comparata aeternitati.

(10.) Non ergo blandiantur sibi contra me haeretici, quia dixi: EXIGUITATEM DIERUM MEORUM, quasi non permansuram
v. 25 usque in finem saeculi. Quid enim addidit? **NE REVOCES ME IN DIMIDIUM DIERUM MEORUM**. Noli quomodo haeretici loquuntur sic mecum agere. Usque in finem saeculi me perduc, non in dimidium dierum meorum, et perfice mihi dies exiguos, ut dones mihi postea dies aeternos. 'Quare ergo de exiguitate dierum requisisti?' Quare, vis audire? **IN GENERATIONE GENERATIONUM ANNI TUI**. Ideo ego de diebus exiguis quaesivi, quia licet usque in finem saeculi durent mecum isti dies, exigui sunt in comparatione dierum tuorum: ANNI enim TUI IN GENERATIONE GENERATIONUM. Quare non ait: 'Anni tui in saecula saeculo- cc 1445

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

28 cum ... 30 finis *om.* $α_2$ | dixit dominus *tr.* ζ **29** eius] meorum ε Br_1 P_{23} Y X *ma* **30** veniet H_1 ε Ly **31** ad hoc] adhuc T Br_1 **38** die *om.* δ | finem] consummationem ζ **39** exigua gutta] exiguitatem δ; exiguitas V_2 G (*pc.*) ζ est *om.* δ **10, 2** permansura V_2 A H_1 χ ζ Ly; permansuri $α_2$ **3** voces δ **4** dimidio $α_2$ ζ **5** augere δ **6** dimidio Ly Br_1 P_{23} **7** aeternos dies *tr.* A G **8** generatione] generationem V_2 δ (*uv.* H_1) | generationum] et generationem F_2 δ ε P_{23}; et generatione Mc_2 **9** de *om.* α **11** enim *om.* V_2 δ

rum' – sic enim magis solet aeternitas significari in sanctis scripturis –, sed ait: IN GENERATIONE GENERATIONUM ANNI TUI? Sed qui ANNI TUI? Qui, nisi qui non veniunt et transeunt? Qui, nisi qui non ideo veniunt, ut non sint? Omnis enim dies in hoc
mi 1311 tempore ideo venit, ut non sit; omnis hora, omnis mensis, omnis annus: nihil horum stat; antequam veniat, erit; cum venerit, non erit. Illi ergo anni tui aeterni, anni tui qui non mutantur, IN GENERATIONE GENERATIONUM erunt. Est quaedam generatio generationum: in illa erunt ANNI TUI. Quae ista est? Est quaedam, et si bene agnoscamus, in illa erimus, et anni dei in nobis erunt. Quomodo in nobis erunt? Quomodo ipse deus in nobis erit, unde dictum est: *ut sit deus omnia in omnibus.* Non enim aliud anni dei et aliud ipse, sed anni dei aeternitas dei est. Aeternitas ipsa dei substantia est, quae nihil habet mutabile, ubi nihil est praeteritum, quasi iam non sit; nihil est futurum, quasi nondum sit. Non est ibi nisi 'est'; non est ibi 'fuit' et 'erit', quia et quod fuit non est, et quod erit nondum est, sed quidquid ibi est, nonnisi est. Merito sic misit deus famulum suum Moysen. Quaesivit enim nomen mittentis se; quaesivit, et audivit, nec desertum est desiderium concupiscentiae bonae. Quaesivit autem non quasi curiositate praesumendi, sed necessitate ministrandi. *Quid* inquit *dicam filiis Israel, si dixerint mihi: Quis te misit ad nos?* Et ille indicans se creaturae creatorem, deum homini, immortalem mortali, aeternum temporali, *Ego* inquit *sum qui sum.* Tu diceres:

10, 24 1 Cor. 15,28 **33sq.** Exod. 3,13 **36** Exod. 3,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

13 solet magis *tr.* χ **14** generationum] et *praem. N Gt* | sed^2 ... tui *om.* V_2 δ **16** omnes ε *K C Ly* Br_1 P_{23} **17** veniunt ε *Ly* Br_1 P_{23} | sint ε *Ly* Br_1 P_{23} **18** erit *om.* Br_1 P_{23} *Y* **21** quae ista est *om.* α_2 | est ista *tr.* δ **23** in nobis ipse deus *tr. A G*; in nobis deus ipse *tr.* H_1 **25** est dei *tr.* ε *Ly* **26** habet nihil *tr.* χ ubi] ibi *ma* **27** est^2 *om.* δ **28** non^1] sed *praem.* ε ζ *C* (*pc.*) *Ly* Br_1 P_{23} **29** non] iam *praem. Gt Ly* Br_1 P_{23} *Y ma* | erit] non *praem. N Gt* (*ac.*) χ **31** nec] ne δ **33** inquam ε χ *C* Br_1 P_{23} *Y* **35** creatorem creaturae *tr.* ζ hominem χ **36** diceris χ

'Ego sum'. Quis? 'Gaius'; alius: 'Lucius'; alius: 'Marcus'. Aliudne diceres, nisi tuum nomen diceres? Hoc exspectabatur de deo. Hoc enim erat quaesitum. 'Quid vocaris? A quo me missum esse respondebo quaerentibus?' *Ego sum*. 'Quis?' *Qui sum*. 'Hoc est nomen meum'. 'Hoc est totum quod vocaris? Esset tibi nomen ipsum esse, nisi quidquid est aliud, tibi comparatum, inveniretur non esse vere? Hoc est nomen tuum? Exprime hoc idem melius'. *Vade* inquit *et dic filiis Israel: Qui est misit me ad vos. Ego sum qui sum*: *Qui est misit me.* Magnum ecce 'est', magnum 'est'. Ad hoc homo quid est? Ad illud tam magnum *est* homo quid est, quidquid est? Quis apprehendat illud esse? Quis eius particeps fiat? Quis anhelet? Quis aspiret? Quis ibi se esse posse praesumat? Noli desperare, humana fragilitas. *Ego sum* inquit *deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob.* Audisti quid sim apud me, audi quid sim et propter te. Haec igitur aeternitas vocavit nos, et erupit ex aeternitate verbum. Iam aeternitas, iam verbum, et nondum tempus. Quare nondum tempus? Quia factum est et tempus. cc 1446
Quomodo factum est tempus? *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* O verbum ante tempora, per quod facta sunt tempora, natum et in tempore, cum sit vita aeterna, vocans temporales, faciens aeternos. Haec generatio generationum. Generatio enim vadit, et generatio venit. Et videtis generationes hominum sic esse in terra, tamquam in arbore folia; sed in arbore

---

49sq. Exod. 3,15 **54sq.** Ioh. 1,3 **58** generatio[1] ... vadit] *cf.* Eccl. 1,4

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

---

38 diceres[1]] diceris $\varepsilon\chi$ | nomen tuum *tr. ma* | diceres[2]] diceris $\varepsilon\chi$ **40** quis] inquit ζ; inquis *X*; *om. Ly* | quis ... sum] qui sum inquis ε | hoc ... meum *om. V*$_2$ $\delta\chi$ *C* **41** meum] tuum *lo ma* | esset] esse ε *P*$_{23}$ *Y X*; non *praem.* ε_1 *P*$_{23}$ *Y* **45** me] ad vos *add.* ε *P*$_6$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y ma* | ecce] haec *A H*$_1$ (*uv.*); hoc *G* **46** homo[1]] hoc α_2 | ad ... est[2] *om. V*$_2$ δ | quidquid est *om.* α_2 **48** se *om.* χ posse *om.* α | praesumatur α; praesumit δ **50** audisti δ | quid[2]] qui α_2; et *praem.* ε *Br*$_1$ | et quid sim *tr.* ζ **51** eripuit *T Ly* **52** verbum[1]] verbo χ verbum[2]] verbo χ **53** et *om.* δ **54** tempus] et *praem. ma* **56** et *om.* $\varepsilon\zeta$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y*

olivae, vel lauri, vel cuiusque alterius quae toto tempore fronde vestita est. Sic tamquam folia genus humanum terra portat: plena
mi 1312 est hominibus, sed dum aliis morientibus alii nascendo succedunt. Semper enim arbor illa veste viridi ornata est, sed subter attende quam multa calces arida folia.

(11.) Ergo fuit generatio sub Adam, transiit. Nati sunt inde quidam futuri participes aeternitatis dei etiam illo tempore: inde enim Abel, inde Seth, inde Enoch. Transiit illa generatio, venit diluvium, remansit una domus. Et illa generatio dedit aliquos, ipsum Noe et duos filios eius et tres nurus eius; in tota enim domo ista octonaria solus unus peccator inventus est. Accessit numerus superiori generationi. Deinde de tribus filiis Noe, tamquam tribus mensuris farinae, impletus est orbis. Electus Abraham, Isaac et Iacob, sancti viri, patriarchae, placuerunt deo. Dedit et illa generatio sequentes etiam generantes, dederunt prophetas, dederunt praecones dei. Venit etiam postea et ipse dominus noster Iesus Christus, misit fermentum in tres mensuras farinae, quousque fermentetur totum. Temporibus in terra carnis illius fuerunt apostoli, fuerunt sancti; post illos alii sancti, et nunc in nomine Christi quicumque sunt sancti, et post nos quicumque erunt, et usque in finem saeculi quicumque sancti. De tot generationibus colliges omnes sanctas proles omnium generationum, et facies inde unam generationem: IN ista GENERATIONE GENERATIONUM ANNI TUI, id est aeternitas illa in illa generatio-

---

11, 1 fuit ... transiit] *cf.* Gen. 5,5 **3** Abel ... Enoch] *cf.* Gen. 4,17 **3sq.** venit ... domus] *cf.* Gen. 7,17-23 **5** ipsum ... eius[2]] *cf.* Gen. 7,13 **6** domo ... octonaria] *cf.* Gen. 7,13 | unus peccator] *cf.* Gen. 9,22 **7sq.** de ... orbis] *cf.* Gen. 9,18*sq.* **8sq.** electus ... deo] *cf.* Gen. 12-28 **12sq.** misit ... totum] *cf.* Matth. 13,33

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

60 cuiuscumque δ **61** portavit N^1 *Gt* **64** calcis $\varepsilon\chi$ **11, 1** quidam inde *tr.* ε **5** duos $V_2\delta$ *C* Br_1; tres *cett. ma* **8** tribus] de *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ Br_1 *ma* | electus] est *add.* $\alpha_2\zeta$ Br_1 *ma* **9** et *om.* δ | placuerunt] qui *praem.* α **13** fermentaretur *ma* **16** quicumque[2]] quaecumque χ **18** facias *G* H_1

ne erit quae de omnibus generationibus colligitur, et in unam redigitur; ipsa particeps erit aeternitatis tuae. Ceterae generationes implendis temporibus generantur, ex quibus illa in aeternum regeneratur, mutata vivificabitur, erit idonea portare te, vires accipiens a te. IN GENERATIONE GENERATIONUM ANNI TUI.

v. 26 **(12.) IN PRINCIPIO TERRAM TU FUNDASTI, DOMINE.** Novi aeternitatem tuam, qua praecedis omnia quae fecisti. PRINCIPIO TERRAM TU FUNDASTI, DOMINE; **ET OPERA MANUUM TUARUM**
v. 27-28 **SUNT CAELI. IPSI PERIBUNT, TU AUTEM PERMANES; ET OMNES** cc 1447
SICUT VESTIMENTUM VETERASCENT, ET SICUT OPERTORIUM MUTABIS EOS, ET MUTABUNTUR, TU VERO IDEM IPSE ES. Tu quis es? IDEM ES. Tu qui dixisti: *Ego sum qui sum*, IDEM ES. Et quamvis etiam ipsa non essent nisi ex te, et per te, et in te, tamen non quod ipse es: TU enim IDEM IPSE ES.

ET ANNI TUI NON DEFICIENT. Illi anni tui non deficient, illi anni tui qui erunt in generatione generationum, non deficient.

Haec ergo sciens, exiguitatem dierum meorum quaererem a te, nisi scirem omnes dies saeculi ab initio usque in finem exiguos esse in comparatione aeternitatis tuae? Novi ergo unde interrogaverim. Non se extollant haeretici, quasi exigui dies fuerint ecclesiae, toto orbe diffusae; nam et usque in finem cum sunt, exigui sunt. Quare exigui sunt? Quoniam quandoque finiendi sunt. Anni illi qui erunt IN GENERATIONE GENERATIONUM, hi amandi, hi desiderandi, his suspirandum; propter hos in unitate perma- mi 1313

12, 7 Exod. 3,14

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **12, 2** principio] *inc. Flor* **7** es[3]] *des. Flor*

20 quae] quod *K* | unum *T Ly* **21** tuae *α*$_2$ *P*$_{23}$ *X ma*; suae *cett.* **22** temporis *δ* (*lnp. G*) **23** generatur *δ K C Br*$_1$ | virens *V*$_2$ *A* **12, 1** domine terram fundasti *tr. ζ* | tu *om. ζ Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **2** principio] in *praem. ζ Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **3** tu *om. ζ Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **6** vero] autem *ε Ly P*$_{23}$ *Y Flor* | idem ... es[2] *om. V*$_2$ *δ χ C Br*$_1$ **7** idem[1]] ipse *add. α*$_2$ *N*^{1} *ζ ma* | qui[1] *om. V*$_2$ *δ Ly* | idem[2]] ipse *add. α*$_2$ *ma* **9** tu ... es *om. ε* **10** non[1] ... tui *om. α*$_2$ **11** illi ... tui *om. V*$_2$ *δ χ C* **12** quaererem] non *praem. ζ* **14** comparationem *ε χ Br*$_1$ **15** fuerunt *χ C* **16** toto] et *praem. A G* | sunt] sint *δ P*$_6$ *ma*

nendum, propter hos quidquid haereticorum mali est devitandum, propter hos perditis respondendum, propter hos lucrandi qui erraverant, et revocandi qui perierant: illic debet esse desiderium. Sed tamen ut verbosis, ut male garrulis, ut calumniosis, susurrantibus, detractoribus respondeam, ideo MIHI ANNUNTIA EXIGUITATEM DIERUM MEORUM, et NE ME REVOCES IN DIMIDIUM DIERUM, ut ante me auferas de terra quam totus orbis evangelio repleatur, contra responsionem domini mei dicentis: *Oportet praedicari hoc evangelium in toto orbe terrarum, in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet finis.* Quid ad haec, fratres? Plana sunt, manifesta sunt: deus fundavit terram, scimus; opera manuum eius sunt caeli. Ne putetis enim quasi aliud deum facere manu, aliud verbo. Quod facit verbo, hoc facit manu; non enim distinctus est corporeis membris qui dixit: *Ego sum qui sum*. Et forte verbum eius est manus eius. Certe manus eius est virtus eius. Quia enim dictum est: *Fiat firmamentum*, et factum est firmamentum, verbo intellegitur fecisse; quia vero dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* quasi manu videtur fecisse. Audi ergo: OPERA MANUUM TUARUM SUNT CAELI. Ecce quod verbo fecit, utique etiam manibus fecit, quia virtute sua, quia potestate sua fecit. Attende potius quid fecerit, et noli quaerere quomodo fecerit. Multum est ad te comprehendere quomodo fecerit, cum teipsum sic fecerit, ut prius sis servus oboediens, et postea fortasse amicus intellegens. Ergo OPERA MANUUM TUARUM SUNT CAELI.

28sq. Matth. 24,14 **35** Gen. 1,6 **36sq.** Gen. 1,26

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **30** deus] *inc. Flor* **40** fecit] *des. Flor*

---

20 est *om.* ε Br_1 | evitandum ζ **25** revoces me *tr.* ε χ ζ Br_1 | dimidio ζ Br_1 **26** dierum] meorum *add.* α_2 χ *Ly* Br_1 P_{23} *Y X ma* | auferes δ **28** praedicare V_2 χ *Ly* **31** eius *om. A G*; tuarum H_1 | facere deum *tr.* ε *Ly* **36** vero] verbo ε χ ζ *Ly* Br_1 **39** fecit verbo *tr.* χ **41** ad] a δ **42** teipso χ **43** fortasse postea *tr.* χ

(13.) IPSI PERIBUNT, TU AUTEM PERMANES. Aperte dixit cc 1448
hoc apostolus Petrus: *Caeli erant olim de aqua et per aquam constituti dei verbo, per quae qui factus est mundus, aqua inundatus deperiit; terra autem et caeli qui nunc sunt, eodem verbo repositi sunt igni reservandi.* Iam ergo dixit perisse caelos per diluvium: 5
perisse autem novimus caelos secundum quantitatem et spatia aeris huius. Excrevit enim aqua, et totam istam capacitatem ubi aves volitant occupavit; ac sic utique caeli perierunt propinqui terris: caeli, secundum quos dicuntur 'aves caeli'. Sunt autem et
'caeli caelorum' superiores in firmamento, sed utrum et ipsi 10
perituri sint igne, an hi soli caeli qui etiam diluvio perierunt, disceptatio est aliquanto scrupulosior inter doctos, nec facile, maxime in angustia temporis, explicari potest. Dimittamus ergo eam vel differamus; noverimus tamen perire ista, deum manere. Et si manent quaedam cum deo, quae facta sunt a deo, non ma- 15
nent in se, sed in deo, non recedendo a deo. Quid enim dicturi sumus, fratres? Quod angeli perituri sunt igne quo incendetur mundus? Absit. Sed quid dicemus? Quod angelos deus non fecerit? Absit. Et unde essent, si non ab illo facti essent? *Ipse dixit et facta sunt; ipse mandavit et creata sunt.* Dictum est enim hoc, cum 20
operum eius commemoratio fieret, in quibus et angeli nominati mi 1314
sunt. Ergo erunt cum illo angeli, etiam mundo igne flagrante; et erit incendium mundi non incendens sanctos dei: quod fuit

---

13, 2–5 2 Petr. 3,5-7 **9** aves caeli] *cf. e.g.* Ps. 8,9 **10** caeli caelorum] *cf. e.g.* Ps. 148,4 **10–14** sed ... differamus] *cf.* civ. dei 20,24,1-71 (CC 48, p. 744*sq.*) **19sq.** Ps. 32,9 **23sq.** quod ... pueris] *cf.* Dan. 3

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **13, 1** ipsi] *inc. Flor* **6** perisse] *inc. Beda* **12** doctos] *des. Beda* **16** deo^2] *des. Flor* **22** ergo] *inc. Flor*

13, 3 quae $\varepsilon\chi\zeta$ *Y ma* (δι΄ ὧν *Gr. codd. paene omn.*); quod π; quem *T C Ly Flor* **4** periit ζ **5** reservati ζ | caelos ... novimus *om. V*$_2$ δ **9** et *om. Ly Br*$_1$ **11** igni *Ly Flor* **12** ductos χ **14** ea α **15** deo^1] *eo *V*$_2$ *A G* χ *Br*$_1$ **17** incenditur χ **18** dicimus *Mc*$_2$ *K Ly* **19** absit] sed quid dicemus *add.* $\varepsilon\zeta$ *C X ma* | ab illo facti non *tr.* ζ **20** enim *om.* δ **22** erunt ergo *tr. X ma Flor*

caminus regis tribus pueris, hoc erit ardens mundus iustis in trinitate signatis.

(14.) Forte hic caelos etiam non importune intellegimus ipsos iustos, sanctos dei, in quibus manens deus intonuit praeceptis, coruscavit miraculis, imbrificavit terram sapientia veritatis; caeli enim enarraverunt gloriam dei. Sed numquid etiam ipsi peribunt? An secundum quendam modum peribunt? Secundum quem modum? Secundum vestimentum. Quid est secundum vestimentum? Secundum corpus. Vestimentum enim animae corpus; dominus enim vestimentum nominavit ubi ait: *Nonne anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum?* Quomodo ergo perit vestimentum? *Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem.* Ergo ipsi peribunt, sed secundum corpus: TU AUTEM PERMANES. Si ergo secundum corpus peribunt, ubi ergo resurrectio carnis? Ubi exemplum membrorum quod praecessit in capite? Ubi, vis audire? Mutabitur: non tale erit quale fuit. Audi apostolum dicentem: *Et mortui resurgent*
cc 1449 *incorrupti, et nos immutabimur.* Quomodo immutabimur? *Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale.* Ergo seminatur mortale, resurget immortale; seminatur corruptibile, resurget incorruptibile. Mutationem itaque exspectamus; ita peribunt caeli, et immutabuntur caeli. Sed fortasse sanctorum corpora non recte dicuntur caeli? Si non portant deum, non sint caeli. 'Et unde', inquit, 'mihi probas quia portant deum?' Usque adeone excidit tibi: *Glorificate et portate deum in corpore vestro*? Ergo tales caeli peribunt, sed non in aeternum: peribunt ut mutentur.

14, 4 caeli ... dei] *cf.* Ps. 18,2 **8sq.** Matth. 6,25 **10sq.** 2 Cor. 4,16 **15sq.** 1 Cor. 15,52 **16sq.** 1 Cor. 15,44 **23** 1 Cor. 6,20

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

24 in] et χ **14, 1** etiam caelos *tr.* ε Ly *Flor* **2** sanctos] et *praem.* ζ **3** sapientiam $NGt\chi$ **5** peribunt[2]] ipsi *praem.* ζ **9** quam[2]] plus *praem.* $\alpha_2 X$ *ma* **17** surget $\alpha_2 CBr_1 X$ *ma*; surgit $\varepsilon\chi Ly$ **18** resurget[1]] surget $\alpha_2\chi\zeta CBr_1$; surgit $\varepsilon Ly X$ | resurget[2]] surget $\alpha_2\chi\zeta C$; surgit εX **21** sunt $\alpha\zeta Ly$ **22** mihi inquit *tr.* $V_2 A G$ **23** glorificate] ergo *add.* εLy

An non hoc dicit psalmus? Lege sequentia: ET OMNES SICUT VESTIMENTUM VETERASCENT, ET SICUT OPERTORIUM MUTABIS EOS, ET MUTABUNTUR; TU AUTEM IDEM ES, ET ANNI TUI NON DEFICIENT. Vestem audis, coopertorium audis, et aliud quam corpus intellegis? Speremus ergo etiam mutationem corporum nostrorum, sed tamen ab illo qui erat et ante nos, et manet post nos, a quo sumus quod sumus, ad quem veniemus cum fuerimus, mutantem, non mutatum, facientem, non factum, moventem, sed manentem. Et quomodo intellegi a carne et sanguine potest *Ego sum qui sum*, TU VERO IDEM IPSE ES, ET ANNI TUI NON DEFICIENT? Sed nos ad illos annos cum his pannosis annis quid sumus? Et illi quid sunt? Nec tamen desperare debemus. Iam enim magnitudine quadam et excellentia sapientiae dixerat: *Ego sum qui sum*, et tamen ad nos consolandos, *Ego sum* inquit *deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob*: et nos Abrahae semen sumus, et nos, quamvis abiecti, quamvis terra et cinis, in illo speramus. Servi sumus, sed propter nos dominus noster formam servi accepit: propter nos immortalis mori voluit, propter hoc exemplum resurrectionis ostendit. Ergo speremus venturos nos ad hos annos stantes, in quibus non circuitu solis peraguntur dies, sed manet quod est sicuti est, quia hoc solum vere est. mi 1315

(15.) 'Nos autem utrum aliquando ibi esse possimus dic.' *v. 29* Audi, et vide utrum debeas desperare; audi quod sequitur: **FILII**

37sq. Exod. 3,14 **38sq.** Exod. 3,15 **39–41** nos ... sumus] *cf.* Gal. 3,29 **41sq.** dominus ... accepit] *cf.* Phil. 2,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **14, 33** manentem] *des. Flor* **43** ergo] *inc. Flor* **45** est[3]] *des. Flor*

25 dixit ε χ *Ly* **27** idem] ipse *add.* π ζ P_{23} *ma* **28** coopertorium] quo operturium χ **29** immutationem *ma* **31** fuerimus] immutati *add.* ζ; mutati *add. lo ma* **32** moventem] et *praem. C ma* **34** ipse *om.* ε χ *C* **36** quid ε *Ly*; qui *cett. ma* **37** magnitudinem *N Ly* | quaedam δ | excellentiam *N Ly* **38** et *om.* χ | consolandos nos *tr.* ζ **39** et[3] ... 43 ostendit *om.* α_2 **42** nos] mortales *add. lo ma* | propter[2]] nos *add.* Mc_2 *Gt* ζ *Ly* Br_1 P_{23} *Y ma* hoc *om.* ζ **43** nos venturos *tr.* α_2 δ **44** hos *om.* δ **15, 1** possumus *C* Br_1 **2** sperare ζ

SERVORUM TUORUM INHABITABUNT. Ubi inhabitabunt nisi in annis non deficientibus? FILII SERVORUM TUORUM INHABITABUNT, **ET SEMEN EORUM IN SAECULUM DIRIGETUR:** in saeculum saeculi, in saeculum aeternum, in saeculum manens. Sed FILII inquit SERVORUM TUORUM: metuendum ne nos servi dei simus, et filii nostri ibi futuri sint, non nos? Aut si nos filii sumus servorum, quia filii sumus apostolorum, quid dicturi sumus? Quaenam cc 1450 tandem audacia tam infelix filiorum subnascentium, et recenti successione gloriantium, quae audeat dicere: 'Nos ibi erimus, apostoli ibi non erunt'? Absit hoc a pietate filiorum, absit a fide parvulorum, absit ab intellegentia grandium. Ibi erunt et apostoli: arietes praecedunt, agni sequuntur. Quare ergo FILII SERVORUM TUORUM, et non de compendio 'servi tui'? Et illi servi tui, et filii eorum servi tui, et istorum filii nepotes illorum, quid, nisi servi tui? Omnes compendio includeres, si diceres: 'Servi tui inhabitabunt'.

Videamus quid nos voluerit admonere. Est enim quiddam gestum prioribus saeculis. Per quadraginta annos filii Israel triti sunt in eremo: nullus eorum intravit in terram promissionis, sed filii ipsorum; intrarunt sane, quia ita recordamur, nisi fallor, duo: ceteri non intrarunt. De tot milibus duo. Laboratum est cum eis tantum; sed deus non laborat; certe laboraverunt servi ipsius. Quanta pertulit, quanta audivit Moyses pro hominibus non intraturis in terram promissionis! Intrarunt filii eorum. Quid

15, 22 intrarunt ... duo] *cf.* Num. 14,30

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

3 inhabitabunt[2] *om.* α_2 *G C* **5** saeculum[1]] saeculi *add.* ε ζ *Ly* **10** recente χ; renascenti δ **11** audiat *N Gt* **17** compendiose *A* (*pc.*) H_1 (*pc.*) **19** est enim] *etenim π χ ζ C Ly | quidam α *K* **20** prioribus] in *praem. C* (*pc.*) *ma* | adtriti Mc_2 *ma* **21** repromissionis ε ζ *Ly* **22** ipsorum] eorum δ ζ *ma* **23** duo] nisi *praem.* ζ **26** intraturis in] intraturi sunt χ | terra *N Gt Ly* | intrarunt] novi homines *add.* ε_1 ζ *C* (*pc.*) P_{23} *Y X* | intrarunt ... eorum] sed filii eorum intraverunt α_2 | quod *C X*

significat? Intrarunt novi homines. Non intrabunt veteres. Inde tamen intrarunt duo, unus et unitas, tamquam caput et corpus, Christus et ecclesia, cum omni illa novitate, id est filiorum. Ergo FILII SERVORUM TUORUM INHABITABUNT. FILII SERVORUM opera servorum sunt; nemo ibi habitabit, nisi per opera sua. Quid igitur est FILII HABITABUNT? Nemo glorietur se habitaturum, si dicit se servum dei, et opera non habet; non enim habitabunt nisi filii.

Quid est ergo FILII SERVORUM TUORUM INHABITABUNT? Servi per opera sua inhabitabunt, servi per filios suos inhabitabunt. Noli ergo esse sterilis, si vis habitare; praemitte fetus quos sequaris, praemittendo, non efferendo. Filii tui te deducant ad terram promissionis, terram viventium, non morientium; cum hic vivis in hac peregrinatione, illi antecedant: suscipient te. Propter refectionem carnalem filius antecessit Iacob ad Aegyptum, et ait patri suo et fratribus suis: 'Ego praeveni praeparare vobis escas'. Praecedant ergo filii tui, praecedant te opera tua: quales filios praemiseris, tales sequeris. mi 1316

41–43 filius ... escas] *cf.* Gen. 45,7

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **15, 44** sequeris] *hucusque contulimus* Bn_2

27 intrarunt *om.* α_2 | veteres non intrabunt *tr. X*; veteres non intrarunt *lo ma*; non intrarunt veteres V_2 *Ly* **32** filii] et *praem. C ma* | se *om. K* **33** se *om.* δ *S* **37** praemitte fetus] praemitteretur χ **38** offerendo *A* (*ac.*) H_1 (*ac.*) | *ducant π *Ly* **40** suscipiente *K*; suscipiant te ε *S* ζ *X* **41** ad] in *lo ma* **43** te *om.* δ *Ly* **44** talis *lo* | sequeris] et *praem.* ε ζ *ma*

IN PSALMUM CII

Sermo habitus paulo post En. 83,103 et 146 Carthagine mense Decembri a. 403 (vel 409) in festo martyrum (cf. 3,12sq.)

Lectiones divinae illius diei: 1 Ioh. 3,16 et Matth. 5,11 (cf. 3,14-17 et 14,18-20)

(1.) In omni munere domini dei nostri, in omni eius consolatione, in omni correptione, in gratia quam donare dignatus est, in indulgentia qua nobis non hoc reddidit quod debebat, in omni-
cc 1451 bus operibus eius benedicat anima nostra dominum. Hoc enim
5 cantavimus; inde incipit psalmus de quo loquimur, donante ipso, quod possumus, quem nostra anima benedicit. Unusquisque nostrum excitet et exhortetur animam suam, et dicat ei: **BENE-** *v. 1*
DIC, ANIMA MEA, DOMINUM. Et omnes nos, et qui ubique sunt fratres in Christo, unus homo, cuius caput in caelo est, exhorte-
10 tur ipse unus homo animam suam, et dicat ei: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM. Obaudit, obtemperat, facit hoc, persuadetur ei, non ex donis nostris, sed ex illius quem benedicit anima nostra. Suscepit enim psalmus iste ostendere nobis quare benedicat anima nostra dominum, quasi ei respondisset anima sua: 'Quare
15 mihi dicis: BENEDIC DOMINUM?' Audiamus ergo, audiat ipsa anima nostra, consideret omnia quibus excitetur, ne pigra sit in benedictione domini, et videat an iustum sit quod ei dicitur: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM; videat si debet aliud benedicere praeter dominum. BENEDIC inquit, ANIMA MEA, DOMINUM.

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1P_{23} lect.sel.: Y X

1, 1 dei *om.* εζ **3** qua] quia $α_2$ ε Ly Y **5** cantabimus V_2 ε Ly | loquemur V_2 C Ly *ma* **6** benedicat V_2 Gt **10** unus *om.* ζ | animam suam unus homo *tr.* χ | ei *om.* $α_2$ **11** haec C X | suadetur $α_2$ **12** non] et *praem.* ε Ly Br_1P_{23} Y non ... nostra *om.* $α_2$ **13** iste psalmus *tr.* $α_2$ **14** ei *om.* Br_1P_{23} Y **18** videat ... dominum *om.* $α_2$ | debeat C Ly **19** dominum1] deum δ

(2.) Repetit hoc, et expressius dicit quid dixerit: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM, **ET OMNIA INTERIORA MEA NOMEN SANCTUM EIUS**. Puto quia non ad interiora corporis loquitur; puto eum non hoc dicere ut pulmo noster et iecur, et si qua sunt intestina carnis, erumpant in vocem benedictionis domini. Est quidem pulmo pectoris nostri quasi follis quidam anhelantis spiritum reciprocum, qui spiritus concepti aeris in vocem et sonum exprimitur, cum verba digerimus; nec potest aliquid vocis sonare ab ore nostro, nisi quod pulmo expressus emiserit. Sed non hinc agitur: hoc totum ad aures hominum. Habet aures deus, habet sonum cor. Interiora sua alloquitur homo, ut benedicant dominum, et dicit eis: 'Omnia interiora mea nomen sanctum eius benedicite'. Quaeris quae sunt interiora tua? Ipsa anima tua. Quod ergo ait: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM, hoc ait: OMNIA INTERIORA MEA NOMEN SANCTUM EIUS; subauditur enim 'benedicite'. Clama voce, si est homo qui audiat; sile voce, quando non est qui audiat: interiora tua numquam deest qui audiat. Itaque sonabat iamdudum benedictio de ore nostro, et haec ipsa verba cantabamus: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM, ET OMNIA mi 1317
INTERIORA MEA NOMEN SANCTUM EIUS. Quantum satis fuit tempori cantavimus, et siluimus: numquid interiora nostra silere debent a benedictione domini? Alternet pro tempore sonus vocum, perpetua sit vox interiorum. Cum convenis ad ecclesiam hymnum dicere, sonat vox tua laudes dei: dixisti quantum potuisti, discessisti; sonet anima tua laudes dei. Negotium agis? Laudet

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X **2, 1** repetit] *inc. e_3*

2, 1 et *om. A G e_3* | quid] qui *ε Ly e_3*; quod *δ ma* | dixerat *δ ma* **5** voce α_2 *ε P_6 Ly e_3* **6** quidem] quidam *ζ Ly* | pectoris] iecoris V_2 *A* | anhelans P_6 *ma*; anhelantes *Ly* **7** voce F_2 An_3 Gt *Ly* **8** vocis aliquid *tr. δ* **11** sonum] et *praem. α_2 ε ma* | benedicat α_2 H_1 *ε Ly* **14** ait[2]] est α_2 H_1 e_3 | omnia *om. α_2* **19** benedic ... eius *om. α_2* **21** temporis V_2 *δ* | cantabimus N Gt *χ Ly* **22** sonus vocum α_2 P_6 *Ly ma*; sonus vocium V_2 *δ (lnp. G)*; sono suo cum *ε χ* C *(pc.)* Br_1 P_{23} Y *(sl.)* **25** negotium] cum *praem. ζ* Br_1 P_{23} Y *(sl.)*

cc 1452 deum anima tua. Cibum capis? Vide quid ait apostolus: *Sive manducatis, sive bibitis, omnia in gloriam dei facite*. Audeo dicere: cum dormis, benedicat anima tua dominum. Non te excitet cogitatio flagitii, non te excitet dispositio furti, non te excitet
30 condicta forte corruptio. Innocentia tua etiam in dormiente vox est animae tuae. BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM, ET OMNIA INTERIORA MEA NOMEN SANCTUM EIUS.

(3.) BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM, ET NOLI OBLIVISCI *v. 2*
OMNES RETRIBUTIONES EIUS. BENEDIC inquit, ANIMA MEA, DOMINUM. Quid est anima tua? OMNIA INTERIORA MEA. BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM. Repetitio ad exhortationem valet.
5 Ut autem benedicat semper dominum, NOLI OBLIVISCI OMNES RETRIBUTIONES EIUS. Si oblivisceris, tacebis. Non autem poterunt ante oculos tuos esse retributiones domini, nisi ante oculos tuos fuerint peccata tua. Non sit ante oculos tuos delectatio praeteriti peccati, sed sit ante oculos tuos damnatio peccati:
10 damnatio a te, remissio a deo. Haec enim retribuit dominus, ut possis dicere: *Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi?* Hoc enim considerantes martyres, quorum etiam memoriam hodie celebramus, et omnes omnino sancti qui vitam istam contempserunt, et, sicut audistis in epistola Iohannis, animas suas
15 pro fratribus posuerunt, quae est perfectio caritatis dicente domino: *Maiorem caritatem nemo habet, quam ut animam suam*

2, 26sq. 1 Cor. 10,31 **3, 11sq.** Ps. 115,12 **14sq.** in ... posuerunt] *cf.* 1 Ioh. 3,16 **16sq.** Ioh. 15,13

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1P_{23} *lect.sel.*: e_3 *Y X* **31** tuae] *des.* e_3

---

26 dominum ε *Ly* Br_1P_{23} *Y X* | cibum] cum *praem.* $\varepsilon\zeta$ Br_1P_{23} *Y X* **29** dispositio] disputatio $\alpha_2 e_3$ | te excitet^2 *om.* α_2 **31** et ... 3, 1 dominum *om.* δ et ... 3, 4 dominum *om.* α_2 **3, 2** omnis *S* | retributionis χ **3** tua] mea V_2 P_6 | mea] tua *lo ma*; nomen sanctum eius *add.* $\varepsilon\chi\zeta$ **5** benedicas V_2 (*pc.*) ζ *ma* | deum δ **6** tacebis] iacebis χ *Ly*; iacebis *praem.* ε Br_1P_{23} *Y* | potuerunt H_1 *N Gt Ly*; poterint Br_1P_{23} *Y* **8** fuerant χ **10** damnatio *om.* $\alpha_2\chi$ *C Ly*; peccati *add.* $V_2\delta$ | a te *om.* χ | enim *om.* δ **12** quorum ... celebramus *om.* α_2 | hodie memoriam *tr.* $\varepsilon\zeta$ **14** sicut ... Iohannis *om.* α_2 **15** quae ... 17 martyres *om.* α_2 **16** maiorem] hac *add.* ε Br_1P_{23} *Y*

ponat pro amicis suis – hoc ergo considerantes sancti martyres contempserunt animas suas hic, ut ibi eas invenirent, sequentes verba domini dicentis: *Qui amat animam suam, perdet eam, et qui perdiderit eam propter me, in vitam aeternam inveniet eam*. Voluerunt enim retribuere. Qui? Et quid? Et cui? Homines ministerium suum usque ad mortem deo retribuerunt. Quid, quod ille non donaverit? Quid dederunt quod non acceperint? Retribuit ergo mihi ille vere, qui solus donat, sed non retribuit peccatis nostris: nam retributiones nobis aliae debebantur, et aliae redditae sunt. NOLI inquit OBLIVISCI OMNES RETRIBUTIONES EIUS: non tributiones, sed RETRIBUTIONES. Aliud enim debebatur, et redditum est quod non debebatur. Unde et ille: *Quid retribuam domino pro omnibus* inquit *quae retribuit mihi?* Non ait 'quae tribuit mihi', sed *quae retribuit mihi*. Retribuisti tu mala pro bonis; retribuit ipse bona pro malis. Quomodo retribuisti tu, o homo, deo mala pro bonis? Qui prius fuisti blasphemus et persecutor et iniuriosus, retribuisti blasphemias. Pro quibus bonis? Primo quia es; sed est et lapis. Deinde quia vivis; sed vivit et mi 1318
pecus. Quid retribues domino pro eo quod super omnia pecora cc 1453
et super omnia volatilia fecit te ad imaginem et similitudinem suam? Noli quaerere quid ei retribuas: similitudinem ipsius illi

19sq. Ioh. 12,25 **23** quid ... acceperint] *cf.* 1 Cor. 4,7 **28sq.** Ps. 115,12 **32sq.** qui ... iniuriosus] *cf.* 1 Tim. 1,13 **36sq.** fecit ... suam] *cf.* Gen. 1,27 **37sq.** similitudinem ... exigit] *cf.* Matth. 22,21

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [*= F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

17 ponat] quis *add. G H*$_1$ *ε ζ Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y*; *praem. A* **18** sequentes ... dicentis] dicente domino *α*$_2$; dicentes *χ Ly* **19** qui[1] ... et *om. α*$_2$ | animam suam amat *tr. ε C Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X* **20** eam[1]] animam suam *Mc*$_2$ *ε Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* **21** et[2] *om. δ* **22** quid ... 26 sunt *om. α*$_2$ **23** donaverat *H*$_1$ *ε ζ Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y* | quid] qui *χ* dederint *K* | acceperunt *H*$_1$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X* **24** mihi *om. α*$_2$ *ma* | vere] *solus *add. ε ζ C* (*pc.*) *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X* **29** pro omnibus *om. δ* **30** tribuit] retribuit *V*$_2$ *Ly* | retribuisti] tribuisti *α*$_2$ *Ly* **31** retribuit] et *praem. ε Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *Y X* retribuisti *om. δ* | o *om. H*$_1$ *C Br*$_1$ *P*$_{23}$ **32** fuisti] fui *π* (*om. F*$_2$) *Gt*[1] (*pc.*; *ex* fuit *uv.*) *Ly*; fuit *ε* **36** super] supra *α*$_2$ **37** retribue illi *tr. X ma*

retribue, non plus quaerit, nummum suum exigit. Tu autem pro gratiis agendis, pro humilitate, pro obsequio, pro cultu religioso, id est pro his omnibus bonis quae debebas deo tuo, pro bonis quae accepisti, quae dixi, retribuisti blasphemias. Quid ergo ille? 'Confitere! Ignosco. Retribuo et ego, sed non quod tu retribuisti: tu retribuisti mala pro bonis; ego retribuo bona pro malis'.

(4.) Cogita ergo, anima, omnes retributiones dei, cogitando omnia mala facta tua. Quam multa enim mala facta tua, tam multae bonae retributiones eius. Et quid illi offeres forte exeniorum? Quid munerum? Quid sacrificiorum? Quoniam non oblivisceris retributiones eius, hoc sacrificio delectatur: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM. *Sacrificium laudis glorificavit me: immola deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua.* Laudari se vult deus; et hoc, ut tu proficias, non ut ille sublimetur. Non est omnino quod illi retribuere; et quod exigit, non sibi sed tibi exigit: tibi proderit, tibi servatur. Non hoc a te amat quod illum augeat, sed quod te ad illum perducat. Propterea quaerebant martyres, deficiebant quodammodo non inveniendo, et dicebant: *Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi?* Et non invenerunt quid retribuerent, nisi: *Calicem salutaris accipiam, et nomen domini invocabo.* Quid retribues domino? Cogitabas enim, et non inveniebas. *Calicem salutaris accipiam*. Quid? Calicem salutarem nonne ipse dominus dedit? De tuo aliquid

4, 6 sacrificium ... me] Ps. 49,23 **6sq.** Ps. 49,14 **13** Ps. 115,12 **14sq.** Ps. 115,13

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1P_{23} *lect.sel.*: YX

38 per gratias A (*ac.*); pro gratias G **40** his *om.* α_2H_1 **42** non *om.* α_2 quod] pro malis *add.* ε Br_1P_{23} YX | retribuisti] pro bonis *praem.* ζ **4, 3** xeniorum V_2 (*ac.*) δ (*lnp. G*) χ **4** quid[1]] quod K | sacrificium χ **6** mea *om.* C *ma* | glorificabit α *Psalt.Ga. ma* | me] te δ (*uv. G* H_1) **9** illi *om.* δ; ille χ retribueret ε Br_1P_{23} Y; retribures ζ **10** a] ad χ **11** augeat] avertat A G; adiuvat H_1 | quaerebant] quae *praem.* V_2 (*pc.*) α_2 **12** non] in $\pi\chi$ | inveniendo] inveniebant Br_1P_{23} Y **14** retribuerint χ **15** quid ... quid *om.* α_2 retribuas ε TLy Br_1P_{23} **16** calicem] et *praem.* α_2 | salutaris] salutarem V_2 A $CLyP_{23}$ Y **17** salutarem] salutaris $\alpha_2\zeta$ *ma*

retribue, si potes. Non dixerim. Ne feceris! Noli de tuo retribuere. Non vult deus de tuo sibi retribui. Si de tuo retribuis, peccatum retribuis. Omnia enim quae habes, ab illo habes: tuum peccatum habes. Non vult sibi retribui de tuo, de suo vult; quomodo agricolae de terra, quam seminavit, si segetem attuleris, de agricolae retribuisti, si spinas, de tuo. Veritatem retribue, in veritate deum lauda: si de tuo volueris, mentieris. *Qui loquitur mendacium, de suo loquitur*. Si qui loquitur mendacium, de suo loquitur; qui loquitur veritatem, de dei loquitur.

Quid est autem accipere calicem salutaris, nisi passiones domini imitari? Hoc martyres fecerunt. Hoc superbientibus dixit, et sedes sublimes iam quaerentibus, et convallem plorationis devitantibus, qui volebant sedere unus ad dexteram, alius ad sinistram. Quid ergo ait? *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum*? Iam ergo martyr paratus ad victimam sanctam dicit: *Calicem salutaris accipiam*, accipiam calicem Christi, bibam passionem domini. Cave ne deficias. Sed *nomen domini invocabo*. Qui ergo defecerunt, dominum non invocaverunt: de sua fortitudine praesumpserunt. Tu sic redde, ut te accepisse quod reddis memineris. Sic ergo benedicat anima tua dominum, ut non obliviscatur omnes retributiones eius.

cc 1454

mi 1319

24sq. Ioh. 8,44 **30** qui ... dexteram] *cf.* Matth. 20,21 **31sq.** Matth. 20,22

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

18 retribue] retribuas *K*; retribuis *S* | non ... retribuere *om.* α_2 **19** deus] te *praem.* V_2 δ (*lnp. G*) N (*ac.*) χ C | sibi *om.* δ | retribuis ... retribuis] retribues *bis* π C Ly X **21** peccatum] solum *add.* ε_1 ζ Br_1 P_{23} *ma* | de[2]] sed *praem.* α_2 H_1 (*pc.*) | vult[2]] non *praem.* δ **22** agricola ε ζ Ly Br_1 P_{23} **23** de agricolae] *cf. i. l. 26* (de dei); fructu *add.* X *ma* | tuo] obtulisti *add.* ε ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y X *ma* **24** veritatem χ Ly | dominum V_2 δ C Br_1 P_{23} Y X *ma*; domino χ | laudas δ **25** si ... loquitur[2] *om.* α_2; *del.* H_1 | qui *om.* δ; quis *K* **26** de dei] *cf. s. l.* 23 (de agricolae); de deo α_2 ε χ **28** imitare χ | hoc[2] ... 32 sum *om.* α_2 **29** sublimes] super limes *K* **32** iam *om.* α_2 | paratus ergo martyr *tr.* α_2 **36** redde] crede Br_1 P_{23} Y | ut] credas *add.* α_2 **37** sic] dic α_2 | benedic α_2 | domino δ (*uv.* H_1)

(5.) Audite omnes retributiones eius: **QUI PROPITIUS FIT OMNIBUS INIQUITATIBUS TUIS, QUI SANAT OMNES LANGUORES TUOS, QUI REDIMET DE CORRUPTIONE VITAM TUAM, QUI CORONAT TE IN MISERATIONE ET MISERICORDIA, QUI SATIAT IN BONIS DESIDERIUM TUUM: RENOVABITUR SICUT AQUILAE IUVENTUS TUA.** Ecce retributiones. Quid debebatur peccatori, nisi supplicium? Quid debebatur blasphemo, nisi gehenna ignis ardentis? Non ipsa retribuit: ne expavescas, ne exhorrescas, ne sine amore timeas! Noli oblivisci omnes retributiones eius bonas, et mutare iam, ne experiaris retributiones, quid dicam? malas? Si iustas, non malas. Ad te ergo malas. Ad deum autem nec haec quae pateris mala, mala sunt. Si enim iusta sunt, bona sunt; sed tibi patienti haec mala sunt. Non vis ut mala sint tibi, quae iusta sunt dei? Non sit mala in conspectu dei iniquitas tua. Non enim cessavit vocare, aut vocatum neglexit instruere, aut instructum cessavit perficere, aut perfectum neglexit coronare. Quid dicis? Quia es peccator? Convertere, et accipe retributiones istas: PROPITIUS FIT OMNIBUS INIQUITATIBUS TUIS. *v. 3-5*

Post remissionem peccatorum corpus infirmum geris? Necesse est sint quaedam desideria carnalia quae te titillent, et quae tibi suggerant delectationes illicitas: de languore tuo veniunt. Adhuc enim infirmam carnem geris, nondum *est absorpta mors in victoriam*, nondum *corruptibile hoc induit incorruptio-*

5, 22sq. 1 Cor. 15,54 **23sq.** 1 Cor. 15,53

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **5, 6** quid] *inc.* e_3

5, 1 eius *om.* V_2 A H_1 χ C **3** redimit S ζ Br_1; redemit K | corruptione] interitu ζ **5** sicut] ut ε ζ, *Psalt.Ga.* | aquila K C Ly **8** ardens α_2 e_3 | retribuet P_6 Br_1 **10** retributiones] eius *add.* δ ε *ma* | quid *om.* V_2 δ **11** ad[1] χ *ma*; a *cett. lo* | ergo] autem ε ζ | malas[2] α_2 Ly P_{23} Y *ma*; mala *cett. lo* | ad deum *ma*; a deo *codd. lo* | autem] bona *add.* ε ζ Ly **12** mala[1] *om.* α_2 δ C e_3 **15** cessavit] deus *praem.* α_2 **16** neglegit V_2 δ χ C Ly **17** istas] et *add.* Br_1 P_{23} **20** te *om.* α_2 ε ζ Ly Br_1 P_{23} e_3 Y X | et *om.* α_2 Ly e_3 **21** de] sed *praem.* ε ζ C (*pc.*) Ly Br_1 P_{23} Y X

nem; adhuc quibusdam perturbationibus etiam ipsa anima quatitur post remissionem peccatorum; adhuc in periculis tentationum versatur, quibusdam suggestionibus delectatur, quibusdam non delectatur. Et in eis quibus delectatur, aliquando quibusdam consentit: capitur, languor est. SANAT ET OMNES LANGUORES TUOS. Sanabuntur languores tui, noli timere. 'Magni sunt', inquies; sed maior est medicus. Omnipotenti medico nullus languor insanabilis occurrit; tantum tu curari te sine, manus eius ne repellas: novit quid agat. Non tantum delecteris cum fovet, sed etiam toleres cum secat: tolera medicinalem dolorem, cc 1455 futuram cogitans sanitatem. Videte, fratres mei, in istis languoribus corporis quanta homines tolerent, ut paucos dies victuri moriantur, et hos paucos dies incertos. Multi enim post tolerantiam magnam dolorum, cum a medicis secarentur, aut inter manus medicorum mortui sunt, aut iam sani, irruente aliqua aegritudine, defuncti sunt. Si tam sibi propinquam mortem sperarent, illos immensos dolores susciperent tolerandos? Tu non toleras ad incertum: qui promisit sanitatem non potest falli. Fallitur medicus aliquando, et promittit sanitatem de corpore humano. Quare fallitur? Quia non hoc curat quod fecit. Deus fecit corpus tuum, deus fecit animam tuam; novit quemadmo- mi 1320 dum recreet quod creavit, novit quemadmodum reformet quod ipse formavit: tu tantum sub manibus medici esto; odit enim repellentem manus suas. Non fit hoc in medici hominis manibus. Ligari se volunt homines et secari, daturi pro incerta sanitate certum dolorem, magnam mercedem. Deus te, quem fecit, et certus curat et gratis. Ferto ergo manus eius, o anima, quae

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: e_3 Y X **34** sanitatem] *des.* e_3

---

26 quibusdam^2 ... delectatur^2 *om.* $V_2\delta$ **27** quibus] in *praem.* α_2 **29** languores $\alpha_2\chi$ C Ly e_3; omnes *praem. cett. ma* **31** curare $V_2\chi$; carere A; secare H_1; *lnp.* G **33** toleres] tolleres α **36** et] ad ε Ly Br_1 P_{23} Y | enim *om.* α_2 **37** magnam dolorum] *magni doloris $\varepsilon\zeta$ Br_1 P_{23} Y; dolorem χ C | aut] ut A; *lnp.* G H_1 **38** irruente] ingruente ζ **40** susciperent] non *praem.* $\varepsilon\zeta$ Br_1 P_{23} Y X **47** fit] fecit δ (*lnp.* G) **48** se ligari *tr.* δ

benedicis eum, non obliviscens retributiones eius; SANAT enim OMNES LANGUORES TUOS.

(6.) QUI REDIMET DE CORRUPTIONE VITAM TUAM. Inde sanat omnes languores tuos, quia redimit de corruptione vitam tuam. *Ecce corpus quod corrumpitur aggravat animam*. Vitam ergo habet anima in corpore corruptibili. Qualem vitam? Onera patitur, pondera sustinet. Ad ipsum deum cogitandum, sicut dignum est ab homine cogitari deum, quanta impediunt, veluti interpellantia de necessitate corruptionis humanae! Quanta revocant! Quanta a sublimi intentione detorquent! Quanta interpellant! Quae turba phantasmatum! Qui populi suggestionum! Totum hoc in corde humano, tamquam de vermibus corruptionis huius scatet.

Exaggeravimus morbum? Laudemus et medicum. Non ergo te sanabit qui fecit talem qualis non aegrotares, si legem sanitatis acceptam servare voluisses? Nonne tibi et disposuit et mandavit quid tangeres, quid non tangeres ad retinendam salutem? Noluisti audire ad retinendam, audi ad recipiendam. Languore tuo expertus es quam vera ille iussisset. Iam tandem aliquando homo, quod non tenuit monitus, audiat vel expertus. Quae duritia est quam nec experientia docet? Non ergo te sanabit qui talem fecerat ut numquam aegrotares, si eius praecepta servare voluisses? Non te

---

6, 3 Sap. 9,15 **14sq.** disposuit ... tangeres] *cf.* Gen. 2,16*sq.* **15sq.** noluisti ... retinendam] *cf.* Gen. 3,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

51 non] noli Mc_2 *Ly* | retributiones] omnes *praem.* δ **52** omnes *om.* Br_1 P_{23} **6, 1** qui] quia *S Ly* P_{23} *Y* | redimit *A* ζ Br_1 P_{23} *Y* | inde ... 3 tuam *om.* α_2 An_3 χ *C* **2** redimet δ (*lnp. G*) *N Gt* **4** qualem] quibus δ (*uv.* H_1) **6** impendunt Br_1 P_{23} *Y* **7** interpellantiam *N Gt K Ly* **8** revocant *T C* P_{23} *Y X ma*; te vocant δ; te avocant V_2; devocant α_2 *Ly*; se vocant ε χ P_6 | a] de ε ζ *Ly*; *om.* α *K* **12** exaggerabimus *N Gt*; exaggeramus *C X* **13** sanavit α_2 ε χ *Ly* P_{23} *Y* sanitatis] sanctam α_2 **14** et[1] *om.* α_2 | et mandavit *om.* α_2 **15** quid tangeres *om.* Br_1 P_{23} *Y* **16** languorem tuum α_2 | expertus ... 20 voluisses *om.* α_2 **18** vel ε ζ *C* (*pc.*) *X ma*; **om. cett.* **19** sanavit ε χ *Ly*

sanabit qui fecit angelos, et te refectum aequaturus est angelis? Non sanabit factum ad imaginem suam qui fecit caelum et terram? Sanabit te: opus est ut sanari velis. Sanat omnino ille quemlibet languidum, sed non sanat invitum. Quid autem te beatius quam ut tamquam in manu tua, sic habeas in voluntate cc 1456
sanitatem tuam? Si velles esse in aliquo sublimi honore in hac terra, ducatum, proconsulatum, praefecturam si concupisceres, numquid continuo posses ut velles? Numquid voluntatem tuam potestas sequeretur? Multi ad ista volunt pervenire, et non possunt; sed si pervenerint, quid prodest honor aegrotis? Quis enim 30
non aegrotat in hac vita? Quis non languorem longum trahit? Nasci hic in corpore mortali incipere aegrotare est. Quotidianis medicamentis fulciuntur indigentiae nostrae, quotidiana medicamenta sunt refectiones omnium indigentiarum. Fames nonne te occideret, nisi medicamentum eius apponeres? Sitis non te per- 35
imeret, nisi eam tu bibendo, non penitus exstingueres, sed differes? Reditura est enim sitis paululum temperata. Temperamus ergo istis fomentis aerumnam aegritudinis nostrae. Stando lassatus eras, sedendo reficeris; ipsum sedere medicina est lassitudinis; in ipsa medicina rursus lassaris: diu sedere non poteris. mi 1321
Quidquid est, ubi fatigato succurritur, alia fatigatio inchoatur. Quid ergo ista desideras languidus? Prius de salute tua cogita.

---

21 refectum ... angelis] *cf.* Marc. 12,25; Luc. 20,36 **22** factum ... suam] *cf.* Gen. 1,27 **22sq.** fecit ... terram] *cf.* Gen. 1,1

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

21 sanavit $\alpha_2 \varepsilon \chi$ *Ly* **22** non ... terram *om.* α_2 | sanavit ε *Ly* **23** sanavit $F_2 \varepsilon$ *Ly* | sanare χ **24** quamlibet ζ | invitam χ | te *om.* $Mc_2 \delta$ (*pc. A* H_1) P_6; tibi *T* **25** ut tamquam] vitam tuam *A G* **26** velis $\alpha_2 \delta$ *C* **27** conspiceres α_2 **28** velis $Mc_2 \delta$ | voluptatem *Ly* Br_1 **30** pervenirent Mc_2 *C ma* | honos *mi cc* **31** longum languorem *tr.* $\varepsilon \chi \zeta$ **32** aegrotari $\varepsilon \chi$ **33** quotidiana ... indigentiarum *om.* α_2 **34** nonne fames *tr.* α_2 **35** opponeres α_2 | non π; nonne *cett. ma* **36** eum *A G* **37** redditura α_2 | temperata *om.* α_2 **40** lasseris δ **41** fatigato] fatigationi *lo ma* | fatigatus occurritur *K*

Aliquando aegrotat homo in domo sua, in lecto suo, aegritudine manifestiore – quamquam et ista manifesta sit, quam nolunt homines intueri, tamen ea aegritudine, ad quam quaeruntur medici homines, aegrotat quisque in domo sua, anhelat febribus in lecto suo. Velit forte cogitare de re familiari, aliquid iubere vel in domo vel in fundo, aut disponere. Statim cura suorum circumstrepente et murmurante revocatur a talibus curis, et dicitur illi: 'Dimitte ista, prius de salute tua cogita'. Ergo hoc tibi dicitur: 'Omnis homo, si non aegrotas, alia cogita; si te aegrotantem languor ipse convincit, prius de salute tua cogita!' Salus tua Christus est: Christum ergo cogita! Accipe calicem salutaris eius, QUI SANAT OMNES LANGUORES TUOS: hanc salutem si volueris, obtinebis. Honores et divitias cum requisieris, non continuo si volueris habebis: hoc et pretiosius est, et sequitur voluntatem.

QUI SANAT OMNES LANGUORES TUOS, QUI REDIMET DE CORRUPTIONE VITAM TUAM. Ibi sanabitur omnis languor tuus, cum corruptibile hoc induet incorruptionem. Redempta est enim vita tua de corruptione. Iam securus esto: initus est bonae fidei contractus. Nemo fallit redemptorem tuum, nemo circumvenit, nemo premit. Egit hic commercium, iam pretium solvit, sanguinem fudit. Sanguinem, inquam, fudit unicus filius dei pro nobis. O anima, erige te: tanti vales! REDIMET DE CORRUPTIONE VITAM

60 cum ... incorruptionem] *cf.* 1 Cor. 15,53

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **6, 58** qui[1] *inc. Flor*

43 aliquando ... 52 cogita *om.* *α*$_2$ **44** sit *N*^{1} *C* (*pc.*) *Ly X ma*; sint *cett.* | quam] quae *Br*$_1$ *P*$_{23}$ **47** lectu *N Gt Ly* | vellet *χ* **48** vel[1] *del. G H*$_1$ | domo] sua *add.* *δ* | vel[2] *om.* *V*$_2$ *δ C* | curam *V*$_2$ *δ* (*lnp. G*) **49** murmurante] a *praem.* *V*$_2$ *A G Ly*; admurmurante *ζ* **51** cogita ... te] cogitas ita *C X* **55** et *del.* *H*$_1$; *om.* *α*$_2$ **56** et[2] ... voluntatem *om.* *α*$_2$ **57** voluntatem] eius unde et subditur *add.* *ε ζ* **58** redimit *α*$_2$ *ζ C Br*$_1$ **59** corruptionem *χ* | sanabuntur *Mc*$_2$ *δ*; sanabit *K* (*ir.*) *C* | omnes *α*$_2$ *δ C* | languores *α*$_2$ *δ K C* | tui *Mc*$_2$ *δ*; tuos *F*$_2$ *K C* **60** induerit *π* **61** est] enim *add.* *α*$_2$ *χ* **62** contactus *P*$_6$ *Br*$_1$ *P*$_{23}$ **63** hoc *α*$_2$ *P*$_6$ | pretio *ε χ* **64** sanguinem ... nobis *om.* *α*$_2$ **65** o anima] omnia *δ* (*ac. uv. H*$_1$) | erige te] erigite *A G* | redimit *ζ*

TUAM. Ostendit exemplo quod promisit in praemio. Mortuus est *propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram*. cc 1457
Sperent membra quod in capite demonstratum est. Non curabit membra sua, quorum caput levavit in caelum? Ergo REDIMET DE CORRUPTIONE VITAM TUAM. 70

(7.) QUI CORONAT TE IN MISERATIONE ET MISERICORDIA. Iam enim forte quasi arrogans esse coeperas, cum audires: CORONAT TE. 'Ergo magnus sum, ergo luctatus sum!' Cuius viribus? Tuis an ab illo subministratis? Nam luctaris, manifestum est; et ideo coronaberis, quia vinces, sed vide quis prior vicerit, vide quis te faciat etiam secundo victorem. *Ego* inquit *vici saeculum: gaudete.* Et unde gaudemus, si ille vicit saeculum? Quasi nos vicerimus? Ita plane gaudeamus, quia nos vicimus. Qui in nobis victi sumus, in illo vincimus. Ergo coronat te, quia dona sua coronat, non merita tua. *Plus omnibus illis laboravi,* apostolus ait; sed vide quid adiunxit: *non ego autem, sed gratia dei mecum*. Et post labores omnes exspectat ipsam coronam, et dicit*: Bonum agonem certavi, cursum consummavi, fidem servavi: de cetero superest mihi corona iustitiae, quam mihi reddet dominus in illa die iustus iudex*. Quare? Quia *agonem certavi*. Quare? Quia *cursum consummavi*. Quare? Quia *fidem servavi*. Unde certasti? Unde

67 Rom. 4,25 **7, 6sq.** Ioh. 16,33 **10** 1 Cor. 15,10 **11** 1 Cor. 15,10 **12–15** 2 Tim. 4,7-8

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **69** caelum] *des. Flor* **7, 10** plus] *inc. Flor*

66 ostendit ... praemio *om.* α_2 | exemplum $\varepsilon\chi$ *Ly* Br_1 P_{23} *Y* **67** resurrexit] et *praem. lo ma* **68** curabit V_2 (*pc.*) *Ly* P_{23} *X* (*pc.*) *ma*; curavit *cett.* **69** redemit χ; redimit ζ; qui *praem.* $\varepsilon\zeta$ 70 corruptione] interitu α_2 **7, 3** ergo^2 *om.* δ **4** an] sed ε *T C* Br_1 P_{23} *Y X ma*; *om. K* | ministratis δ | luctaris] quia *praem.* ζ **5** coronaveris χ | vincis α_2 **6** secundum χ *Ly* | vicit α_2 **7** unde] videte *praem.* α **9** vincimus] vicimus α_2 **10** ait apostolus *tr. Mc*$_2$ ε *X ma* **11** adiungit *ma* **14** superest] est *K* | reddet mihi *tr.* α_2 ε ζ *Flor* | dominus *om.* Br_1 P_{23} *Y* | illo An_3 *Gt Ly* **15** quia^2 ... consummavi *om.* α_2

servasti? *Non ego autem, sed gratia dei mecum*. Ergo et quod
mi 1322 coronaris, illius misericordia coronaris. Nusquam sis superbus; semper lauda dominum, omnes retributiones eius noli oblivisci.
20 Retributio est cum peccator et impius vocatus es, ut iustificareris. Retributio est cum rectus et gubernatus es, ne caderes. Retributio est cum tibi vires subministratae sunt, ut usque in finem perseverares. Retributio est ut etiam caro ista tua qua premebaris, resurgat, et nec capitis tui capillus intereat. Retributio est ut post
25 resurrectionem coroneris. Retributio est ut in aeternum deum ipsum sine defectu laudes. Omnes retributiones eius noli oblivisci, si vis ut benedicat anima tua dominum, QUI CORONAT TE IN MISERATIONE ET MISERICORDIA.

(8.) Et quid agam coronatus? Ecce adiuvabar cum luctarer, finito certamine coronabor. Iam nulla erit inimica suggestio vel corruptio cum qua lucter. Semper enim in hac vita luctamur cum corruptione ista; sed quid scriptum est? *Novissima inimica destru-
5 etur mors*. Post destructionem mortis, nullum timebis inimicum: inde *absorpta est mors in victoriam*. Tunc ergo erit victoria, tunc corona. Post certamen ergo coronabor, post coronam quid agam?

QUI SATIAT IN BONIS DESIDERIUM TUUM. Modo enim audis bonum, et anhelas; audis bonum, et suspiras; et hoc ipsum quod
cc 1458 forte peccas, eligendi boni aviditate falleris, et in eo reus detine-

---

22sq. usque ... perseverares] *cf.* Matth. 10,22 **24** capitis ... intereat] *cf.* Luc. 21,18 **8, 4sq.** 1 Cor. 15,26 **6** 1 Cor. 15,54

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1P_{23} *lect.sel.*: YX **17** ergo] *inc.* e_3
18 coronaris[2]] *des. Flor* **8, 6** victoriam] *des.* e_3

---

17 servasti] fidem *praem.* P_6 Br_1P_{23} *ma* **18** numquam $\chi\zeta$ **19** deum ζ **20** retributio est] retributiones α_2e_3 | es] est δ | iustificeris α_2Ke_3 **21** retributio est[1]] retributiones α_2e_3 | erectus P_6 *ma* | retributio est[2]] retributiones α_2e_3 **22** ministratae F_2H_1 | ut] et $\delta\chi$ **23** retributio est] retributiones α_2e_3 **24** retributio est] retributiones α_2e_3 **25** retributio est] retributiones α_2e_3 ipsum deum *tr.* α_2 **26** omnes *om.* εLy **27** domino χ; deum ζ **8, 1** adiuvabas Br_1P_{23} **2** erit] residua *praem.* $\alpha_2\zeta Lye_3$ *ma* **6** inde] id est $\alpha_2\delta K$; inde est V_2 | est *om.* α_2 | victoria $\alpha_2H_1\varepsilon\zeta Lye_3$ | tunc[1] ... corona *om.* α_2 **9** suspires δ | hoc] in *praem.* α_2 **10** reos χ | detineris *om.* πC

ris, quod bonum consilium dei non audis, quid contemnendum et quid eligendum sit, quod forte neglegis discere, si in eligendo bono fallebaris. Ubicumque peccas quasi bonum quaeris, quasi refectionem desideras. Bona sunt ista quae quaeris, sed mala tibi erunt deserto illo a quo bona facta sunt. Bonum tuum quaere, o anima. Est enim bonum aliud alteri, et omnes creaturae habent quoddam bonum suum integritatis suae et perfectionis naturae suae. Interest quid cuique rei imperfectae necessarium sit ut perficiatur: quaere tuum bonum! *Nemo bonus nisi unus deus.* Summum bonum, hoc est tuum bonum. Quid ergo deest cui summum bonum bonum est? Sunt enim et inferiora bona, quae aliis et aliis sunt bona. Pecori quid bonum est, fratres, nisi implere ventrem, carere indigentia, dormire, gestire, vivere, sanum esse, generare? Bonum illi est, et usque ad quendam modum habet boni sui mensuram tributam et concessam ab omnium rerum creatore deo. Tale tu bonum quaeris? Dat et hoc deus, sed noli solum quaerere. Coheres Christi, quid gaudes, quia socius es pecori? Erige spem tuam ad bonum bonorum omnium! Ipse erit bonum tuum, a quo tu in tuo genere factus es bonus, et omnia in suo genere facta sunt bona. *Fecit enim deus omnia bona valde*. Ergo illud bonum quod deus est, si dicamus valde bonum, iam et de creatura dictum est: *Fecit deus omnia bona valde*. Quid ergo illud bonum de quo dictum est: *Nemo bonus nisi unus deus*? Dicimus quia bonum est valde? Recurrit nobis recordatio de

19 Matth. 19,17 **27** coheres Christi] *cf.* Rom. 8,17 **30sq.** Gen. 1,31

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

12 dicere α_2 H_1 | in eligendo] neglegendo Br_1 P_{23} Y X **13** bonum χ Ly **14** male Mc_2 K **15** quaeris α_2 | o *om.* χ **16** aliud] aliquid δ **18** interest ... perficiatur *om.* α_2 | cuique rei] cui quaeret δ S | sit] sic δ C; sicut Ly | sit ut] sicut χ **19** unus] solus Mc_2 Br_1 P_{23} Y | deus unus *tr.* Gt Ly **20** bonum[1] *om.* α_2 | deest] est π | cui] cum α_2 H_1 **22** bona sunt *tr.* V_2 δ C | pecora α_2 | nisi] ut *add.* α_2 **24** est *om.* α_2 **26** tu] tuum π χ **27** coheres] quo heres χ **29** a *om.* α_2 **31** ergo ... est[2]] *anacoluthon* **33** unus] solus Br_1 P_{23} **34** dicimus] dicit α_2

omnibus creaturis, quia dictum est: *Fecit deus omnia bona valde.*
mi 1323 Quid ergo dicturi sumus? Defecimus in voce, sed non in affectu. Veniat in mentem recens illa tractatio psalmi. Explicare non possumus? Iubilemus. Bonum est deus. Quale bonum quis dicat? Ecce non possumus dicere, et non permittimur tacere. Ergo si non possumus dicere, et prae gaudio non permittimur tacere, nec loquamur, nec taceamus. Quid ergo faciamus, non loquentes et non tacentes? Iubilemus, *Iubilate*, *deo salutari nostro*, *Iubilate deo omnis terra!* Quid est *Iubilate*? Efferte vocem ineffabilem gaudiorum vestrorum, et eructate in eum laetitias vestras. Et quid erit illa ructatio post saginam, si modo post modicas istas refectiones tantum afficitur anima nostra? Quid erit, quando fiet post redemptionem ab omni corruptione quod dictum est in isto psalmo: QUI SATIAT IN BONIS DESIDERIUM TUUM?

(9.) Et quasi quaereres: 'Quando satiat? Modo enim non satior. Ad quodcumque me convertero, vilescit mihi adeptum, quamvis accenderit desideratum. Cum omnia quae dum non habeo amo, cum habuero contemno, quod bonum me satiabit?
cc 1459 Laus dei? Et ipsa, cum *corpus quod corrumpitur aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*, non impletur in anima mea, non perficitur; aliae de corruptione delectationes indigentiarum detorquent me ab illa. Quando satiabitur desiderium meum in bonis?' 'Quando?' quaeris.

---

37 recens ... tractatio] *cf.* en. 80,3 **42** iubilate[1] ... nostro] Ps. 80,2 **42sq.** iubilate[2] ... terra] Ps. 65,1; 97,4; 99,1 **9, 5sq.** Sap. 9,15

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

35 quia] quid K | valde bona *tr.* δ **36** deficimus V_2 Mc_2 X *ma* | in[1] *om.* Mc_2 δ | venit K **37** *mente π (*lnp. G*) ε Ly P_{23} Y **38** est *om.* Br_1 P_{23} Y | deo χ; dei Br_1 P_{23} Y **40** gaudium χ **41** loquimur V_2 δ χ C | taceamus] tacemus V_2 δ χ C | faciemus ζ **43** efferte α_2 Ly *ma*; eo ferte V_2 δ; hoc ferte C; deferte *cett.* **44** et[1] *om.* α_2 | ructate δ χ **45** eructatio α_2 ε P_6 **46** afficitur T X *ma*; efficitur *cett.* | redemptionem] resurrectionem α_2 **47** ab omni] boni α_2 corruptione] corruptio nostra α_2 **9, 1** quaereris χ **3** dum non] nondum α_2 G H_1 **4** condemno δ | satiavit Mc_2 ε χ C Ly **5** corpus quod *om.* α_2 **7** in *om.* α_2 δ *ma* **9** in bonis desiderium tuum χ

RENOVABITUR SICUT AQUILAE IUVENTUS TUA. Quaeris ergo quando satietur in bonis anima tua? Quando renovata fuerit iuventus tua. Et addidit: SICUT AQUILAE. Profecto hic aliquid latet; quod tamen dici de aquila solet non tacemus. Quia non est ab re hoc intellegere, illud tantummodo insinuatum sit cordibus nostris, non sine causa dictum esse ab spiritu sancto: RENOVABITUR SICUT AQUILAE IUVENTUS TUA. Resurrectionem enim quandam significavit nobis. Et quidem renovatur et iuventus aquilae, sed non ad immortalitatem. Data est enim similitudo, quantum de re mortali potuit trahi ad rem utcumque significandam immortalem, non ad demonstrandam. Dicitur aquila, cum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quae supra partem inferiorem aduncatur, cum prae senecta immoderatius creverit, longitudo eius incrementi non eam sinit os aperire, ut sit aliquod intervallum inter inferiorem partem et uncum superiorem. Nisi enim aliquod intervallum pateat, non habet morsus quasi forcipem, unde velut tondeat quod transmittat in fauces. Crescente itaque superiore parte et nimis aduncata, non poterit os aperire et aliquid capere. Hoc ei facit vetustas. Praegravatur languore senectutis, et inopia comedendi languescit nimis utraque re et aetatis et egestatis accedente. Itaque modo quodam naturali in mensura reparandae quasi iuventutis, aquila dicitur

π (*α*: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + *δ*: *A G* H_1) *ε* (*N Gt* An_3) *χ* (*K S*) *ζ* (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

10 renovabitur] quando *praem.* Br_1 P_{23} *Y* | aquila H_1 *C Ly* **12** addit α_2 **13** tacemus] tacebo α_2 **14** a F_2 P_{23} *X ma* **16** enim *om.* α_2 **17** et quidem] equidem *χ* | renovabitur α_2 **19** de re] dari *δ* **20** dicetur *χ* **22** pars ... 24 eius] *anacoluthon* **23** inferiore manducatur V_2 H_1; inferiore manducat *A* prae senecta] praefecta *K*; prae senectute *δ* **24** incrementi eius *tr. ε ζ Ly* **25** sit] si α_2 | aliquid Mc_2 *K C* | intervallum ... aliquod *om.* α_2 **26** enim *om.* Br_1 P_{23} *Y* **27** tundeat *δ K* | transmittit *A G* **28** itaque *om.* α_2 **29** hoc] enim *add.* α_2 **31** et[1] *om.* H_1 *ζ Ly* | et egestatis et aetatis *tr. χ* | accidente *ε* **32** mensuram *ζ* | aquila *C* (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X ma*; aquilae *cett.*

collidere et percutere ad petram ipsum quasi labium suum superiorem, quo nimis crescente edendi aditus clauditur; atque ita
mi 1324 conterendo illud ad petram excutit, et caret prioris rostri onere, quo cibus impediebatur; accedit ad cibum, et omnia reparantur: erit post senectutem tamquam iuvenis aquila; redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut antea, fit in ea quaedam resurrectio.

Ad hoc enim exposita est haec similitudo: sicut de luna ponitur, quia deminuta et quodammodo intercepta luna rursus nascitur et impletur, et significat nobis resurrectionem, sed impleta illa non permanet: rursus minuitur, ut semper significet; sic ergo et hoc quod de aquila dictum est: non ad immortalitatem aquila reparatur, nos autem ad vitam aeternam. Sed tamen propterea inde ducta est similitudo, ut quod nos impedit, petra nobis
cc 1460 auferat. Non ergo praesumas de viribus tuis: firmitas petrae tibi excutit vetustatem. *Petra autem erat Christus.* In Christo renovabitur sicut aquilae iuventus nostra. Etenim inveteravimus inter inimicos nostros, sicut nota est vox psalmi: *Inveteravi* inquit *in omnibus inimicis meis*. Unde inveteravimus? Carne mortali, carne ista fenea; et ideo: *Percussum est sicut fenum et aruit cor meum, quoniam oblitus sum manducare panem meum. Oblitus sum* inquit *manducare panem meum.* Crevit vetustas, os clausit, teratur in petra.

(10.) Sic ergo et in hoc psalmo unde agimus, cum praemisisset: QUI SATIAT IN BONIS DESIDERIUM TUUM, quasi responderet anima: 'Non satiabor de mortalibus, non satiabor de temporali-

48 1 Cor. 10,4 **50sq.** Ps. 6,8 **52–54** Ps. 101,5

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

33 suum *om.* α_2 | superiorem] *cf. ThlL* VII, 2, 776, 73; superius V_2 (*pc.*) *G* (*pc.*) H_1 (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *X* (*pc.*) *ma* **35** prioris *G* (*pc.*) *lo ma*; prius *cett.* **36** accedit] addicit α_2 **37** erit] et sit ζ **40** haec] ista *X ma* **42** et^2 *om.* π *C Ly* **46** dicta χ **47** tibi petra α_2 **48** renovatur α_2 **49** aquila $V_2\chi$ **53** manducare] comedere *K* ζ | sum^2 *om.* α_2 *ma* **54** crevit] et *praem.* α_2 conteratur α_2; adteratur *ma* **10, 1** et *om.* α_2 *K* **2** responderit $\varepsilon\chi$

bus. Aliquid aeternum donet, aliquid aeternum concedat: sapientiam mihi det, verbum suum mihi det, deum apud deum, et se deum patrem et filium et spiritum sanctum. Mendicus ante ianuam eius sto, non dormit quem invoco, det mihi tres panes'. Evangelium recordamini. Ecce quid sit nosse dei litteras: qui legerunt moti sunt! Nam recordamini quendam inopem venisse ad domum amici sui, et petisse tres panes. Et ille, inquit, dormiens respondebat ei, et dicebat: *Iam requiesco, et pueri mei intus mecum dormiunt*. Ille perseverans in petendo extorsit taedio quod non posset merito. Deus autem dare vult; sed non dat nisi petenti, ne det non capienti. Non taedio tuo vult excitari. Non enim cum oras tamquam dormienti molestus es: *Non dormiet, neque dormitabit, qui custodit Israel*. Semel Christus dormivit, ut illi de latere coniux fieret: dormivit in cruce, manifestum est. Mortuus est enim, ut diceret: *Ego dormivi, et somnum cepi*. Sed *numquid qui dormit non adiciet ut resurgat?* Propterea ibi sequitur: *et exsurrexi, quoniam dominus suscipiet me*. Quid vero iam apostolus? *Christus* inquit *surgens a mortuis, iam non moritur, et mors ei ultra non dominabitur*. Ipse ergo non dormit: vide ne fides tua dormiat. Dicat ergo anima iam desiderans satiari quodam excelso, inenarrabili bono, cui iubilatur potius, et de quo iubilatur, quam aliquid explicatur – iam enim vult, iam sentit inde aliquid; videt se impediri praegravatione corporis, non se posse in hac vita mi 1325

10, 5 verbum ... deum[2]] *cf.* Ioh. 1,1 **6sq.** mendicus ... sto] *cf.* Luc. 16,20 **7** tres panes] *cf.* Luc. 11,5 **11sq.** Luc. 11,7 **15sq.** Ps. 120,4 **18** Ps. 3,6 **18sq.** Ps. 40,9 **19sq.** Ps. 3,6 **21sq.** Rom. 6,9

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

4 concedet δ | sapientia $\alpha_2\chi$; suam *add.* $\varepsilon\zeta$ *C* (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X ma* **7** sto] sisto α_2 **8** dei] deum α_2 **9** muti χ | nam] *non $\pi\chi$ *Ly* **11** et[2] **om.* $V_2\delta$ *C* **13** possit $\alpha_2\varepsilon\chi$ *Ly* **14** ne ... capienti] sed et non capient δ; se dat non capient V_2; *om.* α_2 | non[3]] nam ζ Br_1 P_{23} *X* **15** non] at *praem.* χ; aut *praem.* ζ | dormiet] dormiat *K* **16** dormitavit $\alpha_2\varepsilon\chi$ *Ly* **20** suscepit α_2 P_6 Br_1 P_{23} *Y* **21** surgens ... mortuis **om.* $V_2\delta$ *C* | et *om.* Br_1 P_{23} *Y* | et ... dominabitur *om.* α_2 **23** iam *om.* χ **24** inenarrabili] et *praem.* ζ **25** videt] et *praem.* χ P_6 **26** impedire χ

satiari – et quasi respondeat, et dicat: 'Quid mihi dicis: Satiabitur in bonis desiderium tuum? Novi bonum eius quod desiderem, novi quid mihi sufficiat. Vide hoc in Philippo: *Ostende* inquit *nobis patrem, et sufficit nobis*. Solum patrem quasi desiderabat: ostendit dominus tres panes desiderandos; qui est unus panis ostendit et dixit: *Tanto tempore vobiscum sum, et patrem non nostis? Philippe, qui me vidit, vidit et patrem.* Promisit et spiritum: *quem mittet* inquit *pater in nomine meo*; itemque ait: *quem ego mittam vobis a patre*, donum suum aequale sibi. Novi quid desiderem; sed quando inde satiabor? Ecce modo de trinitate cogito: quomodocumque de trinitate, vix *in aenigmate per speculum, ex parte* audeo aliquid sentire. Quando satiabor?' RENOVABITUR SICUT AQUILAE IUVENTUS TUA. Non satiaris modo, quia non est idonea anima ad solidum illum et magnum cibum, sed rostro clauso non est idonea. Vetustas tibi os clausit: propterea petra data est, ubi vetustate contrita, renovetur iuventus tua sicut aquilae, et possis manducare panem tuum illum, qui ait: *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi*. RENOVABITUR IUVENTUS TUA SICUT AQUILAE: tunc satiaberis in bonis.

cc 1461

(11.) FACIENS MISERICORDIAS DOMINUS, ET IUDICIUM EIS QUI INIURIAM ACCIPIUNT. Facit modo, fratres, antequam veniamus ad renovationem sicut aquilae, antequam satiemur in bonis. Quid enim hic? quid in ista peregrinatione? quid in ista

v. 6

29sq. Ioh. 14,8 **32sq.** Ioh. 14,9 **34** quem[1] ... meo] Ioh. 14,26 **34sq.** quem[2] ... patre] Ioh. 15,26 **37sq.** 1 Cor 13,12 **43sq.** Ioh. 6,41

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

29 video *X ma* | nobis inquit *tr.* $\delta\varepsilon$ P_6 *Ly* **31** ostendet α_2 | tres *om.* α_2 | qui] quid α_2 **33** nosti δ | vidit vidit $V_2\chi$ *Ly*; *videt videt *cett. ma* **34** mittit V_2 $\delta\varepsilon\chi$ *C Ly* **35** aequalem V_2 *K* **40** anima] tua *add.* α_2 *ma* **41** es P_6 *C X* **42** data] tibi *praem.* ζ | renovabitur δ | sicut aquilae iuventus tua *tr.* $\varepsilon\chi\zeta$ **43** et] ut F_2 *ma* | illum tuum *tr.* $\varepsilon\chi$ | illum *om.* δ **44** sicut aquilae iuventus tua *tr.* α_2 P_6 *Ly* **45** tunc ... bonis *om.* α_2 **11, 1** domini δ **2** iniurias $V_2\delta$ **3** aquila P_6 Br_1 P_{23} **4** quid[3] *om.* α_2

vita? Numquid deserimur? Non: FACIENS MISERICORDIAS DOMINUS. Et videte quomodo faciat misericordiam, non nos relinquens in deserto, non nos relinquens in eremo, donec perveniamus ad patriam. Faciet misericordias: sed quibus? *Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur*. Modo audistis, fratres, cum evangelium legeretur. Non ergo putet aliquis futuram in se esse misericordiam dei, si est ipse immisericors. Sed audi quae sit mensura misericordiae, ne quasi in amicum sit, et non sit in inimicum. Dictum est: *Diligite inimicos vestros.* Satiari vis bonis dei? Satiata sit in te misericordia. Plena misericordia ipsa est perfecta misericordia; ipsa est quae amat, quae diligit etiam habentem se odio. Nam 'Quid faciam?' inquis. 'Si coepero diligere inimicum meum, iniurias accipiam. Et iniurias perferam, et non me vindicabo, cum adsint leges?' Iustum est ut vindices te: conceditur, quia iustum est; vide utrum non habeas quid in te vindicetur, et vindica. Sic enim dicis: 'Itane me non vindicabo?' Quasi deus iustitiam vindictae reprimat, et non superbiam vindicantis! Aut vero adultera illa non erat lapidanda? Aut si lapidaretur, iniquum aliquid fieret? Si inique fieret, inique iussum est. Lex autem iussit, deus iussit: sed, o vos ultores, videte si non estis peccatores. Adducta est adultera mulier lapidanda ex lege, cc 1462
sed adducta est ad latorem legis. Saevis qui adduxisti: vide qui

11, 8sq. Matth. 5,7 **13** Matth. 5,44 **22** adultera illa] *cf.* Ioh. 8,3 **25** adducta ... lege] *cf.* Ioh. 8,4-5

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

5 vita] via δ C Ly Br_1 P_{23} Y | deseremur N χ C Ly **6** misericordias A Br_1 *ma* **7** deserto] heremo δ | eremo] deserto δ **8** faciens α_2 Ly X (*pc.*); faciat C *ma*; facit Br_1 P_{23} **9** quia] quoniam C X *ma* **11** ipse] in se α_2 | misericors Mc_2 A C Ly **12** in[2] *om.* Mc_2 δ P_6 Ly **14** misericordia[1]] dei *add.* ε ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y misericordia[2]] dei *add.* ζ **15** misericordia perfecta *tr.* ζ **16** inquit α_2 Ly **18** vindicas δ **19** concidetur χ | quid] quod α_2 **20** vindicetur] ut non iudicetur A G X; ut vindicetur H_1 | non *om.* α_2 δ C **21** iustitiam vindictae] iustam vindictam α_2 **22** vindicantis] exstinguat *add.* ε ζ Ly P_{23} X *ma*; extingat C (*pc.*) Br_1 | aut[1]] ait K | illa adultera *tr.* Br_1 P_{23} **23** inique[2] *om.* α_2 **24** est] esset ε ζ Br_1 P_{23} Y | o *om.* α_2 **26** ducta ε ζ | qui[2]] quid α_2

mi 1326 saevias, et in quam saevias; si peccator in peccatricem, desine saevire, prius confitere. Si peccator saevis in peccatricem, relinque illam; novit ille quid de illa sentiat, quid iudicet, quomodo parcat, quomodo sanet. Ex lege saevis? Melius novit quid agat lator legis, ex qua saevis. Iam dominus, eo tempore quo illi oblata est, inclinato capite scribebat in terra. Tunc scripsit in terra, quando se inclinavit in terram. Antequam se inclinaret in terram, non in terra scripsit, sed in lapide. Iam fructuosum aliquid erat terra de domini litteris paritura. In lapide legem scripserat, significans duritiam Iudaeorum; in terra scripsit, significans fructum Christianorum. Venerunt ergo illi adducentes adulteram, tamquam saevientes fluctus in petram. Sed eius responsione confracti sunt. Ait enim illis: *Qui in vobis sine peccato est, prior in illam lapidem iactet. Et rursus inclinato capite scribebat in terra.* Et unusquisque iam interrogans conscientiam suam, non comparuerunt. Reppulit eos non infirma mulier adultera, sed adulterata conscientia. Vindicare volebant, iudicare cupiebant: venerunt ad petram, *absorpti sunt iuxta petram iudices eorum*.

(12.) FACIENS MISERICORDIAS DOMINUS: sed quibus? *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* In omnes fac misericordiam. Quam misericordiam facturus es iusto? In necessitatibus tantum corporalibus quibus, si defuerint supplementa a te, non deerunt a deo. Quod ergo facis, tibi plus prodest.

---

32 inclinato ... terra] *cf.* Ioh. 8,6 **35** in ... scripserat] *cf.* Exod. 24,12; 31,18 **39sq.** Ioh. 8,8 **40–42** et[2] ... comparuerunt] *cf.* Ioh. 8,9 **44** Ps. 140,6 **12, 1sq.** Matth. 5,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

27 desines ε **28** prior $Br_1 P_{23} Y$ | confiteri ε **30** saevis] vis α_2 **31** saevis] vis α_2 | illi] ei α_2 **32** inclinato capite *om.* δ **33** terram[2]] terra N Ly $Br_1 P_{23}$ **34** erat aliquid *tr.* α_2 **35** terra] in *praem.* δ | litteris domini *tr.* α_2 **36** terram $V_2 Mc_2 K C$ **38** petra α_2 **39** *illis enim *tr.* ε C Ly | illa $\alpha_2 Ly$; eam $Br_1 P_{23}$ **40** iactet] mittat $\alpha_2 P_6$ | rursum X *ma* **42** infirmam mulierem adulteratam $Br_1 P_{23} Y$ | adulteratam conscientiam ε $Br_1 P_{23} Y$ **43** vindicare] qui *praem.* α_2 **44** iuxta] ad α_2 **12, 2** ipsi *om.* $Br_1 P_{23}$ **3** fac *om.* χ C Ly **5** a[1]] ad χ Ly | deerunt] ei erunt A G; erunt H_1

Das mendico transeunti et petenti; quaeris et iustum cui des, per quem recipiaris in tabernacula aeterna, quia *qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet*. Mendicus te quaerit, iustum tu quaere. De alio enim dictum est: *Omni petenti te da;* et de alio dictum est: *Desudet eleemosyna in manu tua, donec invenias iustum cui eam tradas*. 'Et si diu non invenitur?' Diu quaere: invenies. Sed quid praestabis? Nonne plus tibi praestatur? *Si nos vobis* inquit *spiritalia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metemus*? Inde est et illud quod pridem exposuimus in nutu domini, quia producit terra fenum iumentis, id est carnalia eis qui triturant, quia *bovi trituranti os non infrenabis.* Unde vos adhortati sumus ut in hac re diligentes sitis, cauti, sobrii: opera vestra thesauros vestros deputetis. Numquid autem haec, fratres, ideo dicimus, ut ita fiant in nos? Puto in nomine domini posse esse istam quamvis infirmorum vocem, apostolicam tamen, sed cc 1463 vobis prodest, sicut ait ipse apostolus: *non quia quaero datum, sed requiro fructum.* Quam ergo eleemosynam facturus es iusto? Non pascebat vidua; pascebat corvus, quia pascebat qui fecit corvum: Eliam dico. Non ergo deest unde deus det suis. Tu vide quid emas, quando emas, quanti emas. Emis enim regnum caelorum; et non est emendi tempus nisi in hac vita. Et quam vili emas, attende. Tanti tibi valet, quantum habere potueris.

7sq. Matth.10,41 **9** Luc. 6,30 **10sq.** desudet ... tradas] *non repperi*, *cf.* Didache I,5-6; en. 103,3,10,34*sq.*; 146,17,27-29 **12–14** 1 Cor. 9,11 **14** pridem exposuimus] *cf.* en. 103,3,9-10 **15** producit ... iumentis] *cf.* Ps. 103,14 **16** 1 Cor. 9,9; 1 Tim. 5,18; Deut. 25,4 **21sq.** Phil. 4,17 **23** pascebat vidua] *cf.* 3 Reg. 17,15 | pascebat corvus] *cf.* 3 Reg. 17,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

8 iusti[1]] domini V_2 δ | quaerit te *tr.* Br_1 P_{23} *Y* **9** te *om.* V_2 *A* H_1 χ *C* Br_1 P_{23} *Y* **12** invenies] inveni V_2 δ *S*; invenis α_2 *K C Ly*; et *praem.* α_2 P_6 | tibi plus *tr.* α_2 ζ **13** seminamus H_1 (*pc.*) $N\chi$ (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *Ly ma* **14** metamus α | et *om.* ε χ ζ *C Ly* **16** non *om.* δ **18** vestros *om.* α_2 | fratres haec *tr.* Mc_2 ζ **19** dicemus ε **20** ista α_2 **22** requiro] quaero δ **26** vili V_2 (*pc.*) *G K* (*pc.*) *ma*; vile *cett.* emimus *K*

mi 1327 **(13.)** Fac misericordiam iniquo, non tamquam iniquo. Nam ipsum iniquum, in quantum iniquus est, ne suscipias, id est ne quasi intentione et amore iniquitatis illius suscipias eum. Nam et prohibitum est dari peccatori, et suscipere peccatores. Et quomodo *Omni petenti te da*? Et quomodo *Si esurierit inimicus tuus, ciba eum*? Quasi contraria videntur, sed aperiuntur in nomine Christi pulsantibus, et manifesta erunt. *Ne tradas peccatori, ne suscipias peccatorem*; et tamen *Omni petenti te da.* 'Sed peccator est qui me petit!' Da, non tamquam peccatori. Quando das tamquam peccatori? Quando in quo peccator est, hoc tibi placet ut des. Paululum attendat caritas vestra, donec evolvatur res etiam exemplis, multum utilibus ad intellegendum. Hoc dixi: cum esurierit nescio quis, si habes unde des, da; si vides dandum esse ad subveniendum, da. Ne pigrescant in hoc viscera misericordiae, quia tibi peccator occurrit. Occurrit enim tibi homo peccator. Cum dico: 'Occurrit tibi homo peccator', duo nomina dixi. Haec duo nomina non superflua sunt. Duo nomina: aliud quod homo, aliud quod peccator. Quod homo, opus dei est; quod peccator, opus hominis est: da operi dei, noli operi hominis. 'Et quomodo' inquit 'me prohibes dare operi hominis? Quid

13, 4 prohibitum ... peccatores] *cf.* Sir. 12,6.4 **5** Luc. 6,30 **5sq.** Rom. 12,20; Prov. 25,21 **7** Sir. 12,6 **7sq.** ne^2 ... peccatorem] Sir. 12,4 **14sq.** viscera misericordiae] *cf.* Luc. 1,78; Col. 3,12

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

13, 2 iniquum] inimicum δ | iniquus] inimicus δ **3** intentione] in *praem.* α_2 **4** *dare V_2 ε χ ζ Br_1 P_{23} Y | quomodo] quo δ **5** omnipotenti ε **6** eum] illum α_2 δ T Br_1 P_{23} Y X *ma* | aperientur α_2 P_6 Ly Br_1 P_{23} Y **7** Christi] domini Br_1 P_{23} Y | erunt] quaerentibus *add.* ε χ C (*pc.*) Ly Br_1 P_{23} Y X *ma* | peccatori] et *add.* ε χ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y X *ma* **8** peccator] *si *praem.* ε χ ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y X peccator est] peccatores δ **9** qui] hi *praem.* δ; his *praem.* V_2 | me] te ζ Br_1 P_{23} X | petunt δ **10** hoc] quis *praem.* Br_1 P_{23} Y **11** des] deum (deo ε χ C[*pc.*]) offendis *add.* ε χ ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y X **12** utilibus *coniecimus*; utilis *codd. ma* | dixit ε ζ *ma*; dictum Br_1 P_{23} **13** cum *om.* Br_1 P_{23} **15** occurrit^2 ... peccator] tibi enim homo peccator occurrit *tr.* X *ma* | tibi enim *tr.* V_2 C Br_1 P_{23} Y X | peccator homo *tr.* ζ **16** cum ... peccator *om.* α_2 | tibi occurrit *tr.* δ **18** est dei *tr. lo ma* **20** inquis α ζ Br_1 P_{23} *ma* | me *om.* α_2 | dari χ

est dare operi hominis?' Peccatori dare propter peccatum, placenti tibi propter peccatum. 'Et quis hoc faciet?' inquis. Quis hoc faciet? Utinam nemo, utinam pauci, utinam non publice! Qui venatoribus donant, quare donant? Dicant mihi! Quare donat venatori? Hoc in illo amat, in quo nequissimus est; hoc in illo pascit, hoc in illo vestit, ipsam nequitiam publicam exspectaculis omnium. Qui donat histrionibus, qui donat aurigis, qui donat meretricibus, quare donat? Numquid non et ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis dei, sed nequitiam operis humani. Vis videre quid honores in venatore, quando illum vestis? Dicatur tibi: 'Sis talis'. Amas, gaudes ad illum, vis quodammodo exspoliare te, et illum vestire: noli cum iniuria accipere. Si tibi dicatur: 'Tales sint filii tui!' 'Iniuria est!' inquit. Quare iniuria est, nisi quia illa iniquitas? Quare iniuria, nisi quia illa turpitudo? Non ergo donas, cum donas, fortitudini, sed turpitudini. Quomodo ergo qui venatori donat, non homini donat, sed arti nequissimae – nam si homo tantum esset, et venator non esset, non donares: honoras in eo vitium, non naturam –, sic contra, si des iusto, si des prophetae, si des discipulo Christi aliquid cuius indiget, et non ibi cogites quia discipulus Christi est, quia minister est dei, quia dispensator dei, sed cogites ibi aliquod commodum temporale, ut fortasse, causae tuae necessarius quando fuerit, venalis tibi sit quia ei aliquid porrexisti, tam tu non dedisti iusto, si sic dederis, quam ille non dedit homini, quando dedit venatori.

cc 1464

mi 1328

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

24 dicat *ζ Br_1 P_{23}* | donat] dat *V_2 δ C Br_1 P_{23} Y* **25** amant *$α_2$* **26** pascet *ε χ* spectaculis *π ζ C Ly ma* **27** aurigis] auguriis *δ* **28** et] ut *A G*; *om. $α_2$ K* **31** amas] illum *add. $α_2$ ma* **32** *spoliare *ε χ ζ* | et ... accipere *om. $α_2$* | vestiri *χ* **33** dicatur] *de meretricibus *add. ε χ C Ly Br_1 P_{23} Y X* | *filiae tuae *ε χ C Ly Br_1 P_{23} Y X* | inquis *V_2 ζ ma* **34** iniuria²] est *add. ζ P_{23}* **35** cum donas *om. $α_2$* | fortitudines *K*; fortitudine *S* **36** turpitudines *K*; turpitudine *S* **39** sic] si *δ* **41** dei²] est *add. $α_2$ ε ζ Br_1 P_{23} Y*; *praem. lo ma* **43** venialis *δ* quia] quod *$α_2$* | aliquid *om. $α_2$* | tam tu] tantum *$α_2$*

Res ergo, carissimi, in promptu posita est, et puto quia etsi obscura fuit, iam manifesta est. Ad hoc dominus te astrinxit. Cum diceret: *Qui receperit iustum*, sufficeret; sed quia potest recipi iustus alia intentione, cum putatur prodesse posse ad aliquid temporale, forte ad supplendam cupiditatem, forte ad adiuvandum ut homo circumveniatur, aut opprimatur – quia tale ministerium de illo quaeris, forte propterea suscipis –, negavit tibi mercedem iusti, nisi cum additamento. Ait enim: *Qui receperit iustum in nomine iusti,* id est ideo recipiens quia iustus est, et *qui receperit prophetam*, non tantum receperit prophetam, sed *in nomine prophetae,* hoc in illo honorans quod propheta est, ad extremum *qui dederit calicem aquae frigidae uni ex minimis istis, tantum in nomine discipuli,* id est propterea quia discipulus Christi est, propterea quia dispensator sacramenti est, *amen dico vobis: non perdet mercedem suam*. Quomodo ergo intellegis: *Qui receperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet,* sic intellege: qui receperit peccatorem in nomine peccatoris, perdidit mercedem.

(14.) Ergo, fratres, exercete misericordiam. Non est aliud vinculum caritatis, non est aliud vehiculum quo perducamur in hac vita ad illam patriam. Extendite dilectionem usque ad inimicos. Securi estote. Ideo venit Christus, cui tanto ante dictum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem, ut destruas inimicum et vindicatorem,* quod nonnulli codices *defensorem* habent, sed verius *ultorem*, *vindicatorem.* Destruere voluit dominus

53–61 Matth. 10,41-42 **14, 5sq.** Ps. 8,3

π (*α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2]* + *δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (*P_6 T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X*

46 carissimi] communis α_2 **47** fuerit ε; fuerat ζ | constrinxit $\varepsilon\,\zeta$ *Ly* **48** receperit] recipit *$G H_1$ ε S ζ Br_1 P_{23} Y*; recepit *A K* **49** alia] tali α_2 | posse *om. π C* **52** mysterium α_2 **53** receperit] recipit *π T*; recipiet P_6 **54** iusti] mercedem iusti accipiet *add. ε χ ζ C (pc.) Ly Br_1 P_{23} Y X* **60** perdit χ | recipit α_2 ζ **62** perdit α_2 *Ly*; perdet ε Br_1 P_{23} *ma* **14, 2** vehiculum] vinculum α_2 perducatur α_2 | in] ex Mc_2 *ma*; ab F_2 **5** lactantium *δ N Gt χ* **6** habent defensorem *tr. Br_1 P_{23}* **7** ultorem] quam *add.* α_2; id est *add. ζ*; *om. C X ma*

vindicatorem, id est eum qui se voluit vindicare, ut non illi dimittantur peccata sua. 'Quid ergo? – inquis – Dormiet disciplina? Auferetur omnis correptio?' Non auferetur. 'Quid enim de luxurioso filio facturus es? Non castigabis, non verberabis? Servumque ipsum tuum, si male viventem videris, non poena aliqua, non verberibus refrenabis?' Fiat hoc, fiat: admittit deus, immo reprehendit si non fiat. Sed animo dilectionis fac, non animo ultionis. Ubi autem potentiores aliquos iniuriosos passus fueris, ubi tibi nec corrigere disciplina licet, nec forte etiam monere aut praecipere, tolera, securus tolera. Audi evangelium quod modo lectum est: *Beati eritis, cum vos persecuti fuerint homines, et dixerint adversus vos omne malum, mentientes, propter nomen meum.* Et ibi addidit propter quid, ne merito tuo accipias maledicta, non causa iustificationum dei. Non enim qui maledictus fuerit iustus est, sed qui iustus est et iniuste maledicitur. Et si iniuste maledicitur, praemium illi redditur. Propterea itaque securus esto misericors, extende dilectionem usque ad inimicos, qui forte pertinent ad gubernationem tuam; vindica, coerce cum dilectione, cum caritate, attendens salutem aeternam, ne, cum parcis carni, anima pereat. Fac hoc, et multos passurus es, in quos non potes exercere disciplinam, quia non pertinent ad iura gubernationis tuae. Ferto iniurias, securus esto. Faciet enim MISERICORDIAM DOMINUS, ET IUDICIUM OMNIBUS INIURIAM ACCIPIENTIBUS. Sic in te facit misericordiam, si misertus fueris; sic eris misericors, ut

cc 1465 mi 1329

18–20 Matth. 5,11

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

8 illi *om.* Br_1 P_{23} Y **12** videres χ **13** ammittat ε P_6 Ly **14** reprehendat ζ **15** iniuriosos] iniuriosus C Ly **16** disciplinam δ χ P_6 C Ly Br_1 P_{23} Y X | nec^2] ne α_2 A | aut] ac V_2 δ **17** quod *om.* V_2 δ C **19** adversum α_2 δ ε ζ Ly | omne] homines δ **22** sed ... est *om.* δ | et^1 ... maledicitur *om.* An_3 | maledicitur] maledictus C *ma* | et^2 ... maledicitur *om.* N Gt ζ Br_1 P_{23} | iniuste^2] iniusti χ **26** attende α **27** multos] multo A H_1; in *praem.* δ χ | in quos] iniquos α_2 **29** faciat *ma* | misericordias ε ζ *ma* **31** faciet α_2 ε *ma*

quod pateris iniuriam non sit impunitum: *Mihi vindictam, ego retribuam,* dicit dominus.

(15.) NOTAS FECIT VIAS SUAS MOYSI. Quas vias suas notas *v. 7* fecit Moysi? Quare Moysen elegit? Ex Moyse intellege omnes iustos, omnes sanctos: unum posuit, omnes occurrant. Tamen per Moysen data est lex, et habet aliquid obscurum traditio ipsa legis. Ad hoc enim data est lex, ut convinceretur languidus, et medicum imploraret. Ipsa est via occulta dei. Iamdudum audieras: QUI SANAT OMNES LANGUORES TUOS. Languores in aegrotis latebant, dati sunt quinque libri Moysi: cincta est piscina quinque porticibus; produxit languidos ut ibi iacerent, ut proderentur, non ut sanarentur. Quinque porticus prodebant languidos, non curabant. Piscina curabat descendente uno, et hoc piscina turbata. Turbatio piscinae in passione domini. Veniens enim et ignotus factus, cum dicitur ab aliis: 'ipse est Christus', ab aliis: 'non est Christus'; 'iustus est', 'peccator est'; 'magister est', 'seductor est', turbavit aquam, id est turbavit populum. Et in tota illa perturbatione aquae unus sanabatur, quia in passione domini unitas sanatur. Qui praeter unitatem fuerit, etsi iacebit in porticibus, sanari non poterit. Etsi tenet legem, ad salutem non per-
cc 1466 venit. Ergo quia hoc ibi mysterium est, ideo datam legem, ut convincerentur peccatores, et ad gratiam accipiendam medicum invocarent. Unde ille convictus est, quem in se transfigurat

32sq. Deut. 32,35 **15, 8sq.** cincta ... porticibus] *cf.* Ioh. 5,2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **15, 4** per] *inc. Flor* **6** dei] *des. Flor* **19** ergo] *inc. Flor*

32 pateris] misericors ut (aut N^1 *Gt*) quod pateris *rep.* ε_1; dimittas ipse iudicabit cum acceperis *add.* ζ | non] ut *praem.* ζ | ego] et *praem.* $\delta\,\varepsilon\,\zeta$ *C* Br_1 P_{23} *Y ma* **15, 2** intellego α_2 **4** aliquod $\delta\,\varepsilon\,\chi$ *C* **5** ad ... lex *om.* α_2 **6** occulta via *tr.* α_2 **9** perduxit δ **10** protegebant χ **13** cum ... Christus[2] *om.* V_2 δ | dicetur *N Gt*; diceretur An_3 ζ **15** aquas α_2 **17** iacebat V_2 *Ly* **18** sanare χ | legem tenet *tr. X ma* **19** ministerium δ | datam legem *cf. i.* (*l.* 39); *Prosp. in Ps. 102,59*; data lex α_2; docet *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) Br_1 P_{23} *X ma* **21** ille *om.* α_2 | convinctus Mc_2 δ *Ly*; convinctum F_2 | transfiguravit α_2

Paulus apostolus, dicens: *Infelix homo! Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Per mandatum enim demonstrata illi erat quaedam rixa in seipso, unde dicit: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem sub lege peccati, quae est in membris meis.* Cognovit se in miseria, in gemitu, in rixa et contentione; ipse secum sibi non concordans, a se dissonans, a se resiliens. Et quid ait, optans pacem, pacem veram, pacem supernam? *Infelix homo! Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum! Ubi* enim *abundavit peccatum, superabundavit gratia.* Unde autem abundavit peccatum? *Lex autem subintravit, ut abundaret peccatum.* Quare lege subintrante abundavit peccatum? Quia nolebant se confiteri homines peccatores, addita lege facti sunt et praevaricatores. Praevaricator enim non est quisque, nisi cum legem transgressus fuerit. Ipse apostolus hoc dicit: *Ubi enim non est lex, nec praevaricatio.* Abundavit ergo peccatum, ut superabundaret gratia. Ergo, ut dicere coeperam, quia hoc est in lege magnum mysterium, ideo eam datam, ut crescente peccato humiliarentur superbi, humiliati confiterentur, confessi sanarentur, istae sunt viae occultae, quas notas fecit Moysi, per quem legem dedit, qua peccatum abundaret, ut superabundaret gratia. Non crudeliter hoc fecit deus, sed consilio medicinae. mi 1330

22sq. Rom. 7,24 **24–26** Rom. 7,23 **29sq.** Rom. 7,24-25 **30sq.** ubi ... gratia] Rom. 5,20 **32sq.** Rom. 5,20 **36sq.** Rom. 4,15

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

22 infelix] ego *add.* α_2 ε ζ Br_1 P_{23} *Y X ma Vulg.* | liberavit ε χ | corpore] corruptione ε **25** meae] mei χ | sub] in Br_1 P_{23} **27** et] in α_2 **28** ait] agit *N Gt* | pacem[1] *om. Ly Flor* | veram *om.* α_2 **29** pacem *om.* α_2 *Ly* | infelix] ego *add.* α_2 ε ζ Br_1 P_{23} *Y X ma Vulg.* | liberavit α_2 ε χ *C* **31** superabundabit δ **34** confitere χ **35** quisque *om.* α_2 **36** fueris *A G* **37** superabundaret] habundaret π χ (abundaret) *C Ly* **38** coeperat *K* (*uv.*) **39** superbi humiliarentur *tr.* χ **41** Moyse *K* | qua] per quam α_2 **42** ut] et δ **43** consilium ε *Ly*

Aliquando enim videtur sibi homo sanus, et aegrotat; et in eo quod aegrotat et non sentit, medicum non quaerit. Augetur morbus, crescit molestia, quaeritur medicus, et totum sanatur. NOTAS FECIT VIAS SUAS MOYSI, **FILIIS ISRAEL VOLUNTATES SUAS.** Numquid omnibus filiis Israel? Sed veris filiis Israel, immo omnibus filiis Israel. Qui enim dolosi, qui insidiosi, qui hypocritae, non filii Israel. Et qui filii Israel? *Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.* FILIIS ISRAEL VOLUNTATES SUAS.

(16.) MISERATOR ET MISERICORS DOMINUS, LONGANIMIS ET MULTAE MISERICORDIAE. Quid tam longanimum? Quid tam multum in misericordia? Peccatur et vivitur; accedunt peccata, augetur vita. Blasphematur quotidie, et *facit solem suum oriri super bonos et malos*. Vocat undique ad correctionem, vocat undique ad paenitentiam, vocat beneficiis creaturae, vocat impertiendo tempus vivendi, vocat per lectorem, vocat per tractatorem, vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per misericordiam consolationis: LONGANIMIS ET MULTAE MISERICORDIAE. Sed observa ne longitudine misericordiae dei male utendo tu tibi thesaurizes, quod ait apostolus: *iram in die irae*. Nam hoc ait apostolus: *An divitias benignitatis et longanimitatis eius contemnis? Ignoras quia patientia dei ad paenitentiam te adducit?* Quod tibi parcit, putas quia places *v. 8* cc 1467

50sq. Ioh. 1,47 **16, 4sq.** Matth. 5,45 **12** Rom. 2,5 **12–14** Rom. 2,4

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **46** medicus] *des. Flor* **16, 1** miserator] *inc.* e_3

44 homo videtur sibi *tr.* ε ζ Ly **45** et *om.* α_2 **46** quaeritur] querit α_2 sanetur A; corpus *add.* ε ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y (*pc.*) X **50** vere] vir χ **51** filiis] filii ε | filiis ... suas *om.* α_2 **16, 1** miseratur K | misericors et miserator *tr.* α_2 | longanimus An_3 *ma* **2** multum C *ma* | longanimem *mi cc* **3** multo ε χ | peccator K Ly | vivetur χ **4** augentur ζ | vita] vitia ζ **5** correptionem α P_6 e_3 *Flor* **8** per[1] *om.* δ | intima cogitationum α_2 e_3 **9** correctione χ **10** multum ε C *ma* | ne *om.* χ | longitudinem χ **11** utendo] vivendo K **12** diem A H_1 χ Br_1 | nam ... 14 adducit *om.* α_2 **13** benignitatis] bonitatis ζ Ly e_3; eius *add.* ζ | ignorans e_3 X *ma* | quia] quoniam ε ζ Ly e_3 *Flor*

ei? *Haec fecisti* inquit *et tacui; suspicatus es iniquitatem, quod ero tibi similis.* 'Non mihi placent peccata, sed longanimitate quaero recte facta. Si punirem peccatores, non invenirem confessores'. Ergo te deus longanimitate sua parcendo ad paenitentiam adducit. Tu autem cum quotidie dicis: 'Finitur hodiernus dies, et sic ero et crastino die; non enim cras erit ultimus: et tertio die', *et subito venit ira eius.*

Frater, non tardes converti ad dominum. Sunt enim qui praeparant conversionem, et differunt, et fit in illis vox corvina: 'Cras, cras'. Corvus de arca missus non est reversus. Non quaerit deus dilationem in voce corvina, sed confessionem in gemitu columbino. Missa columba reversa est. Quamdiu 'cras, cras'? Observa ultimum cras. Quia ignoras quod sit ultimum cras, sufficiat quod vixisti usque ad hodiernum peccator. Audisti, saepe soles audire, audisti et hodie: quam quotidie audis, tam quotidie non corrigeris. Tu enim *secundum duritiam cordis tui et cor impaenitens, thesaurizas tibi iram in die irae et revelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua.* Non tibi sic videatur deus misericors, ut non videatur iustus. 'MISERICORS ET MISERATOR DOMINUS audio, et gaudeo'; ita dicis. Audi, et gaude.

15sq. Ps. 49,21 **20sq.** Sir. 5,9 **22** non ... dominum] *cf.* Sir. 5,8 **24** corvus ... reversus] *cf.* Gen. 8,6-7 **26** missa ... est] *cf.* Gen. 8,8-9 **30–32** Rom. 2,5-6

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: e_3 *Y X* **19** tu] *inc. Caes* (*sermo 20,3*) **20** die[1]] *des. Caes* **22** frater *inc. Caes* (*sermo 20,4*) **23** differunt] *des. Caes* | et[2]] *inc. Caes* (*sermo 20,2*) **24** cras[2]] *des. Caes* | non[2]] *inc. Caes* **26** columbino] *des. Caes Flor*

15 inquit *om.* δ **16** tibi] tui Mc_2 *X ma* **17** recta ε *Ly* Br_1 P_{23} *Y X Flor* **19** cum *om.* δ | dicis *post* dies *tr.* ζ | et *om.* ζ **20** et[1] *om.* α_2 e_3 *Caes* **22** frater *C ma*; fratres *cett. Caes* | tardes π *C ma*; tardetis *cett. Caes* **23** conversationem F_2 e_3 **24** emissus δ (H_1 *ac. uv.*) ε *S* ζ; demissus *K* **25** dilatione F_2 e_3 gemito χ **27** quia ... cras *om.* δ *C* | quod] quid ε *K* (*pc.*) ζ Br_1 P_{23} *Y X* **28** quod *om.* π e_3 | hodiernum] diem *add.* Br_1 P_{23} | peccator **om.* π χ *C Ly* e_3 **29** saepe] et *praem.* ζ *C* (*pc.*) **30** non *om.* α_2 | cordis tui] tuam α_2 **33** iustus] et *praem.* ζ | misericors[2] ... miserator] miserator et misericors *tr.* Br_1 P_{23} **34** et[1] *om.* δ P_{23} *Y X*; *lnp. C*

Adhuc addidit: LONGANIMIS ET MULTUM MISERICORS, et in
mi 1331 extremo et *verax*. Gaudes ad verba superiora, ad ultimum treme. Sic misericors et longanimis est, ut sit et verax. Cum tibi thesaurizaveris *iram in die irae*, nonne experieris iustum, quem contempsisti benignum?

(17.) **NON IN FINEM IRASCETUR, NEQUE IN AETERNUM** *v. 9*
INDIGNABITUR. Quia et quod vivimus in flagellis et corruptione mortalitatis, de indignatione ipsius est: de poena hoc habemus primi peccati. Fratres mei, non solum cogitare debemus ut futuras minas ipsius evadamus, sed et praesentem iram, quia et ista ira ipsius est, cuius et se et nos fuisse dicit filios apostolus. Ait quippe: *Fuimus enim et nos aliquando natura filii irae, sicut et*
cc 1468 *ceteri*. Ergo ex ira ipsius est quod hic homo peregrinatur, quod laborat. Non est ex ira ipsius, fratres mei? *In sudore et labore edes panem tuum,* et *terra spinas et tribulos pariet tibi,* auctori nostro dictum est. Aut si est aliud vita nostra, si potes, convertere ad aliquam voluptatem, ubi spinas non sentias. Elige quod volueris, avarus, luxuriosus, ut duo ista sola dicamus; adde et tertium, ambitiosus. In honorum cupiditate quantae spinae! In ardore avaritiae quantae spinae! In luxuria libidinum quantae spinae! Amores turpes quantas molestias habent! Quantas sollicitudines hic in ista vita! Omitto gehennas. Vide ne iam ipse tibi gehenna

---

36 verax] *cf.* Ioh. 3,33 **17, 7sq.** Eph. 2,3 **9sq.** in ... tuum] Gen. 3,19 **10** Gen. 3,18

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.:* e_3 *Y X*

---

35 adhuc *om.* Br_1 P_{23} *Y* | addit Mc_2 ζ **36** et *om.* α_2 e_3 | superiora] sua V_2 δ **37** longanimus V_2 F_2 δ *K* **38** nonne] non α_2 e_3 **17, 1** irascitur V_2 δ **2** corruptione *lo ma*; correctione *Ly X*; correptione e_3 *cett.* (in *praem.* α_2) **4** peccatoris α_2 **5** ipsius minas *tr.* χ **6** et se *om.* α_2 Br_1 P_{23} e_3 | dicit *om.* Br_1 P_{23} **9** sudore] vultus tui *add.* ε χ ζ *C* (*pc.*) Br_1 P_{23} *Y X* | labore] in *praem. X ma* **10** pariet] germinabit ε ζ **11** potest α_2 *Ly* **12** voluntatem α_2 ε *Ly* **13** avarus] aut *praem.* ε ζ | luxuriosus] aut *praem.* ζ | sola *om.* α_2 e_3 | et *om.* V_2 δ χ *C* **14** honorum] hore *Gt*; horum An_3; *lnp. N* | in ... spinae[2]] in luxurie (luxuria *lo*) lib. q. spinae in ardore av. q. spinae *tr.* F_2 *lo ma* **15** *luxurie F_2 *C Ly ma* **16** turpes] in luxuria libidinum *add.* Br_1 P_{23} *Y* (*pc.*) | habent quantas *om.* α_2 e_3

sis! Hoc ergo totum, fratres mei, de ira ipsius est. Et cum te converteris, ut iuste agas, non poteris nisi laborare in terra; et non finitur labor, nisi cum finita fuerit via. Oportet in via laborare, ut in patria gaudeamus. Ergo consolatur promissione sua laborem tuum, sudorem tuum, molestias tuas, et dicit tibi: NON IN FINEM IRASCETUR, NEQUE IN AETERNUM INDIGNABITUR.

v. 10 **(18.) NON SECUNDUM PECCATA NOSTRA FECIT NOBIS.** Deo gratias, quia hoc voluit. Non quod merebamur accepimus: NON SECUNDUM PECCATA NOSTRA FECIT NOBIS, **NEQUE SECUN-**
v. 11 **DUM INIQUITATES NOSTRAS RETRIBUIT NOBIS. QUONIAM SECUNDUM ALTITUDINEM CAELI A TERRA CONFIRMAVIT DOMINUS MISERICORDIAM SUAM SUPER TIMENTES EUM.** CONFIRMAVIT DOMINUS MISERICORDIAM SUAM SUPER TIMENTES EUM: secundum quid? SECUNDUM ALTITUDINEM CAELI A TERRA. Quid dixit? Si aliquando potest caelum abscedere a protectione terrae, aliquando poterit deus non protegere timentes se. Attende et caelum: ubique, undique protegit terram, et nulla pars terrae est quae non caelo protegatur. Peccant homines sub caelo, faciunt omnia mala sub caelo; tamen proteguntur caelo. Inde lux ad oculos, inde aer, inde spiritus, inde pluvia ad terram propter fructus, inde omnis misericordia, a caelo. Tolle auxilium caeli a terra, statim deficiet. Sicut ergo protectio caeli permanet super terram, sic protectio domini permanet super timentes eum. Times deum? Supra te est protectio ipsius. Sed forte flagellaris, et putas quia deseruit te deus. Si deseruit protectio caeli terram: mi 1332

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: e_3 Y X

---

18 ergo] enim ε P_6 Ly | totum *om.* ε P_6 | et] ut $\alpha_2 e_3$ **19** ut *om.* $V_2 Mc_2$ iuste] iniuste αe_3; non iniuste *praem.* α_2 **20** via[1]] vita V_2 (*ac.*) Br_1 **22** dicet C Br_1 P_{23} Y **18, 1** non ... accepimus *om.* α_2 **5** confirmavit ... eum *om.* α **6** dominus *om.* δ e_3 **9** quid] qui χ | caelum potest *tr.* ε Ly | abscedere] abscondere Br_1 P_{23} e_3 Y **11** undique] et *praem.* ε ζ e_3 | proteget ε **15** fructum δ **19** si] deseruit te *praem.* $\alpha_2 e_3$

20 QUONIAM SECUNDUM ALTITUDINEM CAELI A TERRA CONFIRMAVIT DOMINUS MISERICORDIAM SUAM SUPER TIMENTES EUM.

(19.) Et quid fecit? Quia NON SECUNDUM PECCATA NOSTRA RETRIBUIT NOBIS, **QUANTUM DISTAT ORIENS AB OCCIDEN-** *v. 12*
cc 1469 **TE, LONGE FECIT A NOBIS PECCATA NOSTRA.** Secundum altitudinem caeli a terra confirmavit dominus super nos misericordiam
5 suam. Dixi quare: propter protectionem. Unde? QUANTUM DISTAT ORIENS AB OCCIDENTE, LONGE FECIT esse A NOBIS PECCATA NOSTRA. Noverunt qui sacramenta sciunt; tamen quod omnes audire possunt dico: quando peccatum remittitur, occidunt peccata tua, oritur gratia tua; peccata tua tamquam in
10 occasu sunt; gratia, qua liberaris, in ortu est. *Veritas de terra orta est.* Quid est *Veritas de terra orta est*? Nata est gratia tua, occidunt peccata tua, innovaris quodammodo. Ad ortum attendere debes, ab occasu averti debes: Avertere a peccatis tuis, convertere ad gratiam dei. Illis occidentibus surgis, et proficis. Sed pars caeli
15 quae surgit, rursum in occasum it. Non undecumque possunt similitudines duci ad perfectum, possunt collineari ipsae res rebus ad quas adhibentur. Sicut dixi de aquila, sicut de luna, sic et hic. Occidit pars una caeli, oritur altera, sed pars quae oritur modo, post duodecim horas occasura est. Non sic est gratia quae nobis
20 oritur: et peccata in aeternum occidunt, et gratia in aeternum manet.

19, 10sq. Ps. 84,12 **17** dixi ... luna] *cf. s. 9,10 sqq.*; *9*, *40sq.*

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: e_3 *Y X* **19, 14** proficis] *des.* e_3

---

20 quoniam] quia χ | quoniam ... eum *om.* α_2 **19, 4** misericordiam suam super nos *tr.* $\alpha \zeta$ *ma* **6** a nobis esse *tr.* $Mc_2 \varepsilon$; esse *om.* $F_2 P_6$ **9** tamquam] quasi $\alpha_2 \varepsilon \zeta$ *Ly* e_3 **10** occasum $Mc_2 \chi \zeta$ *Ly* Br_1 **11** nata est *om.* α_2 **13** avertere] averte Mc_2 e_3; debes *add.* δ **14** proficis] **15** rursus $\alpha_2 \varepsilon$ | iit χ | undecumque] undique α_2 **17** adhibuntur δ | dixit *lo ma* | sicut] sic huc *A*; sic hic *G* **20** gratia *om.* δ

(20.) Quare autem QUANTUM DISTAT ORIENS AB OCCIDENTE, TANTUM LONGE A NOBIS FECIT PECCATA NOSTRA, ut illa
v. 13 occidant, et gratia oriatur? Quare putatis? **SICUT MISERATUR PATER FILIOS, MISERATUR DOMINUS TIMENTES EUM.** Iam saeviat quantum vult, pater est. 'Sed flagellavit nos, et afflixit nos, et contrivit nos'. Pater est. Fili, si ploras, sub patre plora; noli cum indignatione, noli cum typho superbiae. Quod pateris, unde plangis, medicina est, non poena; castigatio est, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hereditate; noli attendere quam poenam habeas in flagello, sed quem locum in testamento. SICUT MISERATUR PATER FILIOS, MISERATUR DOMINUS TIMENTES EUM.

v. 14 (21.) **QUONIAM IPSE COGNOVIT FIGMENTUM NOSTRUM,** id est infirmitatem nostram. Novit quid fecerit, quomodo lapsum sit, quomodo reficiendum sit, quomodo adoptandum sit, quomodo ditandum sit. Ecce facti sumus de limo: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo.* Misit et filium suum, qui factus est secundus homo, qui ante omnia deus. Secundus enim in adventu, prior in reditu: post multos mortuus est, ante omnes resurrexit. IPSE COGNOVIT FIGMENTUM NOSTRUM: quod figmentum? Nos. Unde loqueris quia cognovit? Quia miseratus est. cc 1470

21, 4sq. 1 Cor. 15,47

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **20, 1** quare] *inc.* e_3
21, 3 sit[2]] *des.* e_3

20, 1 quere δ **2** a nobis longe fecit *tr.* V_2 δ e_3; longe fecit a nobis *tr.* α_2 *ma* peccata nostra] iniquitates nostras α_2 **3** et *om.* α_2 | quare] qua δ | miseretur α_2 ε χ Ly Br_1 Y **4** pater *om.* δ | filiis ε χ ζ Ly | miseratur] sic *praem.* α_2 ε ζ C (*pc.*) Br_1 P_{23} Y; miseretur α_2 e_3; misertus ε; misertus est ζ *lo*; miseratus est *ma* | timentibus α ζ **5** est] sit δ χ C Ly | sed] si ζ **6** filius α_2 | noli ... noli] non *bis* α_2 **8** est[2] *om.* ζ **11** miseratur[1]] miseretur α_2 ζ Br_1 e_3 | filiis α_2 ε χ ζ Ly e_3 | miseratur[2]] misertus est α_2 e_3; miseretur ζ; miseratus est *ma*; ita *praem.* F_2 H_1 (*ac.*); sic *praem.* X *ma* **12** timentibus α ε ζ Ly e_3 **21, 3** quomodo[2] ... sit *om.* α_2 | optandum δ **5** de caelo] caelestis *add.* α G An_3 X *ma* | et *om.* α_2 **7** adventum α_2 Ly | prior ... reditu *om.* α_2 **9** loquitur Br_1 P_{23} | misertus α_2 N Ly

MEMENTO QUIA PULVIS SUMUS. Ad ipsum deum conversus ait: MEMENTO, quasi obliviscatur deus; sic cognoscit, sic novit, ut non obliviscatur. Sed quid est MEMENTO? Perseveret erga nos misericordia tua. Cognovisti figmentum nostrum quodam modo: mi 1333 ne obliviscaris figmentum nostrum, ne obliviscamur gratiam tuam, MEMENTO QUIA PULVIS SUMUS.

(22.) HOMO, TAMQUAM FENUM DIES ILLIUS. Attendat *v. 15* quid sit homo, non superbiat homo: TAMQUAM FENUM DIES ILLIUS. Quid superbit fenum modo florens, post paululum arescens? Quid superbit fenum ad tempus vigens, et hoc ad parvum tempus, donec sol candescat? Bonum est ergo nobis ut misericordia ipsius sit super nos, et de feno aurum faciat. Nam HOMO TAMQUAM FENUM DIES EIUS: **SICUT FLOS AGRI, ITA FLOREBIT.** Totus splendor generis humani – honores, potestates, divitiae, typhi, minae – flos feni est. Floret illa domus, et magna domus; floret illa familia, et quam multis floret! Aut quam multis annis vivunt! Multi anni tibi, breve tempus deo: non sic numerat, quomodo numeras. In comparatione longorum et longe viventium saeculorum, omnis flos cuiusque domus sic est quomodo flos agri. Vix est annua omnis pulchritudo anni. Quidquid ibi viget, quidquid ibi candet, quidquid ibi pulchrum est, non perannat; immo per totum annum duci non potest. Quam exiguo tempore transeunt flores! Et hoc est pulchrum in herbis! Hoc

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

10 memento] domine *add.* α_2 | quia] quod α_2 | deum ipsum *tr.* α_2 **11** sic[1]] si χ | novit] cognovit ε ζ *Ly* **12** quid ... modo *om.* α_2 **22, 1** illius] eius δ **3** fenum] ad tempus *add.* ε_1 ζ | modo ... fenum *om.* α_2 **4** vigens] virens H_1 (*pc.*) ε_1 ζ *ma* **7** ita] sic ζ | efflorebit α_2 ζ *X ma*, *Psal. Ga.* **9** magna] illa *add.* α_2 ε_1 ζ *Y ma* **10** multis[1]] multi Mc_2 *ma*; multum F_2 | floret[2]] florent Mc_2 *ma* **11** breve ... numeras *om.* α_2 | non] deus *praem.* ε ζ *C* (*pc.*) *Ly X ma* | sic non *tr.* ε ζ | non ... numerat] non signum erat δ **12** numeras] tu *praem.* ε ζ *Ly X ma* **14** vix] vox α_2 **17** in herbis] his rebus α_2

quod valde pulchrum est, hoc cito cadit. *Omnis caro fenum, et claritas hominis ut flos feni. Fenum aruit, flos decidit: verbum autem domini manet in aeternum*. Quia ergo, quomodo pater cognovit figmentum nostrum, quia fenum sumus et ad tempus florere possumus, misit nobis verbum suum, et verbum suum, quod manet in aeternum, feno, quod non manet in aeternum, fratrem fecit, natura unigenitum, unicum natum de substantia sua, fratrem adoptatis tot fratribus fecit, noli mirari quia particeps eris aeternitatis illius: factus est ipse prior particeps feni tui. Quod excelsum est a te tibi denegabit, qui quod humile erat ex te suscepit? Ergo HOMO, quantum ad hominem attinet, SICUT FENUM DIES EIUS; SICUT FLOS AGRI, ITA FLOREBIT.

v. 16 **(23.) QUONIAM SPIRITUS PERTRANSIBIT IN EO, ET NON ERIT, ET NON COGNOSCET AMPLIUS LOCUM SUUM.** Quasi perditio quaedam, quasi interitus quidam. Ecce qui se inflat, ecce qui tumet, ecce qui se extollit. SPIRITUS PERTRANSIET IN EO, ET NON ERIT, ET NON COGNOSCET AMPLIUS LOCUM SUUM. Videte quotidie morientes. Et hoc erit totum? Ipse erit finis? Non alloquitur enim fenum, sed propter quod et verbum fenum factum est. Tu enim homo, propter te autem et verbum factum est homo. Tu caro, et propter te *verbum caro factum est*. *Omnis caro fenum,* et *verbum caro est factum*. Quanta ergo spes feni, cc 1471

22, 18–20 Is. 40,6-8 **23, 9sq.** Ioh. 1,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.*: YX

18 hoc] quod *add.* χ | cadet CLy **19** flos²] et *praem.* $V_2\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) Ly *ma* **20** autem *om.* $V_2\chi CBr_1P_{23}Y$ **22** possemus V_2AGC; possimus H_1 | misit] deus *add.* α_2 | nobis *om.* α_2 **23** feno] fenum χLy; fecit fenum $\varepsilon\zeta Br_1P_{23}Y$ X | feno ... aeternum *om.* α_2C **26** est *om.* δ | ipse] ille εLy **27** tibi] non *praem.* $\varepsilon_1\chi$ | denegavit $\varepsilon\chi LyYX$; delegavit ABr_1P_{23} **29** sicut] et *praem.* δ **23, 1** pertransivit χLy; transibit α_2 | eo] illo GH_1 **2** cognoscit $\delta\chi Ly$ **3** quasi ... quidam *post* inflat *tr.* α_2 **4** pertransibit α_2 **5** cognoscit χ | vide ζ **7** et *om.* $\varepsilon\zeta$ **8** factum²] factus $Mc_2\varepsilon LyY$ **9** omnes χ (*uv. S*) | omnis ... factum *om.* α_2 **10** factum est *tr.* $V_2\delta\varepsilon\zeta CBr_1P_{23}Y$

quando *verbum caro factum est*! Illud quod manet in aeternum non dedignatum est suscipere fenum, ne de se desperaret fenum.

(24.) Ergo quod ad te attendis, humilitatem tuam cogita, mi 1334 pulverem tuum cogita. Noli extolli: quidquid melius eris, gratia illius eris, misericordia illius eris. Audi enim quid sequitur: **MISERICORDIA VERO DOMINI IN SAECULO ET IN SAECULUM** *v. 17* **SUPER TIMENTES EUM.** Qui non timetis eum, fenum et in feno et in tormento cum feno eritis: resurget enim caro ad tormentum. Gaudeant illi qui timent eum, quia super eos misericordia eius.

(25.) **ET IUSTITIA EIUS SUPER FILIOS FILIORUM.** Retributionem dicit SUPER FILIOS FILIORUM. Quam multi sunt servi dei non habentes filios. Quanto minus filios filiorum! Sed filios nostros dicit opera nostra; FILIOS FILIORUM, mercedem operum nostrorum. IUSTITIA EIUS SUPER FILIOS FILIORUM, **CUSTODIENTIBUS TESTAMENTUM EIUS.** Videant ne putent omnes ad se perti- *v. 18* nere quod dictum est: eligant, cum licet. CUSTODIENTIBUS inquit TESTAMENTUM EIUS, **ET MEMORIA RETINENTIBUS MANDATA EIUS, UT FACIANT EA.** Iam te disponebas extollere, et forte reddere mihi psalterium, quod ego non teneo, aut totam legem memoriter pronuntiare. Plane in memoria melior me, melior quovis iusto, si iustus ad verbum legem non tenet. Sed vide ut praecepta teneas! Sed quomodo teneas? Non memoria, sed vita. MEMORIA RETINENTIBUS MANDATA EIUS: non ut reddant ea, sed UT FACIANT EA. Iam forte modo perturbatur uniuscuiusque anima. Quis tenet omnia mandata dei? Quis tenet omnes litteras dei? Ecce volo non solum memoria tenere, sed et operibus meis facere. Sed quis tenet omnia memoria? Noli timere, non te one-

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

11 verbum] et *praem.* $\varepsilon_1\zeta$ | caro] fenum $\alpha_2\varepsilon_1\zeta$; *om.* N (*ac.*) Ly **24, 1** ad] a χ ad te *om.* α_2 **2** pulverem ... cogita *om.* δ **3** quod $F_2\zeta X$ *ma* **5** fenum *om.* α_2 **6** resurgit χ **25, 1** retributionem ... 3 filiorum *om.* δ **7** inquit *post* eius *tr.* α_2 **8** et] in α_2 **10** mihi reddere *tr.* χ **12** iusto] iustum ε | si] sed Br_1P_{23}; *om.* α_2 **15** iam] an α_2 **17** solum] modo α_2 | meis *om.* $\delta\zeta$; suis C

rat: *In duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* Sed totam legem volo tenere. Tene, si potes, quando potes, quomodo potes. Quamcumque paginam interrogaveris, hoc tibi respondebit: quod tenes, tene; caritatem tene. *Finis praecepti est caritas.* Noli cogitare de multitudine ramorum: radicem tene, et tota arbor in te est. ET MEMORIA RETINENTIBUS MANDATA EIUS, UT FACIANT EA. cc 1472

v. 19 **(26.) DOMINUS PARAVIT IN CAELO THRONUM SUUM.** Quis, nisi Christus, paravit in caelo thronum suum? Qui descendit et ascendit, qui mortuus est et resurrexit, qui hominem assumptum in caelum levavit, ipse PARAVIT IN CAELO THRONUM SUUM. Thronus sedes est iudicis: observate ergo qui auditis, quia PARAVIT IN CAELO THRONUM SUUM. Faciat quisque quod vult in terra: non erit impunitum peccatum, non erit infructuosa iustitia, quia dominus, qui ante thronum iudicis hominis irrisus est, IN CAELO PARAVIT THRONUM SUUM. DOMINUS IN CAELO PARAVIT THRONUM SUUM, **ET REGNUM EIUS OMNIUM DOMINABITUR.** *Domini est regnum, et ipse dominabitur gentium:* ET REGNUM EIUS OMNIUM DOMINABITUR.

v. 20 **(27.) BENEDICITE DOMINUM, OMNES ANGELI EIUS, POTENTES FORTITUDINE, FACIENTES VERBUM EIUS.** Ergo tu verbo dei nondum iustus es aut fidelis, nisi cum facis. POTENTES FORTITUDINE, FACIENTES VERBUM EIUS.

25, 19 Matth. 22,40 **22** 1 Tim. 1,5 **26, 2sq.** qui ... ascendit] *cf.* Eph. 4,10 **8** qui ... est] *cf.* Matth. 27,29 **11** domini ... gentium] Ps. 21,29

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

20 nolo V_2 P_6 **24** mandata eius *om.* α_2 **26, 1** in caelo paravit *tr.* Mc_2 δ ε χ ζ *Ly* **2** quis ... suum *om.* V_2 δ | in caelo paravit *tr.* ε ζ | caelum N^1 An_3 χ **5** sedis δ *C* | qui] quae N^1 An_3 ζ | audistis *Gt* An_3 χ ζ; audis *N Ly* **6** facit *K* **8** hominis iudicis *tr.* α_2 **9** caelo[1]] caelum χ | dominus ... suum *om.* α_2 caelo[2]] caelum χ **11** dominus χ *C* **27, 2** verbo] verbum α_2; per verbum F_2 **3** fideles χ | potentis χ | fortitudinem χ **4** eius] ad audiendam vocem sermonum eius *add. lo ma*

(28.) BENEDICITE DOMINUM OMNES VIRTUTES EIUS, *v. 21*
mi 1335 **MINISTRI EIUS, FACIENTES VOLUNTATEM IPSIUS.** OMNES ANGELI, omnes POTENTES FORTITUDINE, FACIENTES VERBUM EIUS, OMNES VIRTUTES, omnes MINISTRI EIUS, FACIENTES VOLUNTATEM IPSIUS, vos, vos BENEDICITE DOMINUM! Omnes enim male viventes, etsi lingua taceant, vita domino maledicunt. Quid prodest quia hymnum cantat lingua tua, si sacrilegium exhalat vita tua? Male vivendo multas linguas misisti in blasphemiam. Lingua tua vacat hymno, et ceterae te intuentium vacant blasphemiis. Si ergo vis benedicere dominum, fac verbum eius, fac voluntatem eius. In petra aedifica, noli in arena. Audire et non facere in arena aedificare est; audire et facere in petra aedificare est; nec audire nec facere nihil aedificare est. Si in arena aedificas, ruinam aedificas; si nihil aedificas, expositus pluviae, fluminibus, ventis, ante rapieris quam steteris. Ergo non est cessandum, sed aedificandum; nec sic aedificandum, ut ruina aedificetur, sed in petra aedificandum, ut tentatio non evertat. Si sic est, benedic dominum; si non est sic, noli blandiri linguae tuae: vitam tuam interroga, ipsa tibi respondeat. Invenis quid sis mali: geme,
cc 1473 confitere. Confessio tua potest dominum benedicere. Sed mutatio tua in benedictione perseveret.

(29.) BENEDICITE DOMINUM OMNIA OPERA EIUS, IN OMNI *v. 22*
LOCO DOMINATIONIS EIUS. Ergo in omni loco. Ibi non benedi-

28, 11–15 in[1] ... steteris] *cf.* Matth. 7,24-27

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) *ε (N Gt An_3)* *χ (K S)* *ζ (P_6 T)* *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23}* *lect.sel.: Y X*

28, 1 domino *χ* | virtutis *χ* **2** facientes] qui facitis α_2 | ipsius] eius Mc_2 *A G ε ζ* **3** potentes fortitudine α_2 *T X ma*; potestates fortitudines (-nis C) *cett.* **4** virtutes] eius *add. X ma* **5** vos[2] *om. ε ζ Ly* Br_1 P_{23} *Y* **6** dominum α_2 *ε ζ* **7** quia] qui *δ* | exhalat] exaltat *ε K* **8** blasphemiam] blasfemia P_6 *Ly*; tuam *add.* α_2 **9** lingua *om.* V_2 *δ C* | vagat *χ* | et *om.* V_2 *δ χ C* Br_1 P_{23} | ceterae V_2 *δ C X*; ceteri *ε χ C (pc.)*; cetera Br_1 P_{23}; cithara α_2; cytharae *Ly* | vagant *χ* **10** domino Br_1 P_{23} **11** aedificare *ε Ly* **12** audire ... est *om.* α_2 **17** si] sed *χ* **18** domino *C* P_{23} *Y X* | blandire V_2 F_2 *δ ε χ* P_6 *Ly* **19** inveni *ζ* | sit *α* **20** deum *δ* | sed *om.* α_2 **29, 1** domino *ε ζ C (pc.)* P_{23} *X* **2** dominationes *ε*

catur, ubi non dominatur: IN OMNI LOCO DOMINATIONIS EIUS. Ne forte aliquis dicat: 'Non possum benedicere dominum in oriente, quia ad occidentem profectus est'; aut: 'Non possum in occidente, quia in oriente est'. *Non ab oriente et ab occidente, non a desertis montibus, quoniam deus iudex est.* Sic ubique est, ut ubique benedicatur; sic undique est, ut undique illi iubiletur; sic undique benedicitur, ut ubique bene vivatur. BENEDICITE DOMINUM OMNIA OPERA EIUS. Quia cum coeperis in bona vita benedicere dominum, opera eius eum benedicunt, non merita tua. Ipse enim per te et in te bonum operatur, dicente apostolo: *Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini; deus enim est qui operatur in vobis.* Ergo ne te extolleres quia facis verbum eius, quia facis voluntatem eius, voluit te humiliari, respiciendo gratiam eius, unde hoc consecutus es.

IN OMNI LOCO DOMINATIONIS EIUS **BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM**. Ipse ultimus versus est qui primus: benedictio a capite, benedictio in finem; a benedictione profecti sumus, ad benedictionem redeamus, in benedictione regnemus.

29, 6sq. Ps. 74,7-8 **12–14** Phil. 2,12-13

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.:* Y X **29, 20** regnemus] *hucusque contulimus* Br_1

3 dominationes ε **5** ad] in ε ζ | occidente ε ζ Ly **7** ut *om.* χ **8** illi undique *tr.* X *ma* **9** benedicetur χ | ubique] undique ε P_6 C (*pc.*) P_{23} X *ma* **11** opera] omnia *praem.* V_2 δ ε χ ζ C (*pc.*) X | tua] aut K **14** te *om.* α_2 extollaris α_2 Gt (*pc.*); extolleris H_1 ε χ **15** humiliare χ | respiciendum χ; respice ad α_2 **16** est δ Ly **17** dominationes ε Ly **19** fine π Br_1 P_{23} Y *ma* ad benedictionem] a benedictione ε C Ly **20** regnemus] amen *add.* χ T C Ly P_{23}; *conversi ad dominum *add.* X

IN PSALMUM CIII

SERMO I

mense Dec. a. 403 (vel 409) Carthagine habitus una cum sequentibus serm. II, III et IV paulo post en. 147 (cf. Praef., p. 8)

(1.) Die quidem nudiustertiano, quantum meminisse dignamini, abundanter refecti estis; sed quia nos etiam post longum sermonem avidissimi dimisistis, non putavimus sanctitatem vestram hodierni diei debito fraudandam, ut hoc sit de debito, illud de lucro.

Psalmus qui lectus est prope totus figuris rerum mysteriisque contexitur, et opus habet non solum nostra, sed etiam vestra non parva intentione, quamquam etiam cuncta quae dicta sunt possint ad litteram religiose accipi. Enumerantur enim etsi non omnia, multa tamen opera dei, quae nota sunt omnibus intuentibus, qui norunt ex his quae facta sunt et videntur, illius invisibilia intellectu conspicere. Videmus enim fabricam mundi amplam quandam ex caelo et terra, et omnium quae in eis sunt; et ex huius fabricae magnitudine et pulchritudine, fabricatoris ipsius inaestimabilem magnitudinem et pulchritudinem, etsi nondum videmus, iam tamen amamus. Non enim cessavit qui nondum potest nostri cordis puritate conspici ante oculos nostros ponere opera sua, ut videntes quae possumus, amemus quem videre non possumus, ut ipsius amoris merito aliquando videre possimus. Tamen in omnibus quae dicta sunt quaerendus est etiam intellec-

mi 1336

cc 1474

1, 2sq. post ... sermonem] *sc. post En. 147 (cf. Praef. p. 8)* **11sq.** illius ... conspicere] *cf.* Rom. 1,20

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

1, 1 quidem] quadam δ **3** avidissime $\varepsilon\chi\zeta C$ (*pc.*) **4** de *om.* α **7** nostram χ | vestram χ **11** ex] et *praem.* ε *T* (*pc.*) *C* (*pc.*) *Y X ma* **14** et] ac *X ma* **18** quem] quae F_2 *Ly* | videre] vivere ε *Ly*; eum *add.* ζ **19** possimus] possumus χ

tus spiritalis, ad quem perscrutandum adiuvabunt nos in Christi nomine desideria vestra, quibus quasi manibus invisibilibus ad invisibilem ianuam pulsatis, ut invisibiliter vobis aperiatur, et invisibiliter intretis, et invisibiliter sanemini.

v. 1 **(2.)** Ergo dicamus omnes: **BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM.** Alloquamur omnes animam nostram, quia omnium nostrum anima per unam fidem una anima est. Et omnes nos quicumque in Christum credimus, propter unitatem corporis eius unus homo sumus. Benedicat anima nostra dominum, pro tantis beneficiis eius, pro tam multis et magnis muneribus gratiarum eius: quae munera invenimus in hoc psalmo intenti, et excussa nebula carnalis cogitationis, quantum possumus erecta mente, et quantum possumus directa acie, et quantum possumus puro oculo cordis nostri, quantum non impedit praesens vita, quantum non occupant rerum praesentium desideria, quantum non excaecat cupiditas saeculi. Erecti ergo aduituri sumus magna, laeta, pulchra, desiderabilia et plena laetitiae gaudiorumque munera eius, quae iam ille qui conceperat istum psalmum videbat animo, et ipsius visionis exsultatione ructabat dicens: BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM.

(3.) DOMINE DEUS MEUS, MAGNIFICATUS ES NIMIS. Vide magnifica quae dicturus est; in quibus magnificis non utique nisi ille laudandus est auctor omnium magnificorum. **CONFESSIONEM ET DECOREM INDUISTI.** O DOMINE DEUS MEUS, qui MAGNIFICATUS ES NIMIS, unde MAGNIFICATUS ES NIMIS? Nonne semper magnus? Nonne semper magnificus? Numquid perfectus non es, ut crescas? Numquid deficis, ut aliquando minuaris? Sed quia es

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: YX

---

21 ad quem] atque $\varepsilon\zeta Ly P_{23}$ | perscrutandus $An_3\zeta$ | in nomine Christi *tr.* ζ **2, 2** anima omnium nostrum *tr.* δ **4** Christo $F_2\chi P_{23}$ | credidimus $V_2 A G C$ **5** benedic πC **12** caecat δ | magna laeta] magnalia et $\varepsilon\chi\zeta C P_{23} YX$ **13** desideria $\varepsilon\chi\zeta C P_{23}$ | laetitia CX | gaudiorumque] gaudiorum quae KC **15** eructabat $H_1\zeta$ **3, 1** dominus $A H_1$ (*ac. uv.*) **2** magnificis] magnifices ε Ly **7** crescas] cras δ | quia] quid *ma*

quod es, et vere es, utique nomen tuum dixisti famulo tuo Moysi: *Ego sum qui sum.* Utique magnus es, et magnitudo tua sempiterna
mi 1337 est, nec coepit nec desinit, nec ab initio temporis incipit, nec usque ad finem temporis excurrit, nec in medio aliquid patitur. Incommutabilis enim magnitudo es. Quomodo ergo MAGNIFICATUS ES NIMIS? Alius psalmus admonet nos. Ait enim: *Mirificata est scientia tua ex me.* Si recte dicitur: *Mirificata est scientia tua ex*
cc 1475 *me,* recte dicitur: MAGNIFICATUS ES, DOMINE DEUS MEUS, ex me. Sed et hoc adhuc quaerendum est. Ex me magnificatur deus meus: ergo ex me fit magnus? Docet nos aliquid et quotidiana oratio salutis nostrae: *Sanctificetur nomen tuum.* Quotidie petimus, quotidie rogamus ut fiat. Si nos quisquam interroget: 'Quid
20 est quod petitis ut sanctificetur nomen dei? Aliquando enim sanctum non est, ut modo sanctificetur?' Et tamen nisi velimus fieri, non peteremus ut fieret. Alia est enim gratulatio, alia oratio: gratulamur ex eo quod est; oramus ut sit quod nondum est. Quid est ergo *Sanctificetur nomen tuum*? – et intellegimus quod hic
25 dictum est: DOMINE DEUS MEUS, MAGNIFICATUS ES NIMIS – hoc est *Sanctificetur nomen tuum*: sanctum sit apud homines nomen tuum. Sanctum est enim semper nomen tuum, sed quibusdam immundis nondum est sanctum nomen tuum. Dicit enim apostolus: *Omnia munda mundis, immundis autem et infidelibus nihil est*
30 *mundum.* Si immundis et infidelibus nihil est mundum, quaero causam: *sed polluta sunt* inquit *eorum mens et conscientia.* Si nihil

3, 9 Exod. 3,14 **13sq.** Ps. 138,6 **18** Matth. 6,9 **29–31** Tit. 1,15

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX **3, 29** immundis] *inc. Flor*

10 incepit ε **12** magnitudo enim *tr.* ζ | es] est $\varepsilon\chi\zeta Ly\, ma$ **15** es] nimis *add.* $\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) $Ly\, ma$ **16** est quaerendum *tr.* X | est *om. ma* **21** sanctificetur modo *tr.* ζ | vellemus V_2 (*pc.*) $\alpha_2 S$ (*pc.*) $\zeta C X\, ma$ **22** peteremus] poterimus ε **23** gratulamur] enim *add.* $\alpha_2\varepsilon\zeta$ | nondum] dum δ **25** sanctum sit apud homines nomen tuum hoc est sanctificetur nomen tuum *tr.* χ **27** sanctum ... tuum *om.* χ **28** nondum] non $V_2\delta$ **31** causam] sed quibusdam immundis nondum est causa *add.* $\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) $YX lo$ | eorum inquit *tr.* $\varepsilon\chi\zeta Ly$ | mens] et *praem.* $X\, ma$

est eis mundum, nec deus, nisi forte putatis mundum videri deum illis qui quotidie blasphemant eum. Si mundus est, placeat; si placet, laudetur. Si autem blasphematur, displicet; si displicet, quomodo tibi potest mundus esse qui displicet? Quid ergo rogamus: *Sanctificetur nomen tuum*? Ut illis hominibus, quod per infidelitatem nondum habent nomen dei sanctum, quibus nondum est ille sanctus qui per se et in se et in sanctis suis sanctus est – rogamus pro genere humano, rogamus pro orbe terrarum, pro omnibus gentibus quotidie sedentibus et disputantibus quia non rectus deus, et non recte iudicat deus – ut aliquando ipsi se corrigant, et rectum cor ad illius rectitudinem ducant, et adhaerentes ei, de recto ad rectum, non iam vituperent, sed placeat rectis rectus, quia: *Quam bonus deus Israel rectis corde.* Ergo cum videret iste qui cantat, iste, nos ipsi, id est corpus Christi, membra Christi, cum videret quanta praestiterit deus generi humano, cui antea aut nullus aut falsus aut non tam magnus videbatur deus, in operibus eius eum videns, DOMINE DEUS MEUS inquit MAGNIFICATUS ES NIMIS, id est: qui nondum te intellegebam, intellego te magnum. Magnus semper, etiam occultus. Sed mihi tunc magnus, quando apparuisti. Magnificatus es ergo ex me, quomodo *Mirificata est scientia tua ex me*: mira enim facta est ex me. Ego illam miror conversus ad eam; illa autem etsi non convertar, etsi post conversionem avertar, integra permanet. Sed ego iam magnus

44 Ps. 72,1

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **35** displicet] *des. Flor*

32 mundum eis *tr. ma* **34** si] et *praem.* $\varepsilon\chi\zeta C$ (*pc.*) *ma* **35** potest tibi *tr.* δ *mundum χ C P_{23} Y | *quod V_2 A G χ C Y X **36** ut ... 41 aliquando] *anacoluthon* | quod] qui $\alpha_2\varepsilon\zeta$ Ly *ma* **37** sanctum] sit *add. ma* **38** et[2] *om.* δ **41** rectus] est *add.* α_2; *praem. lo ma* | se *om.* δ **42** ducant] dirigant ζ **43** de recto] directo α_2 An_3 χ C (*pc.*) Ly X; directi *ma* **44** rectis] sed *praem.* $\alpha_2\varepsilon\zeta$ *ma* | viderit χ Ly **45** iste[2]] ipse *add.* $\alpha_2\chi$ *ma* | ipsi] ipse χ **46** viderit χ **47** aut[3] *om.* V_2 δ C **48** eius] suis $\varepsilon\chi\zeta$ Ly | domine] dominus δ **51** apparuisti] factus es manifestus *add.* $\chi\zeta$ C (*pc.*) Ly **53** eam] illam C X *ma* | etsi[2]] non *add.* ε **54** magnus factus] magnificatus $\alpha_2\delta$

cc 1476 mi 1338 factus in ea, et ex deminuto factus integer in ea, miror quod non noveram; non quod modo magnum factum est ex quo didici, sed quia magnus factus sum ex quo didici. Audi iam et ubi videtur magnificatus deus nimis, semper magnus: magnificatus enim nimis in operibus suis ad nos.

(4.) CONFESSIONEM ET DECOREM INDUISTI. Ante decorem confessionem posuit. Decus in pulchritudine. Quaeris pulchritudinem? Bonam rem quaeris. Sed quare quaeris pulchritudinem, o anima? Ut amet te sponsus tuus: etenim displices ei foeda. Ille enim qualis est? *Speciosus forma prae filiis hominum.* Osculari vis foeda pulchrum? Sed non attendis quia tu iniquitatibus plena es? *Diffusa est* autem *gratia in labiis tuis*. Sic enim de illo dictum est: *Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis; propterea adolescentulae dilexerunt te.* Est ergo quidam formosus, est quidam pulcher *prae filiis hominum*. Etsi filius hominis, tamen *prae filiis hominum*. Huic tu placere vis, o anima humana, o una in multis? Audiamus 'ecclesiam', quia erat illis *anima una et cor unum* in deum: hanc alloquitur psalmus. Vis ei placere? Non potes, quamdiu deformis es. Quid facies ut pulchra sis? Prius tibi displiceat deformitas tua, et tunc ab illo ipso cui vis placere pulchra, mereberis pulchritudinem. Ipse enim erit reformator tuus, qui fuit formator tuus. Ergo prius attende quae sis, ne audeas ire foeda in pulchri oscula. 'Et quid intuens' inquit 'me videbo?' Posuit tibi speculum scripturam suam. Legitur tibi: *Beati mundicordes, quoniam ipsi deum videbunt.* Speculum in hac

4, 5–7 Ps. 44,3 **9** Ct 1,2 **12sq.** Act. 4,32 **20** Matth. 5,8

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

55 integer ... ea] interea δ **56** quod modo] quomodo ε | sed ... didici *om.* α_2 δ C P_{23} **58** magnificatus[2]] magnificatur π χ Ly P_{23} Y | enim *om.* π C P_{23} **4, 5** foeda vis *tr.* δ **7** autem *om.* α_2 δ C | tuis] eius χ Ly **9** quidam] quidem C (*pc.*) P_{23} | quidam ... est *om.* C; *add.* C (*pc.*) **10** quidam] quidem An_3 C (*pc.*) Ly P_{23} **15** illo] eo ε χ ζ **18** inquis *lo ma* **19** speculum] in *praem.* δ **20** mundocordes V_2 X; mundi corde H_1 *ma*; mundocordis χ; mundo corde α_2 Ly P_{23} Y

lectione propositum est: vide si hoc es quod dixit; si nondum es, geme ut sis. Renuntiabit tibi speculum faciem tuam: sicut speculum non senties adulatorem, sic nec te palpes. Hoc tibi ostendit nitor ille quod es. Vide quae es; et si tibi displicet, quaere ut non sis. Si enim cum foeda sis, tibi ipsi adhuc displices, pulchro iam places. Quid ergo? Quoniam displicet tibi foeditas tua, incipis ei in confessione, sicut alibi dicitur: *Incipite domino in confessione.* Primo accusa foeditatem tuam: foeditas enim animae de peccatis, de iniquitatibus. Accusando foeditatem tuam incipe confiteri: a confessione incipis decorari. Quo decorante, nisi specioso *forma prae filiis hominum*?

(5.) Ut autem et decoram faceret, audeo dicere, amavit et foedam. Quid est 'amavit et foedam'? Etenim *Christus pro impiis mortuus est.* Quam vitam tibi servat iustificato, qui suam mortem donavit et impio? Ecce pulcher ille et *speciosus prae filiis hominum*, quia iustissimus prae filiis hominum, quoniam veniebat ad foedam, ut faceret pulchram – dicam et hoc, quia in scripturis invenio –, foedus factus est. Non me in hoc audiatis, ne in hoc verbum temere lapsus sim. Sicut enim dixeram: 'amavit et foedam' – non autem quasi congruenter dixeram quibusdam illum amantibus, nisi mihi testis procederet, et dixi quod dixit apostolus: vis nosse quod amarit et foedam? *Christus pro impiis mortuus est* – sic et modo quia dixi: 'ut veniret ad foedam foedus factus, deformis factus est', quomodo probabo, quando iam mihi praedixit divinum eloquium: *speciosus forma prae filiis hominum*? Sed in ipso divino eloquio rursus habeo: *Vidimus eum, et non habuit*

cc 1477

mi 1339

27 Ps. 146,7 **5, 2sq.** Rom. 5,6 **4sq.** Ps. 44,3 **15sq.** Is. 53,2

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

22 renuntiavit V_2 δ C Ly **24** ille nitor *tr.* ε | quae ε χ C (*pc. uv.*); quod *cett. ma* **25** ipse An_3 χ; ipsa ζ | adhuc *om.* δ **26** ei] et V_2 δ **5, 1** audeo] audeam π C Ly P_{23} **4** speciosus] forma *add.* ε χ ζ C (*pc.*) Ly **5** quia] qui ε ζ **8** dixeram] dixerat $α_2$ δ **10** testes χ **11** amaret V_2 δ K C; amaverat $α_2$ **12** quia] quod X *ma* | factus] est *add.* $α_2$ ε ζ *ma* **15** eum *om.* δ | habuit] habebat $α_2$ ε ζ C *ma*

speciem neque decorem. Speciosus forma prae filiis hominum: vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem. Non dixit: 'Non vidimus, et ideo nesciebamus utrum haberet speciem vel decorem'. Ecce *vidimus, et non habebat speciem neque decorem.* Ubi ergo illum vidit *speciosum forma prae filiis hominum*? Et ubi illum vidit qui dixit: *Non habebat speciem neque decorem*? Audi ubi eum vidit qui dixit: *Speciosus forma prae filiis hominum*: *Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo.* Merito *prae filiis hominum*, quia *aequalis deo*. Ecce accepi et agnovi ubi eum viderit qui dixit: *speciosus forma prae filiis hominum*. Respondit enim nobis: 'Ubi viderim, quaeris'? *In forma dei*. Et unde vidisti in forma dei? Quomodo vidisti in forma dei? Quia *invisibilia eius per ea quae facta sunt intellecta*, *conspiciuntur.* Bene, optime: accepi, agnovi et quem videris, et qualem videris, et ubi videris, et unde videris. Quem vidisti? Sponsum nostrum. Qualem vidisti? *Speciosum forma prae filiis hominum*. Ubi vidisti? *Cum in forma dei esset.* Unde vidisti? *Per ea quae facta sunt*, *intellecta conspiciuntur.* Videamus et iste quid dicat: alius propheta, sed non alius spiritus. Non enim discordant inter se. Exhibuit nobis ille *speciosum forma prae filiis hominum*, exhibeat et iste quod ait: *Vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem.* Unus apostolus Paulus prophetam utrumque coniungit; unum capitulum Pauli utrique prophetae perhibet testimonium. Ibi habeo *speciosum forma prae filiis hominum*: *Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo.* Ibi dixit, quod vidit et alius, non habentem speciem neque decorem, quia *semetipsum exinani-*

22sq. cum ... deo] Phil. 2,6 **27sq.** Rom. 1,20 **41–44** Phil. 2,7-9

π (*α: V_2 α_2* [=F_2 Mc_2] + *δ: A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

16 speciosus ... decorem *om.* α_2 *K Ly* **17** habuit δ (*lnp.* H_1) **20** vidit] qui dixit *add.* $\varepsilon\chi\zeta$ *C* (*pc.*) *ma* | speciosus $\varepsilon\chi\zeta$ *C* (*pc.*) *ma* **23** esse] se *add.* α aequalis] aequalem $\alpha\varepsilon$ *K* (*pc.*) **25** respondet P_{23} *Y* **26** vobis δ **33** iste] de isto P_6 *ma* | non *om.* δ **37** coniunxit $\varepsilon\zeta$ *Ly* | unum] in *praem.* $\varepsilon\chi$ *Ly* **38** perhibent ε | abeo $\alpha_2\chi$ *Ly* **40** vidit] dixit $V_2\delta$

vit formam servi accipiens, in similitudine hominum factus et habitu inventus ut homo; humiliavit se, factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Merito viderunt eum, *et non habebat speciem neque decorem*. Merito ante crucem agitabant caput: 45
'Hiccine est totus filius dei? *Si filius dei est, descendat de cruce!*' Sed *non habebat speciem neque decorem*. Etiam sic, o quibus displicet, quia non habebat speciem neque decorem! O agitantes caput ante cc 1478
crucem, et non figentes caput in capite quod pendebat in cruce! Merito nutat insultantium caput, donec sit eorum caput ille ipse 50
cui insultabatur. Ecce resumit decorem, et magnum decorem. Ecce quod dicis tu minus est quam quod fecit. Dicis tu: *Si filius dei est, descendat de cruce*. Ecce de cruce non descendit, sed de sepulcro resurrexit.

(6.) Ergo, anima, decora esse non potes, nisi confessa fueris foeditatem ei qui semper pulcher, et propter te ad tempus non pulcher; et sic ad tempus non pulcher in forma servi, ut numquam deficeret a pulchritudine quae est in forma dei. Ergo tu, mi 1340
ecclesia, habes decorem; dicitur et tibi in Canticis canticorum: *O* 5
decora inter mulieres. Dicitur de te: *Quae est ista quae ascendit dealbata*? Quid est dealbata? Illuminata: non dealbata sicut fucata, quemadmodum se dealbant feminae quae volunt videri quod non sunt; non dealbata sicut paries dealbatus: destruetur enim, sicut dicit apostolus, paries dealbatus. Hypocrisis et simulatio paries 10
dealbatus: foris tectorium, intus lutum. Non ergo illa sic dealbata, sed dealbata, illuminata, quia non per se alba. *Prius* inquit *fui blasphemus*; et item: *Fuimus enim et nos aliquando natura filii irae,*

---

46 Matth. 27,40 **6, 5sq.** Cant. 5,9 **6sq.** Cant. 8,5 **9sq.** destruetur ... dealbatus] *cf.* Act. 23,3 **12sq.** 1 Tim. 1,13 **13sq.** Eph. 2,3

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

42 similitudinem δ χ P_6 Ly P_{23} Y X **45** caput] dicentes *add.* ε **46** hiccine] hic me S C X; hic in V_2 δ (*ac. lnp.* H_1) K; hic ne Ly **48** caput] crucem C X **54** surrexit π K **6, 1** potes T C (*pc.*) *ma*; potest *cett.* | fueris T C (*pc.*) *ma*; fuerit *cett.* **2** ei] et π; eius χ | pulcher] est *add.* ζ **4** defecerit C *ma* **5** dicetur χ **6** dicetur χ **7** fuscata π C Ly (*pc.*)

sicut et ceteri. Accedit gratia illuminans et dealbans: primo nigra fuisti, sed facta es alba ex gratia illius. *Fuistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.* Dicitur ergo et de te: *Quae est ista quae ascendit dealbata?* Iam mirabilis, iam vix contemplabilis. Admirantis est enim dicere: '*Quae est ista quae ascendit dealbata*, tam pulchra, tam luminosa, tam sine macula et ruga? Nonne ista est quae iacebat in coeno iniquitatum? Nonne ista est quae iacebat in fornicatione idolorum? Nonne ista est quae immunda erat in omni cupiditate desiderioque carnali? *Quae est* ergo *ista quae ascendit dealbata?*' Attende quis sit ille qui pro ea factus est non habens speciem neque decorem, et intellegis huius claritatis honorem. Si miraris illius humilitatem propter hanc, noli iam mirari huius celsitudinem propter illum. Quantae felicitatis est ista dealbata, ut, et cum esset nigra, pulchrum ad se deponeret qui pro impiis moreretur? Ergo induit se dominus deus noster confessionem et decorem, induit se ecclesiam: ipsa enim ecclesia confessio et decus. Ante confessio, postea decus; confessio peccatorum, decus recte factorum: CONFESSIONEM ET DECOREM INDUISTI.

cc 1479 (7.) **CIRCUMAMICTUS LUCEM SICUT VESTIMENTUM.** Ipsa est vestis eius, de qua iam dixi, *non habens maculam neque rugam.* Lux vocatur; et hoc iam dixi: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.* Non ergo in vobis. Nam tenebrae in vobis, lux autem in domino. Ergo CIRCUMAMICTUS LUCEM VELUT VESTIMENTUM, **EXTENDENS CAELUM SICUT PELLEM.** Quomodo *v. 2*

15sq. Eph. 5,8 **19** sine ... ruga] *cf.* Eph. 5,27 **27** cum ... nigra] *cf.* Cant. 1,4 **7, 2** de ... dixi] *sc. de ecclesia: cf. s. 6,19* | Eph. 5,27 **3** dixi] *cf. s. 6,16* **3sq.** Eph. 5,8

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

14 et[1] *om.* δ **15** illius] ipsius V_2 δ ζ | fuisti δ *Ly* **19** nonne ... iniquitatum *om.* α *C* **22** ergo *om.* δ **23** quis] quid V_2 δ ε **24** et ... honorem *om.* π *C* **25** iam *om.* α *Ly* **30** decus[1] ... decus] decor *bis ma* **31** decus] decor *ma* **7, 1** luce δ ε **2** neque] nec *C* P_{23} *Y* **3** hoc] ego δ **5** lucem] luce δ ε P_{23} *Y* **6** extendit *ma*

fecit hoc, ut indueret se sicut vestimentum lucem ecclesiam, enumerare vult figuratis quibusdam sacramentis: quomodo lux facta sit ecclesia, quomodo facta sit sine macula et ruga, quomodo facta sit candida, dealbata, fulgens in vestitu sponsi sui, inhaerens illi quomodo facta sit, audiamus. EXTENDIT CAELUM SICUT PELLEM. Et hoc quidem video. Quis enim extendit hoc caelum, quod nostris carnalibus oculis intuemur, nisi deus? Et EXTENDIT SICUT PELLEM, ad facilitatem redigit, si ad litteram accipias. Etenim cum videris istam fabricam magnam, quia quisquis hominum unam vel parvam cameram extenderit, magno molimine, mi 1341 magno labore et difficultate ac diuturna operatione id facit, ne huiusmodi laborem in dei operibus infirmitas suspicaretur humana, attulit quandam facilitatem pro tua capacitate, ut sic quodammodo incipias credere facile operantem deum, et non putare sic eum extendisse caelum, sicut tu tectum domus tuae, sed quam tibi facile est extendere unam pellem, tam illi facile fuisse extendere tam magnum caelum. Mira facilitas, et tamen adhuc spiritus tibi tardo loquitur. Tibi, inquam, adhuc tardo loquitur spiritus. Nam nec sic extendit deus caelum, sicut tu pellem. Si enim sic extendit, ecce ante te pellis vel rugosa vel plicata ponitur; dic ut extendatur, dicto tuo extende pellem. 'Non possum', inquis. Ergo et in extendenda pelle multum longe es a facilitate dei. *Ipse* enim *dixit, et facta sunt.* Dixit: *Fiat firmamentum inter aquam et aquam*, *et sic est factum.* Tamen propter facilitatem significandam, secundum sensum tuum acceperis aliquid interim ad litteram.

28sq. Ps. 148,5 **29sq.** fiat ... aquam[2]] Gen. 1,6 **30** et ... factum] Gen. 1,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

7 fecerit *ma* **8** et numerare N Gt **9** ecclesia *om.* χ **10** vestitu] vestimento V_2 δ **13** oculis carnalibus *tr.* ζ | et *om.* α_2 δ Ly **14** redegit δ *ma* **16** magnum χ **21** tu] te δ P_6; *om.* α_2 T **22** facile illi *tr. lo ma* **24** tardo[1]] tarde α_2 ε ζ Ly | tardo[2]] tarde ε ζ Ly **25** tu] et *praem. lo ma* **28** et *om.* δ | extendendam pellem ε Ly **30** et *om.* δ | factum est *tr.* P_6 X *ma* **31** secundum] ut *praem.* χ | acciperis δ χ

(8.) Figurate autem si aliquid tectum retegi volumus, et pulsare ad clausum, invenimus extendisse deum caelum sicut pellem, ut intellegamus caelum sanctam scripturam. Hanc auctoritatem primo posuit deus in ecclesia sua; inde coepit exsequi cetera. Posuit enim caelum, et extendit sicut pellem, et non frustra sicut pellem. Primo istam famam praedicantium extendit sicut pellem: pellis mortalitatem significat. Propterea et illi duo homines primi parentes nostri, auctores peccati generis humani, Adam et Eva, cum in paradiso, contempto dei praecepto, ad
cc 1480 suggestionem suasionemque serpentis transgressi essent quod iusserat deus, facti mortales dimissi sunt de paradiso. Ut autem significaretur mortalitas eorum, induti sunt tunicis pelliceis; de pellibus enim tunicas factas acceperunt: pelles autem detrahi non solent, nisi animalibus mortuis; ergo pellium nomine mortalitas illa figurata est. Quid ergo hic, si divina scriptura significatur pellis nomine, quomodo deus de pelle fecit caelum, et EXTENDIT CAELUM SICUT PELLEM? Quia per quos nobis scriptura praedicata est, mortales fuerunt. Illud quidem verbum dei semper idem, semper incommutabile atque indeficiens. Ecce *in principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Numquid erat, et modo non est? Et est, et semper erit. 'Si ergo est verbum dei, deus apud deum, lege si potes'. Sed quid dicis? Quia sursum est, et ideo legere non potes? Ubique est verbum dei: *Pertendit a fine usque ad finem fortiter*, et *attingit* omnia *propter suam munditiam. In hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est*; et cum venit, hic erat. Venit enim in carne, numquam absens divinitate.

8, 8–11 auctores ... paradiso] *cf.* Gen. 3,1-19.24 **12** induti ... pelliceis] *cf.* Gen. 3,21 **19sq.** in ... verbum[3]] Ioh. 1,1 **23sq.** Sap. 8,1 **24sq.** Sap. 7,24 **25** Ioh. 1,10

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

8, 1 retegere χ **6** famam] formam α **12** mortalitas] ipsa *praem.* ε ζ C (*pc.*) Ly *ma* **16** et *om.* α_2 δ ζ Ly **17** praedicta α **19** semper] semperque V_2 δ **21** si] sic An_3 ζ **23** praetendit δ **24** ad] in V_2 χ C Ly P_{23} **25** ipsum] eum ε Ly **26** in *om.* V_2 δ C

Quare ergo legere non poteras, nisi *quia in sapientia dei non cognovit mundus per sapientiam deum*? Ibi constitutus, *in sapientia dei* – omnia enim ibi, et ipsa subtracta nulla sunt –, ibi constitutus non poteras cognoscere *per sapientiam deum*. Ergo necessarium erat quod sequitur: *Placuit deo per stultitiam praedicationis* mi 1342 *salvos facere credentes.* Si per stultitiam praedicationis salvi futuri erant credentes, elegit deus quaedam mortalia: elegit homines mortales et morituros, adhibita lingua mortali exhibuit sonos mortales, adhibita dispensatione mortalium adhibuit instrumenta mortalia, et in eo tibi factum est caelum, ut in re mortali cognosceres verbum immortale, et fieres tu quoque eiusdem verbi participatione immortalis. Vixit Moyses, et mortuus est. Ait enim illi deus: *Ascende in montem, et morere.* Mortuus est Ieremias, et tot prophetae mortui sunt; et mortuorum dicta, quia non eorum, sed per eos illius erant QUI EXTENDIT CAELUM SICUT PELLEM, manent usque ad posteritatem nostram. Ecce apostolus solutus de hac vita, qui dixit *dissolvi et esse cum Christo* multo magis esse optimum, vivit nunc cum Christo, sicut illi prophetae omnes vivunt cum Christo. Sed per quid nobis dispensavit id quod legimus? Per id quod moriturum erat: per os, per linguam, dentes, manus. Omnia ista, quibus operatus est apostolus totum quod legimus, corporis officia sunt, sed iubente anima cui iubebat deus: propterea extentum est caelum sicut pellis. Nos sub caelo tamquam sub pelle divinarum scripturarum legimus modo, cum tenditur. Etenim postea *caelum plicabitur ut liber*. Non cc 1481 frustra, fratres, hic ut pellis, ibi ut liber: figuratum ibi quiddam nobis est, quod ad divinam scripturam attinet: extenditur sermo

27–32 1 Cor. 1,21 **39** Deut. 32,49 **43** Phil. 1,23 **51** Is. 34,4

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

27 nisi *om.* π C *ma* **33** quandam V_2 (*ac.*) A (*ac.*); quondam G H_1 (*ac. uv.*) **36** mortalia] mortalium V_2 ε ζ | factum est tibi *tr.* ε ζ Ly **38** vixit] dixit V_2 δ C **40** et[1] *om.* V_2 δ Ly P_{23} **44** omnes prophetae *tr.* ζ **48** iubeat ε **49** extensum ε Ly **51** ut] sicut δ ζ Ly **53** extenditur Ly *ma*; et tenditur *cett.*

mortuorum. Ergo ideo tenditur sicut pellis, et multo magis tenditur, quia illi mortui sunt. Nam post mortem plus innotuerunt prophetae et apostoli. Non erant tam noti cum viverent: prophetas vivos sola Iudaea habuit, mortuos omnes gentes. Cum enim viverent, nondum erat extenta pellis, nondum erat extentum caelum, ut tegeret orbem terrarum. EXTENDIT ergo CAELUM SICUT PELLEM.

(9.) QUI PROTEGIS IN AQUIS SUPERIORA EIUS. Et hoc legimus, et ad litteram bene intellegitur. Quando enim iussit ut fieret firmamentum inter aquas et aquas, factum est ut sint aquae inferiores quae perfundunt terras, et sint aquae superiores remotae ab aspectibus, tamen fidei commendatae. *Et aquae* inquit *quae super caelos sunt, laudent nomen domini*, *quoniam ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt.* Ergo explicatus est sensus ad litteram: protegit enim IN AQUIS SUPERIORA EIUS. Quid ad figuram? Quoniam in figura accepimus pellem scripturam sanctam, et auctoritatem divini verbi dispensatam nobis per mortales, quibus mortuis eiusdem dispensationis fama extenditur. Secundum hoc, quomodo protegit IN AQUIS SUPERIORA EIUS? Cuius superiora? Caeli. Et quid caelum? Sancta scriptura. Quae sunt superiora sanctae scripturae? Quid invenimus in sanctis scripturis superius? Paulum interroga: *Supereminentiorem* inquit *viam vobis* mi 1343 *demonstro.* Quam dicit supereminentiorem viam? *Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum aeramentum sonans aut cymbalum tinniens.* Si ergo nihil *v. 3*

9, 5–7 et ... sunt²] Ps. 148,4-5 **15sq.** 1 Cor. 12,31 **16–18** 1 Cor. 13,1

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

54 sicut] sic ζ **57** Iudaea sola *tr.* ζ **58** extensa $\varepsilon\zeta$ *Ly* | extentum] extensum $\varepsilon\zeta$ **9, 1** protegis (*ita et Psalt. Ver.*)] protegit $\alpha_2\zeta$ *ma* | in *om.* ε **3** factum] et *praem.* χ *Ly* **4** perfundant *K* ζ **5** aspectu χ **6** caelo H_1 An_3 *Ly* | sunt *om.* χ | quoniam] quia ζ **9** figura] figuram $\alpha_2\varepsilon$ | accipimus $\delta\varepsilon$ *Ly* **10** et] ut χ **13** quae] quem δ | sunt *om.* δ **14** superiorae δ | scripturae sanctae *tr.* δ scripturis sanctis *tr. X ma* **17** loquor δ **18** aeramentum] velut *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ *Ly X ma, Vulg.*

supereminentius in scriptura sancta inveniri potest quam caritas, superiora caeli quomodo aquis proteguntur, si superiora scripturae praecepta caritatis sunt? Audi quemadmodum: *Caritas* inquit *dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Iam nomine diffusionis intellege aquas in caritate spiritus sancti. Hae sunt aquae, de quibus dicitur in quadam scriptura: *Et in plateis tuis discurrant aquae tuae; nemo alienus communicet tibi.* Alieni enim omnes a via veritatis, sive pagani sive Iudaei sive haeretici, et mali quique Christiani, habere multa dona possunt, caritatem non possunt. Hoc ipsum quale donum!

Ut non loquamur de donis aliis foris, quae dona habent omnes homines. *Qui facit solem suum oriri super bonos et malos*: dona dei sunt, et non tantum bonis et malis communia, sed etiam bestiis et pecoribus. Ipsum esse, videre, sentire, audire, et ceteris cc 1482 fungi sensuum muneribus, dona dei sunt. Sed videte cum qualibus et quam multis communia, et cum eis quos nolis imitari. Ipsum ingenium acutum habent et pessimi homines, sollertem artium industriam habent et turpissimi scenici, divitias habent et latrones, coniugia, filios multi mali habent. Pulchra dona dei omnia, nemo negat, sed vide cum quibus communia. Respice ad munera ipsius ecclesiae. Munus sacramentorum in baptismo, in eucharistia, in ceteris sanctis sacramentis. Quale munus! Hoc munus adeptus est et Simon magus. Prophetia quale munus! Prophetavit et Saul malus rex, et tunc prophetavit, cum David sanctum persequeretur. Intendite, non dixi: ‘cum persecutus

21–23 Rom. 5,5 **24sq.** Prov. 5,16-17 **30** Matth. 5,45 **40sq.** hoc ... magus] *cf.* Act. 8,13 **42sq.** prophetavit[1] ... persequeretur] *cf.* 1 Reg. 19,18-24

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [= *F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **9, 38** respice] *inc. Flor*

20 caeli] terrae *N Gt C X* | aquis] in *praem. X ma* | superiora[2]] superiorae *δ* **21** dei inquit *tr. δ* **24** haec *α*$_2$ *A χ Ly* **26** enim] sunt *add. ε χ ζ Ly* **27** dona] bona *δ* **28** donum] est *add. ε χ ζ C X ma* **30** qui] quia *ma* **32** esse] vivere *add. X ma* **38** omnia] haec *praem. ζ* **40** munus] est *add. ε ζ C* (*pc.*) *X ma* **43** dixit *χ Ly*

fuisset'. Fortassis enim eo persecuto paenitentiam gessit, et dignus fuit spiritu prophetandi. Non persecutus, neque persecuturus: persequens prophetavit. Misit ad comprehendendum David ministros suos. David vero eo tempore inter prophetas erat, ubi erat et sanctus Samuel. Impleti sunt spiritu prophetiae qui missi sunt, et prophetaverunt. Sed forte bono illi animo venerant, vel ob necessitatem officii sui, vel non facturi quod iussum est. Misit et alios; hoc et in eis factum est, et eorum hoc modo animum interpretemur. Cum illi tardarent, venit ipse furens, anhelans caedem, sanguinem sitiens innocentis sancti, cui etiam ingratus erat; et ipse impletus est spiritu prophetandi, et prophetavit. Non se ergo iactent qui forte sine caritate habuerint hoc munus dei. Sanctum munus, sicut sanctum baptismum. Sed videant qualem rationem habituri sunt cum deo qui sanctis non sancte utuntur. Ex his erunt qui dicturi sunt: *In nomine tuo prophetavimus.* Non illis dicetur: 'Mentimini', sed dicetur: *Non novi vos: recedite a me, qui operamini iniquitatem.* Quia si habeam omnem prophetiam, *caritatem autem non habeam, nihil sum*. Prophetavit et Saul, sed
mi 1344 operabatur iniquitatem. Quis autem operatur iniquitatem, nisi qui non habuerit caritatem? *Plenitudo* enim *legis caritas*.

Ergo PROTEGIS IN AQUIS SUPERIORA EIUS. Quid dixit? In omnibus scripturis supereminentissimam viam, supereminentissimum locum caritas obtinet: non ad eam aspirant nisi boni, hanc nobiscum non communicant mali. Possunt communicare baptismum, possunt communicare cetera sacramenta, possunt commu-

58 Matth. 7,22 **59sq.** Matth. 7,23 **61** 1 Cor. 13,2 **63** Rom. 13,10

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

44 eo persecuto] eum persecutus *ma* **45** prophetandi] prophetam dei V_2 A H_1; prophetiae dei G **46** persequens] sed *praem. Ly X ma* **49** animo illi *tr.* ζ **55** ergo se *tr. lo ma* **56** munus *om.* α_2 ε ζ Ly *ma* **59** dicetur[1]] dicitur α_2 χ Ly | dicetur[2]] dicitur K Ly *Flor* **61** autem *om.* δ | prophetavit] autem *add.* δ **62** autem *om.* δ | operatur] operabatur δ | iniquitatem[2]] nisi qui non operabatur iniquitatem quis non operabatur *add.* δ **64** protegit ζ *ma* | qui α_2 ε χ C **66** spirant V_2 δ Ly

nicare orationem, possunt communicare istos parietes et istam coniunctionem: caritatem nobiscum non communicant. Ipse est enim fons proprius bonorum, proprius sanctorum, de quo dicitur: *Nemo alienus communicet tibi.* Qui sunt alieni? Omnes qui audiunt: *Non novi vos.* Si enim sui, agnoscuntur; utique alieni sunt quibus dicitur: *Non novi vos.* Supereminens ergo via caritatis tenet eos qui proprie pertinent ad regnum caelorum. Ergo praeceptum caritatis super caelos, super omnes libros: ei enim subduntur libri, ei militant omnes linguae sanctorum, ei omnis motus dispensatorum dei, et animi et corporis. Supereminens est ergo via, et merito protegit in aquis superiora caeli, quia nihil invenis eminentius caritate in divinis libris. cc 1483

(10.) Sed adhuc evidentius audi quid aqua sit. Diximus enim: *Caritas dei diffusa* est *in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Diximus etiam: *In plateis discurrant aquae tuae.* Et ait mihi aliquis: 'Non ibi expresse dictum est, utrum caritatem intellegere debeam. Quid si alius aliud aliquid intellegat?' Tantum memento quod ait apostolus: *Caritas dei diffusa est in cordibus nostris.* Unde? *Per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Audi iam dominum magistrum apostolorum: *Si quis sitit, veniat et bibat.* Dicat adhuc: *Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius.* Quid est hoc? Exponat evangelista: *Hoc autem dicebat* inquit *de spiritu quem accepturi erant credentes in*

---

72 Prov. 5,17 **73** Matth. 7,23 **10, 1** diximus] *cf. s. 9,21* **2sq.** Rom. 5,5 **3** diximus] *cf. s. 9,24* **3sq.** Prov. 5,16 **8sq.** Ioh. 7,37 **9sq.** Ioh. 7,38 **10–13** Ioh. 7,39

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX **75** caelorum] *des. Flor*

---

73 audient $\varepsilon\zeta$ | sui] non $\alpha\varepsilon\zeta ma$ | cognoscuntur $V_2 CXma$ **75** eos *om.* δ **76** ei enim] etenim π | subducuntur δ **77** libri] omnes *praem.* V_2 (*pc.*) α_2 H_1 (*pc.*) P_6 | militat omnis lingua $\pi Ly P_{23} Yma$ | ei^2] *et π | omnes χC **78** animae χ **80** invenies χ **10, 1** quid $P_{23} YXma$; quod *cett.* **2** enim] quod *add.* $\varepsilon Ly P_{23} YXma$ | est] sit Xma | in *om. ma* **6** quid δ **8** audi iam] audiam $\alpha_2\delta$ **9** venit A; veniet H_1; *lnp. G* **10** fluent] *fluunt $V_2\delta CX$

eum. Spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ergo, fratres, si propterea spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, glorificato Iesu et ascendente in caelos missus est spiritus sanctus, et caritate impleti sunt apostoli, diffusa in cordibus eorum per spiritum sanctum, *qui datus est nobis*, quia superiora caeli aquis proteguntur. Et bene, quia dominus in caelos ascendit ut superior esset caelis, et inde mitteret caritatem. Non enim sic deus protegit, ut quasi sustentetur ab eo quem protegit: sublevat quem protegit, non onerat. Ita ergo caelum aquis protegit, ut magis illud divino spiritu sublevetur. Quod sublevat, sursum est; quod sublevatur, infra est: illud suspendit, hoc pendet. Si ergo illud suspendit, hoc pendet, audi quia hoc caelum scripturarum ex caritate pendet. Duo sunt nempe illa notissima praecepta dilectionis: *In his duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae.* QUI PROTEGIS IN AQUIS SUPERIORA EIUS.

mi 1345 **(11.) QUI PONIS NUBES ASCENSUM EIUS.** Accipitur et hoc bene ad litteram. Dominus visibiliter ascendit in caelum. Quomodo positae sunt nubes ascensus caeli? *Haec cum dixisset, nubes suscepit eum.* Habes item de resurrectione nostra praedictum: *Et mortui* inquit *in Christo resurgent primi; deinde nos qui vivimus simul cum illis rapiemur in nubibus in obviam Christo in aere, atque ita semper cum domino erimus.* Habes nubes ascensum caeli:

25sq. Matth. 22,40 **11, 3sq.** Act. 1,9 **4–7** 1 Thess. 4,16-17

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

12 nondum[1] ... nondum] non *bis* δ | erat[1]] fuerat V_2 An_3 *Y* **13** clarificatus χ **14** nondum] non V_2 δ | erat] fuerat P_{23} *Y* | Iesu] eo *C ma* **16** diffusa] est *add.* α_2 ε χ ζ *C* (*pc.*) *Ly* **17** nobis] eis ζ *ma* **18** ascendit in caelos *tr.* ε ζ *Ly* **19** sustentetur] sudetur V_2; suetur (*sic!*) δ **20** onerat] honorat δ **21** caelum] caelos δ | illud P_6 *ma*; illo *cett.* | spiritu divino *tr.* ζ **23** pendet[1] ... pendet] *pendit *bis* ε *C Ly* | si ... pendet *om.* α_2 δ **24** *pendit ε *C Ly* **26** protegit ζ *ma* **11, 1** ponis α_2 δ *C* P_{23} *Y Psalt.Ga. Psalt.Ver.*; ponit *cett.* nubem α **4** de] in ε *Ly* **5** nos] et *praem.* α_2 *ma* **6** rapiemur cum illis *tr.* ζ P_{23} | in[2] *om.* α ε ζ *ma* | aera ζ *ma* **7** semper *om.* δ

ostendam et nubes ascensum caeli huius, id est divinarum scripturarum. Quid est hoc, fratres? Utinam me dominus deus meus cc 1484
inter illas qualescumque nubes numerare dignetur! Viderit quam
nebulosa nubes sim. Omnes tamen praedicatores verbi veritatis
nubes accipite. Quicumque ergo infirmi non possunt ascendere
in hoc caelum, id est ad intellectum scripturarum, per nubes
ascendant. Forte enim et modo fit vobis: si aliquid agimus, si
labor sudorque noster non est infructuosus, ascenditis in caelum
scripturarum divinarum, hoc est in intellectum earum per praedicationem nostram. Quam altum erat caelum in psalmo isto!
Nemo enim vestrum videbat quid esset in figura EXTENDIT CAELUM SICUT PELLEM, QUI PROTEGIT IN AQUIS SUPERIORA EIUS.
Hoc ipsum quod dictum est: QUI PONIS NUBES ASCENSUM EIUS,
ecce iam intellectum est, quantum dominus donavit, praedicantibus nobis. Non enim nubes de suo munere pluunt. Vos intellegendo ascendite, in intellectu ipso fructificate, ne sitis qualis illa
vinea de qua dicitur apud prophetam: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam.* Accusabatur enim quaedam vinea quod pro uva
spinas dederat, non reddiderat dignam gratiam dulci pluviae. Qui
enim bona audit, et mala operatur, dulci pluvia compluitur, et
spinas generat. Non est ut suspicemur, fratres, de aliqua terrena
et ista visibili vinea dominum locutum. Namque ibi ne sub
obscuritate sermonis lateret excusatio iniquitatis, ipse dominus
per ipsum prophetam exposuit cui vineae loqueretur, et de qua
vinea ista diceret: '*Vinea* inquit *domini sabaoth domus Israel est.*
Quid vagantur, o iniqui, corda vestra per montes et colles vinito-

24sq. Is. 5,6 **32** Is. 5,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

9 me] et *praem.* ζ | domine α | deus *om.* ε P_6 Ly **12** accipere δ **14** fit] *satis *praem.* ε ζ Ly P_{23} X | vobis] nobis A H_1 **15** ascenditis χ **16** in *om.* π $NTCP_{23}$ | intellectu ε χ P_6 C | per *om.* δ **19** protegis V_2 δ **20** ponis α_2 δ (*lnp.* G); ponit P_6 X *ma*; pones V_2 ε χ C **23** in *om.* α_2 ε ζ | ne sitis] nescitis α_2 δ **25** uvis ε ζ Ly **26** pluviae ... dulci *om.* δ **28** generet δ | suspicetur V_2 δ **30** sermones χ **32** diceret] dicitur δ **33** corda] caro δ

rum? Novi, inquit, de qua vinea loquar, novi ubi quaerebam uvam, et inveni spinas; sine causa aliud atque aliud suspicamini et opinamini, nolentes intellegere ut bene agatis. Nam et hoc scriptum est: *Noluit intellegere ut bene ageret.* Tollite omnes suspiciones vestras de medio: *Vinea domini sabaoth domus Israel est; et homo Iuda novellum dilectum*'. Dilectum, cum plantatum est; damnatum, cum spinas creavit. Ergo, fratres, forte vinea fuit domus Israel, et nos non sumus vinea? Cum timore audiamus quod Iudaeis dictum videmus. Videte quemadmodum apostolus terreat ramos insertos de ramis fractis, et in ramis fractis commendet timendam severitatem, in ramis insertis commendet amandam bonitatem. Noli esse infructuosus in bonitate, ne sterilis sentias severitatem. 'Sed non sum vitis', dicis mihi. Ubi
mi 1346 est domini vox: *Ego sum vitis, vos estis sarmenta, pater meus agricola*? Ubi vox apostoli: *Quis plantat vineam, et de fructu eius non*
cc 1485 *percipit*? Vinea ergo es, o ecclesia, et habes agricolam deum. Nemo agricola homo compluit vineam suam.

Fratres ergo dilectissimi, viscera ecclesiae, pignora ecclesiae, filii matris caelestis, audite, cum tempus est. Minatus est deus illi vineae atrocissima comminatione: *Mandabo nubibus meis* inquit *ne pluant super eam.* Et factum est: venerunt apostoli ad Iudaeos, respuerunt eos, et dixerunt illis: *Ad vos missi eramus, sed quia reppulistis verbum dei, imus ad gentes.* Videtis quomodo in eodem spiritu dei, illo iubente intrinsecus qui habitat in cordibus suorum, mandatum sit nubibus dei ne compluerent vineam, quae cum exspectaretur ut faceret uvam, fecit spinas. Ideo et nubes fecit ascensum eius, et caelum tetendit sicut pellem. Non est

37 Ps. 35,4 **42–45** apostolus ... bonitatem] *cf.* Rom. 11,20-22 **47sq.** Ioh. 15,1 **48sq.** 1 Cor. 9,7 **55sq.** Act. 13,46

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

36 agetis δ (*lnp.* G) **38** vinea] ut *praem.* δ **41** non *om.* ε **43** commendat $\alpha_2 \varepsilon \zeta Ly$ **44** commendat $\alpha_2 An_3 Ly$ **47** vox domini *tr.* $\alpha_2 \varepsilon \zeta Ly$ **48** ubi] est *add.* $\varepsilon \zeta Ly$ **51** ergo fratres *tr.* $\varepsilon \zeta Ly$ | viscera dilectissimi *tr.* δ **53** comminationem χ **54** pluent χ **58** dei *om. ma*

quod queramini: auctoritas scripturarum extenta est super orbem terrarum, nubes non desunt, praedicatur verbum veritatis, exponuntur omnia quae obscura sunt, ut corda vestra per nubes ascendant. Videte quomodo recedatis, videte quid suscipiatis: post praedicatorem veniet iudex, post dispensatorem veniet exactor. QUI PONIT NUBES ASCENSUM EIUS.

(12.) QUI AMBULAT SUPER PENNAS VENTORUM. Hoc iam periculosum est accipere ad litteram. Aut quae sunt pennae ventorum? Aut vere, quomodo in pictura, facturi nobis sumus ventos volantes et alas habentes? Ventus non est, fratres, nisi quem sentimus, motus quidam et quasi fluctus aeris, impellens quod potest pro viribus. Quae pennae ventorum? Sed et quae alae dei? Et tamen dictum est: *Sub umbra alarum tuarum sperabunt.* Conemur ergo et hoc accipere ad litteram, veluti proprie factum in creatura ista. Velocitatem verbi fortasse commendat scriptura (de qua velocitate iampridem in alio psalmo locuti sumus, ubi scriptum est: *Usque in velocitatem currit verbum eius*), quia nihil ventis velocius norunt homines. Quomodo illa facilitas commendabatur in pelle – nihil enim facilius ab homine quam pellis extenditur – sic et hic insinuans deum vel verbum eius ubique praesentem velocitate motus nihil deserere, quia tu non noveras aliquid vento velocius. AMBULAT inquit SUPER PENNAS VENTORUM, id est velocitas eius superat velocitatem ventorum, ut per pennas ventorum intellegas velocitatem ventorum, et verbum dei intellegas velocius omnibus ventis. Et sic in prima facie conside-

12, 7 Ps. 35,8 **11** Ps. 147,15

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

61 extensa *ε ζ Ly* **64** recedatis] credatis *ε ζ C (pc.) Ly ma* | videte² *om. π C* **66** ponet *χ C* | nubem α_2 *ε ζ* **12, 2** aut] ut V_2 *δ* **3** vero *δ C (pc.) ma* picturam *χ* **4** ventus] ventos *δ (lnp. G)* **6** ventorum] sunt *add. ε ζ* P_{23} *ma* **7** sperabunt] protege me *ε ζ* **8** velut V_2 *(uv.) δ (lnp. G)* **9** scripturam α_2 *χ* **11** velocitate α_2 *Ly* | verbum] sermo α_2 *δ* **12** homines] omnes *δ* **14** dominum *ε ζ Ly* **18** ventorum velocitatem *tr. χ*; ventorum *om. δ*

rationis: pulsemus ad aliquid interius, et figurate aliquid nobis indicent istae litterae.

(13.) Ventos quidem intellegimus in figura non absurde animas. Non quia ventus est anima, sed quia invisibilis est ventus, quamvis res corporea corpora impellens, tamen quia humani oculi aciem fugit. Est autem anima invisibilis, propterea bene intellegimus animas ventos. Inde est quod et deus insufflasse dicitur spiritum vitae formato homini: *Et factus est homo in animam viventem.* Ergo venti animae in allegoria non absurde accipiuntur. Videte autem ne putetis nominata allegoria pantomimi aliquid me dixisse. Nam quaedam verba, quoniam verba sunt, et ex lingua procedunt, communia nobis sunt etiam cum rebus ludicris et non honestis. Tamen locum suum habent ista verba in ecclesia, et locum suum in scena. Non enim ego dixi quod apostolus non dixit, cum de duobus filiis Abrahae diceret: *quae sunt* inquit *in allegoria.* Allegoria dicitur, cum aliquid aliud videtur sonare in verbis, et aliud in intellectu significare. Quomodo dicitur agnus Christus? Numquid pecus? Leo Christus: numquid bestia? Petra Christus: numquid duritia? Mons Christus: numquid tumor terrae? Et sic multa aliud videntur sonare, aliud significare; et vocatur allegoria. Nam qui putat me de theatro dixisse allegoriam, putet et dominum de amphitheatro dixisse parabolam. Vide quid faciat civitas ubi abundant spectacula: in agro securius loquerer. Quid sit enim allegoria non ibi forte

cc 1486
mi 1347

13, 6sq. Gen. 2,7 **13sq.** Gal. 4,24 **14sq.** allegoria[2] ... significare] *cf.* Mar. Vict. in Gal. 4,24,2*sq.* (CSEL 83,2, p. 153) **16** agnus Christus] *cf.* Ioh. 1,29 | leo Christus] *cf.* Apoc. 5,5 **17** petra Christus] *cf.* 1 Cor. 10,4 | mons Christus] *cf.* Dan. 2,35

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

13, 1 quidem] quid $α_2$ δ Ly P_{23} **2** est[2] *om.* δ **4** autem *om.* V_2 δ **9** me dixisse] maledixisse δ **10** et *om.* ε χ | ex *om.* π **11** verba ista *tr.* ε ζ *ma* **13** de] e χ **14** inquit *om.* V_2 δ C P_{23} | aliquid **om.* π χ C P_{23} **15** in[2] *om.* π χ C **16** dicitur *om.* δ **19** putat] putant $α_2$ **21** vide] videte *Ly*; videtis *lo ma* | specula V_2 δ **22** loquere δ

didicissent homines, nisi in scripturis dei. Ergo quod dicimus allegoriam figura est: sacramentum figuratum allegoria est.

Quid hic accipimus: ASCENDIT SUPER PENNAS VENTORUM? Diximus bene accipi figurate ventos animas. Pennae ventorum, pennae animarum quae sunt, nisi a quibus sursum attolluntur? Pennae ergo animarum virtutes, bona opera, recta facta. In duabus alis habent omnes pennas: omnia enim praecepta in duobus praeceptis sunt. Quisquis dilexerit deum et proximum, animam habet pennatam, liberis alis, sancto amore volantem ad dominum. Quicumque implicatur amore carnali, viscum habet in pennis. Nam si anima non habet alas et pennas, unde ille gemens in tribulationibus dicit: *Quis dabit mihi pennas, sicut columbae?* Et sequitur: *et volabo, et requiescam.* Item alio loco: *Quo abibo a spiritu tuo, et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in caelum, ibi es; si descendero in infernum, ades; si accepero pennas meas* sicut columba, *et volabo in extrema maris*, tamquam diceret: 'Sic possum fugere a facie irae tuae, si accepero pennas ut columba, et volabo in extrema maris'. In extrema maris volare est spem iam praetendere in finem saeculi, quomodo ille qui ait: *Hoc labor est ante me, donec introeam in sanctuarium dei, et intellegam in novissima.* Et quomodo venit in extrema maris etiam acceptis pennis? cc 1487
Etenim illuc inquit *manus tua deducet me, et perducet me dextera tua.* Nam et cum pennis meis casura sum, nisi tu deducas. Ergo habent alas bonas et liberas, et nullo visco obligatas animae bene operantes dei praecepta, habentes caritatem de conscientia pura

29sq. omnia ... sunt] *cf.* Matth. 22,40 **34sq.** Ps. 54,7 **35–37** Ps. 138,7-9 **41–43** Ps. 72,16-17 **44sq.** Ps. 138,10 **47sq.** de ... ficta] *cf.* 1 Tim. 1,5

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.*: YX

24 figuram esse $\varepsilon\zeta CP_{23}Yma$ **25** quid] et *add.* $\alpha_2\varepsilon\zeta ma$ **28** ergo] vero δ recte $\alpha_2\chi Lyma$ **31** pennatam] pennarum δ **33** animo δ **35** ibo $\varepsilon\chi\zeta Lyma$ | a *om.* δ **36** ibi] tu illic $\alpha_2\varepsilon\zeta Ly$; tu ibi *lo ma* **37** in] ad Xma **38** volavero ζLy | extremis $\varepsilon\zeta Ly$ **39** ut] sicut $\delta\chi$ **40** volavero $\varepsilon\zeta ma$ **43** maris] iam ζ **44** deducit χ | perducit χ **45** tu] me *add.* α **46** habet δ | alas habent *tr.* $CXma$ **47** praecepta dei *tr. ma*

et fide non ficta. Sed quantumvis sint praeditae virtutibus caritami 1348 tis, quid ad illam dilectionem dei, qua sunt dilectae, etiam cum 50 visco essent implicatae? Maior ergo dilectio in nos dei, quam nostra in illum. Nostra dilectio pennae nostrae sunt: sed ille AMBULAT ET SUPER PENNAS VENTORUM.

(14.) Iam dicebat quibusdam apostolus: *Flecto genua mea pro vobis ad patrem, ut det vobis secundum interiorem hominem habitare Christum per fidem in cordibus vestris, ut in caritate radicati et fundati* – iam dat illis caritatem, iam dat illis alas et pennas – *ut* 5 *possitis* inquit *comprehendere quae sit latitudo, altitudo, longitudo et profundum.* Fortassis crucem domini significat. Erat enim *latitudo*, in qua porrectae sunt manus, *longitudo* a terra surgens, in qua erat corpus infixum, *altitudo* ab illo devexo ligno sursum quod eminet; *profundum*, ubi fixa erat crux: et ibi omnis spes 10 vitae nostrae. *Latitudo* est enim in bonis operibus, *longitudo* in perseverando usque in finem, *altitudo* propter sursum cor, ut omnia bona opera nostra, in quibus perseveramus usque in finem, habentes latitudinem, quia bene operamur, et longitudinem, quia perseveramus, non faciamus aliquid nisi spe caelestium 15 praemiorum: ipsa est enim altitudo, non hic quaerere mercedem sed sursum, ne dicatur nobis: *Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.* Profundum autem quod dixi, ubi fixa erat pars crucis, et non videbatur: inde surgebant quae videbantur. Quid est quod occultum est, et non publicum in ecclesia? Sacramentum baptis20 mi, sacramentum eucharistiae. Opera enim nostra bona vident et

14, 1–4 Eph. 3,14.16.17 **4–6** Eph. 3,18 **16sq.** Matth. 6,2

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

48 praedictae $\alpha\chi$ **49** qua] quia δ; quae χ **50** in nos dilectio *tr.* $\varepsilon\zeta$ Ly X *ma*; dei in nos *tr.* α_2 **14, 4** caritatem ... illis *om.* C | iam^2 *om.* V_2 $\delta\chi$ Ly P_{23} **5** longitudo altitudo *tr.* X *ma* **9** omnes δ C **10** enim est *tr.* ζ *ma* **11** perseverandum ε Ly | ut ... 14 aliquid] *anacoluthon* **12** omnia] omnes a δ; per *praem.* ζ **13** quia] qua P_{23} *ma* **14** quia] qua P_{23} *ma* | perseveramus] usque in finem *add.* $\varepsilon\zeta$ C (*pc.*) X (*pc.*) *ma* | aliquid *om. ma* | spem χ **17** quod] ut δ **18** surgebant $V_2\zeta$ *ma*; resurgebant *cett.* | videbantur] non *praem.* $\varepsilon\chi$ Ly

pagani, sacramenta vero occultantur illis, sed ab his quae non vident surgunt illa quae vident, sicut a profundo crucis, quod in terra figitur, surgit tota crux quae apparet et cernitur. Et quid postea? Cum hoc dixisset apostolus, adiecit: *scire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi,* cum iam dictum fuisset: *in caritate radicati et fundati.* Amatis enim Christum, et ideo in cruce operamini. Sed numquid amatis quantum vos ille amavit? Amando autem quantumcumque amatis, volatis ad eum, ut cognoscatis quemadmodum vos ipse amaverit, hoc est sciatis supereminentiam caritatis Christi. Amatis enim vos quantum cc 1488 potestis, et volatis quantum potestis. Sed ille ambulat et super pennas ventorum: QUI AMBULAT SUPER PENNAS VENTORUM.

v. 4 **(15.) QUI FACIT ANGELOS SUOS SPIRITUS, ET MINISTROS SUOS IGNEM FLAGRANTEM.** Et hoc quamvis non videamus apparitionem angelorum – abscondita est enim ab oculis nostris, et est in quadam republica magna imperatoris dei –, tamen esse angelos novimus ex fide, et multis apparuisse scriptum legimus et tenemus, nec inde dubitare fas nobis est. Spiritus autem sunt angeli; et cum spiritus sunt, non sunt angeli: cum mittuntur, fiunt angeli. Angelus enim officii nomen est, non naturae. Quaeris nomen huius naturae? Spiritus est. Quaeris officium? Angelus est. Ex eo quod est, spiritus est; ex eo quod agit, angelus est. Vide mi 1349 illud in homine. Nomen naturae homo, officii miles; nomen naturae vir, officii praeco. Homo ergo fit praeco, id est qui erat homo fit praeco, non qui erat praeco fit homo. Sic ergo qui erant iam spiritus conditi a creatore deo, facit eos angelos, mittendo

24sq. Eph. 3,19

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **15, 2** et] *inc. Flor*

21 non *om.* ε *Ly* **22** illa] ad *praem.* ε *X* | vident[2]] non *praem.* ε *Ly* **24** sciens ε **28** eum] ipsum *lo ma* **29** ipse vos *tr.* α_2 *X ma* | sciatis] ut *praem.* α_2 ε ζ *ma* **31** volatis] petatis δ | et[2] *om.* ε P_{23} *X* **32** qui ... ventorum *om.* α_2 *K* P_{23} **15, 7** angeli sunt *tr. X ma* **10** agit] ait *N* (*ac.*) *Gt* (*ac.*) **12** ergo] enim *X ma* | qui] quia ε *Ly X* | homo erat *tr. X ma* **13** qui[1]] quia ε *Ly X* | sic] si α_2 δ *Ly* | erat α_2 δ

eos nuntiare quod iusserit. Et ignem flagrantem fecit ministros suos: legimus apparuisse ignem in rubo, legimus etiam missum ignem desuper, et implesse quod praeceptum est: ministravit ergo, cum impleret. Cum esset, in natura sua erat; cum egit quod iussum est, ministerium implevit. Sic secundum litteram in creatura.

(16.) Quid est autem in ecclesia figurate? Quomodo accipimus QUI FACIT ANGELOS SUOS SPIRITUS, ET MINISTROS SUOS IGNEM FLAGRANTEM? Spiritus spiritales dicit. Bene facit spiritales angelos suos, id est nuntios verbi sui. *Spiritalis enim omnia iudicat; ipse autem a nemine diiudicatur.* Vide spiritalem factum angelum dei. *Non potui* inquit *loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* De spiritali quadam effectione missus est ad carnales, tamquam angelus de caelo ad terram. Quomodo dicit: ET MINISTROS SUOS IGNEM FLAGRANTEM, nisi quomodo dicit: *spiritu ferventes*? Si enim fervet spiritu, ignis ardens est omnis minister dei. Nonne ardebat Stephanus? Quo igne ardebat? Et quis ignis ille erat quando lapidabatur, et pro eis a quibus lapidabatur rogabat? Cum audis: 'Ignis est minister dei', incensurum illum putas? Incendat licet, sed fenum tuum, id est carnalia om-

15, 16 apparuisse ... rubo] *cf.* Exod. 3,2 **16sq.** missum ... desuper] *cf.* Num. 11,1; 16,35 **16, 4sq.** 1 Cor. 2,15 **6sq.** 1 Cor. 3,1 **10** Rom. 12,11 **12sq.** quando ... rogabat] *cf.* Act. 7,59-60

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **15** et] *inc. Beda* **19** implevit] *des. Beda Flor*

15 facit ε ζ Ly *ma* **16** ignem missum *tr.* ε Ly *Flor* **19** litteram] videmus *add.* ε_1 ζ P_{23} **20** creaturam ε Ly **16, 1** autem] enim δ; *om.* C | accepimus α_2 K **3** spiritales[2] ... suos] angelos suos spiritales *tr.* X *ma* **4** spiritales α_2 χ **5** diiudicatur] iudicatur δ C | vides ε P_{23} **6** vobis loqui *tr.* ε ζ *ma* **7** affectione α_2 ε ζ Ly *ma* **9** suos **om.* π **10** si] sic C X *ma* | fervet] fervens V_2 δ χ ζ P_{23} Y X *ma* **11** quo] quod χ **12** ille ignis *tr.* H_1 *ma* | et ... rogabat *om.* δ **13** rogabat] orabat α_2 χ **14** incendat] ex hoc quod agit angelus est vide illud in homine nomen naturae homo officii miles nomen naturae vir officii praeco homo ergo fit (sit X) praeco (*cf. s. 15,10sq.*) *add.* C X; ex hoc quod ait angelus est vide illud in homine nomen naturae homo officii preco homo ergo fit preco *add.* N Gt Y; ex eo quod angelus est vide illud in homine nomen naturae homo officii praeco incendat *add.* T

nia desideria tua urat minister dei, praedicans verbum dei. Audi illum: *Sic nos existimet homo quasi ministros Christi, et dispensatores mysteriorum dei.* Quomodo autem ardebat, cum diceret: *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est*? Ardebat et flagrabat caritate, et ibat in eos, ut incenderet. Hunc ignem se missurum dominus in terram dicebat, cum ait: *Ignem veni mittere in terram.* Quomodo gladium, sic ignem. Gladius dividit affectum carnalem, ignis absumit. Totum in verbo dei intellege, totum in spiritu dei cognosce. Incipe fervere caritate per verbum quod audis, et vide quid in te fecerit ignis minister dei. QUI FACIT ANGELOS SUOS SPIRITUS, ET MINISTROS SUOS IGNEM FLAGRANTEM. cc 1489

v. 5 (17.) **FUNDAVIT TERRAM SUPER FIRMITATEM EIUS: NON INCLINABITUR IN SAECULUM SAECULI.** De terra ista hoc accipere, nescio utrum habeat ullum exitum, utrum recte dicatur NON INCLINABITUR IN SAECULUM SAECULI de qua dictum est: *Caelum et terra transient*. Laboratur hic, si ad litteram quaeras accipere. Nam quod ait: FUNDAVIT TERRAM SUPER FIRMITATEM EIUS, fortasse quaedam est firmitas occulta nobis, quae continet terram, et hoc dixit FUNDAVIT. Super quid? Super firmitatem ipsius terrae, quam ei supposuit ut contineretur, quae latet forte oculos tuos. Sint ista occulta in creatura, non de obscuritate creaturae

16sq. 1 Cor. 4,1 **17sq.** 2 Cor. 6,11 **20sq.** Luc. 12,49 **21** gladium] *cf.* Matth. 10,34 **17, 4sq.** Matth. 24,35

$\pi(\alpha: V_2\ \alpha_2\ [=F_2\ Mc_2] + \delta: A\ G\ H_1)\quad \varepsilon(N\ Gt\ An_3)\quad \chi(K\ S)\quad \zeta(P_6\ T)\quad C\ Bn_2\ Ly\ Br_1\ P_{23}$ *lect.sel.: Y X* **17, 1** fundavit] *inc. Flor*

15 urat $P_6\ C$ (*pc.*) *ma*; curat $\delta\ \varepsilon\ T$ (*uv.*) $Ly\ X$; currat $\alpha\ \chi\ C$ **16** quasi] ut $\alpha_2\ \chi\ P_{23}$ | dispensatorem $A\ H_1$ **17** ministeriorum $\alpha_2\ \delta\ \chi$ **19** caritatem χ **20** terra $\alpha_2\ \delta\ \varepsilon\ Ly$ **22** affectus $V_2\ \delta$ | absumit V_2 (*pc.*) G (*pc.*) $\zeta\ C$ (*pc.*) *ma*; adsumit *cett.* **24** in te fecerit] interfecerit $\alpha_2\ \delta\ \varepsilon\ K$ **25** suos^2 *om.* δ **17, 1** terram *om.* δ | firmamentum χ **3** ullum] illum $\alpha_2\ Ly$ **5** transiet $V_2\ K\ C\ Ly\ Y$ | litteras $\alpha_2\ An_3$ | quaeres δ **6** terram] eam *praem.* δ **7** nobis] a *praem.* χ **8** firmamentum χ **9** oculis tuis $\varepsilon\ Ly\ P_{23}$ **10** de *om.* δ

mi 1350 creator latebit: quae possumus videamus, ex his quae videmus illum laudemus et amemus.

Convertamus nos ad quaerendum aliquid hic in figura positum. 'Firmavit terram', intellego ecclesiam. *Domini est terra* 15 *et plenitudo eius*: intellego ecclesiam terram. Ipsa est terra sitiens, ipsa est quae dicit in psalmis, una enim dicit ex omnibus: *Anima mea sicut terra sine aqua tibi, sicut terra sine aqua tibi*. Quid est *sine aqua*? Sitiens. Sic sitit anima mea ad te, tamquam terra sine aqua. Nisi enim sitiat, non recte irrigabitur. Animae ebriae 20 pluvia diluvium est; sitiat oportet (*Beati* enim *qui esuriunt et sitiunt iustitiam*) et dicat: *Anima mea tamquam terra sine aqua tibi,* quia dicit alibi: *Sitivit anima mea in deum vivum.* Terram ergo intellego ecclesiam. Quae est firmitas eius super quam fundata est, nisi fundamentum eius? An incongrue intellegimus 25 firmitatem super quam fundata est terra, fundamentum ubi constituta est ecclesia? Quod est illud fundamentum? *Fundamentum* inquit *nemo potest ponere praeterquam quod positum est, quod est Christus Iesus.* Ibi ergo firmati sumus. Merito quia ibi firmati, non inclinabimur in saeculum saeculi; nihil enim firmius isto 30 fundamento. Infirmus tu eras, sed firmum fundamentum te portat. In te firmus esse non poteras: firmus eris semper, si ab illo cc 1490 firmo fundamento non recedas. NON INCLINABITUR IN SAECULUM SAECULI: ipsa est praedestinata *columna et firmamentum veritatis*.

14sq. Ps. 23,1 **16sq.** anima ... tibi[2]] Ps. 142,6 **20sq.** Matth. 5,6 **22** Ps. 41,3 **26–28** 1 Cor. 3,11 **33sq.** 1 Tim. 3,15

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.:* YX **34** veritatis] *des. Flor*

---

12 illum laudemus *om.* δ **14** firmavit] fundavit *ma* **17** sicut[2] ... tibi *om.* α_2 Ly *ma* **18** sitit] sit δ χ C **19** anima α **20** sitiat] satiat δ | enim *om.* δ **22** in] ad α **26** fundamentum[1] *om.* ε **27** ponere *om.* N (*ac.*) An_3 **29** inclinabitur α_2 δ Ly **30** fundamento] firmamento V_2 δ (*lnp. G*) | fundamentum] firmamentum V_2 A H_1 Ly **31** in te firmus] infirmus δ **32** firmo *om.* α fundamento] firmamento V_2 An_3

v. 6-17 (18.) **ABYSSUS SICUT VESTIMENTUM AMICTUS IPSIUS: SUPER MONTES STABUNT AQUAE. AB INCREPATIONE TUA FUGIENT, A VOCE TONITRUS TUI FORMIDABUNT. ASCENDUNT MONTES ET DESCENDUNT CAMPI, IN LOCUM QUEM FUNDASTI EIS. TERMINUM POSUISTI QUEM NON TRANSGREDIENTUR, NEQUE REVERTENTUR TEGERE TERRAM. QUI EMITTIT FONTES IN CONVALLIBUS, INTER MEDIUM MONTIUM PERTRANSIBUNT AQUAE. POTABUNT OMNES BESTIAE AGRI, SUSCIPIENT ONAGRI IN SITIM SUAM. SUPER ILLOS VOLATILIA CAELI INHABITABUNT, DE MEDIO PETRARUM DABUNT VOCEM SUAM. RIGANS MONTES DE SUPERIORIBUS SUIS; DE FRUCTU OPERUM TUORUM SATIABITUR TERRA, PRODUCENS FENUM IUMENTIS ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM, UT EDUCAT PANEM DE TERRA, ET VINUM LAETIFICET COR HOMINIS, UT EXHILARET FACIEM IN OLEO, ET PANIS COR HOMINIS CONFIRMET. SATIABUNTUR LIGNA CAMPI, ET CEDRI LIBANI QUAS PLANTAVIT. ILLIC PASSERES NIDIFICABUNT, FULICAE DOMUS DUX EST EORUM.** Animadvertitis extentum caelum, vultis intellectu ascendere, et ego video. Quam tamen altum sit, puto quod mecum consideret caritas vestra. Nam ideo multos versus volui pronuntiare, ut videatis quam alte sint posita sacramenta dei; ne fastidiamus oblata, ne prompta vilescant, ut semper quaesita etsi cum difficultate, cum maiori iucunditate inveniantur. Inter cetera tamen, fratres, quae possunt accipi ad litteram, numquid et hoc quod dictum est: ILLIC PASSERES NIDIFICABUNT, FULICAE DOMUS DUX EST EORUM? Numquid domus fulicae dux est passerum? Aut domus fulicae dux est mi 1351

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

18, 1 eius P_{23} Y **3** tonitrus H_1 Br_1 *Psalt.Ver.*; tonitrui *cett.* **5** posuisti] eis *add.* α_2 ε χ Ly **6** revertentur] convertentur δ ζ P_{23} | terram tegere *tr.* χ emittis C Ly X *ma* **8** suspiciant δ **9** volatilia] volucres ε ζ Ly **10** voces suas ε Ly **11** tuorum] suorum ε **13** educas α_2 δ C **14** laetificat α_2 δ χ C *ma* **15** confirmat δ C P_{23} *ma* | saturabuntur An_3 χ P_6, *Psalt.Ga.* **18** intellectum α_2 Ly | quam tamen] quantum in ε ζ **20** alta δ Ly; altae χ **21** posita sint *tr.* χ

cedrorum? Et hoc enim ibi est: ET CEDRI LIBANI QUAS PLANTAVIT: ILLIC PASSERES NIDIFICABUNT, FULICAE DOMUS DUX EST EORUM. Et quidem Latina locutione 'eorum cedrorum' non possumus intellegere: cedri enim feminini generis sunt. Fulicae itaque domus quomodo est dux passerum? Hoc enim in ista creatura, quae oculis nostris adiacet, intellegi nullo pacto potest. cc 1491 Fulicas enim aves esse marinas vel stagnenses novimus. Domus fulicae sit nidus fulicae: quomodo ergo domus fulicae dux passerum? Quare quaedam in rebus visibilibus quasi absurda miscet spiritus sanctus, nisi ut ex eo quod non possumus accipere ad litteram, cogat nos ista spiritaliter quaerere?

(19.) Ergo si ad caelum intellectu, ut dixi, ad extentam pellem vultis ascendere, et nubes fecit ascensionem eius, nubes ista quae vobis loquitur invalida est hodie ad omnia ista exponenda. Date veniam, etsi non vestrae, meae certe infirmitati. Aviditatem quidem vestram tantam video, ut semper parati sitis audire; sed duae res sunt, quarum ratio non contemnenda est. Nam et infirmitas corporis nostri consideranda est, et ipsarum rerum quae exponuntur memoria. Interim quae audistis cogitate. Quid dixi? Quae manducastis ruminate. Sic enim eritis munda animalia, et apta epulis dei. Fructum autem vestrum in operibus vestris advertite. Valde enim male digerit is qui bene audit et non bene operatur, quia dominus deus noster non deest pascere. Notum est omnibus quia de pane quem accepimus et quem erogamus reddituri sumus rationem. Optime novit caritas vestra: non enim tacet nobis pagina divina, aut adulat nos deus. De isto loco quam liberi simus ad vos potestis advertere. Et si forte ego minus liber sum,

19, 1 dixi] *cf. s. 18,18*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

28 eorum est *tr.* χ **29** et quidem] equidem V_2 χ C **32** oculis] occultis δ **34** dux] est *add.* ζ **37** cogat] cogitat δ **19, 1** intellectum α_2 Ly P_{23} Y X **2** facit ε ζ **5** tantum α_2 Ly **6** nam *om.* π C P_{23} **8** quid] quae V_2 δ **11** is *om.* α C; his P_6 Ly **13** accipimus δ χ C **15** adulatur ζ X *ma* | loco] quo *add.* ε Ly **16** sumus α_2 ε ζ | avertere δ

vel omnes qui hoc in loco vobis loquuntur, si minus liberi sumus, certe ipse sermo dei neminem timet. Nos autem sive timeamus, sive liberi simus, eum cogimur annuntiare qui neminem timet: hoc vobis non homines, sed deus praestitit, ut et per timidos liberum audiatis. Excusationem in iudicio dei non habebitis, nisi vos in bonis operibus exercueritis, et eorum quae audistis tamquam pluviae fructum congruum dederitis. Fructus congruus opera bona, fructus congruus sincera dilectio, non solum fratris sed et inimici. Supplicem nullum spernas, et cui dare non potes quod petierit, non eum spernas. Si potes dare, da; si non potes, affabilem te praesta. Coronat deus intus bonitatem, ubi non invenit facultatem. Nemo dicat: 'Non habebam'. Caritas non de saccello erogatur, quia quidquid dicimus et quidquid diximus et quidquid dicere potuerimus vel nos vel post nos vel *qui ante nos, finem non* habent nisi caritatem, quia *finis praecepti caritas est, de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta*. Interrogate, quando rogatis deum, corda vestra: videte quomodo transmittatis versum istum: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus* mi 1352
debitoribus nostris. Non eris orans, nisi istam dicas; si aliam dicas, non te exaudit ille, quia non ipsam tibi dictavit iurisperitus quem misit. Necesse est ergo ut et quando verba nostra dicimus in cc 1492
oratione, secundum ipsam dicamus; et quando ipsa verba dicimus, bene intellegamus quod dicimus, quia manifestam illam esse deus voluit. Si ergo non oraveritis, spem non habebitis; si aliter

24sq. dilectio ... inimici] *cf.* Matth. 5,44 **31sq.** 1 Tim. 1,5 **34sq.** Matth. 6,12

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

17 omnis δ | in hoc *tr. X ma* **18** nos ... 20 timet *om.* δ **19** sumus $\alpha_2 \chi$ Ly **22** auditis $\alpha_2 \delta$ **23** pluvia χ | fructum pluviae *tr.* $\varepsilon \zeta$ | fructus] est *add.* ζ **24** fratres $\alpha_2 \chi$ **26** petieris δ **27** effabilem $\alpha_2 \delta$ | praesta] fac $\varepsilon \zeta$ Ly | bonitatem] voluntatem An_3 K (*pc.*) *ma* **28** habeo α_2 G H_1 X *ma* **29** quidquid[1]] quod $\varepsilon \zeta$ Ly **32** fide] de *praem.* δ **35** ista $\alpha_2 \varepsilon$ K ζ C Ly | alia $\varepsilon \chi \zeta$ C Ly **36** ipsa $\chi \zeta$ | dictavit tibi *tr.* δ **37** dicimus] bene *add.* α **38** orationem χ secundam δ

quam magister docuit oraveritis, non exaudiemini; aut si in oratione mentiti fueritis, non impetrabitis. Ergo et orandum et verum dicendum est, et sic orandum est, quomodo ille docuit. Velis nolis, quotidie dicturus es: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Vis securus dicere? Fac quod dicis.

SERMO II

mense Dec. a. 403 (vel 409) paucis diebus post En. 103,I (cf. i. 1,7sq.) habitus

(1.) Scio quia debitores nos tenetis, non necessitate, sed, quod est vehementius, caritate. Debemus autem hoc primo domino deo nostro, qui habitans et in vobis, exigit ista de nobis; deinde domno et patri praesenti et iubenti et oranti pro me; deinde vestrae violentiae, qua extorquetis etiam infirmis viribus nostris. Tamen, quantum dominus donat, qui et ipsas vires vobis orantibus donare dignetur, quoniam psalmi huius primas partes die iam nuper praecedente tractavimus, etiam sequentia suscipienda sunt, et illo adiuvante, in cuius nomine coepimus, terminanda sunt. Commendaveramus autem caritati vestrae, qui adfuistis, totum istum psalmum figuratis mysteriis esse contextum. Unde quod difficilius quaeritur, solet dulcius inveniri. Nec putetis ista vobis obscuritate subtracta, sed difficultate condita ad

1, 10 commendaveramus] *cf. s. 1,1,6sq.*

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

42 orationem χ
1, 1 quia] quod $\alpha_2\chi$; nos *add.* A G | nos debitores *tr.* H_1 **3** exegit χ **5** violentiae] benivolentiae $\alpha_2\chi$ TP_{23} | qua] quia δ; quae TC | extorquetis] extorquet ista $\varepsilon\zeta$ **8** diei χ **9** adiuvante] diu ante NGt; iuvante ζ | in *om.* ε **10** qui adfuistis] qua fuistis δ; quia fuistis An_3 **12** difficilis AH_1 | nec] ne δ An_3 **13** nobis F_2K (*pc.*)

hoc – saepe iam diximus – ut detur petentibus, inveniatur a quaerentibus, intretur a pulsantibus. Sed opus est nobis aliquanto maiore et silentio vestro et patientia, ut pauca quae dicturi sumus non per strepitum tempus amplius occupent. Pauca enim nos dicere temporis cogit angustia, quod novit et caritas vestra debere nos exsequiis fidelis corporis sollemne obsequium. Ecce iam quae dicta sunt repetere et rursus exponere non cogamur. Sed defuerint aliqui qui non audierunt? Non deessent. Prodest autem illis fortasse quod non audiunt modo quod audierunt qui adfuerunt, ut et ipsi discant adesse. Legimus ergo cursim.

v. 1 **(2.) BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM:** omnium nostrum anima dicat, una facta in Christo.

DOMINE DEUS MEUS, MAGNIFICATUS ES NIMIS. Unde magnificatus es? CONFESSIONEM ET DECOREM INDUISTI. Confitemini, ut decoremini, ut induat vos.

v. 2 **CIRCUMAMICTUS LUCEM SICUT VESTIMENTUM:** circumamictus ecclesiam suam, quia ipsa facta est lux in illo, quae prius erat tenebrae in se, dicente apostolo: *Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino.* cc 1493

v. 3 **EXTENDENS CAELUM SICUT PELLEM:** vel tam facile quam tu pellem (si tam facile sit, tamquam ad litteram accipias), vel auctoritatem scripturarum intellegamus distentam per totum mundum nomine pellis, quia mortalitas in pelle significatur: dispensata est autem nobis omnis auctoritas scripturarum divina- mi 1353

14sq. detur ... pulsantibus] *cf.* Matth. 7,7-8 **2, 8sq.** Eph. 5,8

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

14 hoc V_2 δ; *quod *add. cett. ma* **16** patientia] vestra *add. C ma* **19** ecce iam] etiam δ T **20** cogemur χ | sed] si *add.* ε χ ζ Ly Y X; si C *ma* | *defuerunt ε ζ Ly P_{23} Y *ma* **21** non^2] qui *praem.* ε χ ζ Ly Y X **22** quod non] qui C X **23** *legamus α_2 G H_1 ε ζ Ly P_{23} X; elegimus C (elegamus *pc.*) **2, 3** magnificatus] factus A H_1; magnus factus G **6** luce ε χ | velut π C Ly P_{23} Y **7** erat χ **11** tam ... sit *om. π χ Ly P_{23} | sit *om.* ζ | vel] velut δ **12** auctorem δ **13** mortali A H_1; mortales G | significantur δ

rum per homines mortales, quorum iam mortuorum fama distenditur.

(3.) QUI PROTEGIS IN AQUIS SUPERIORA EIUS. Cuius superiora? Caeli. Quid est caelum? Figurate dumtaxat diximus scripturam divinam. Quae superiora scripturae divinae? Praeceptum, quo nihil est eminentius, caritatis. Quare autem aquis comparata est caritas? Quia *caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Unde aqua ipse spiritus? Quia *stabat Iesus, et clamabat: Si quis sitit, veniat ad me. Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius.* Unde probamus quia de spiritu dictum est? Dicat ipse evangelista, qui sequitur et ait: *Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum erant credituri.*

QUI AMBULAT SUPER PENNAS VENTORUM, id est super virtutes animarum. Quae est virtus animae? Ipsa caritas. Quomodo autem ille super illam? Quia maior est caritas dei in nos, quam nostra in deum.

(4.) QUI FACIT ANGELOS SUOS SPIRITUS, ET MINISTROS SUOS IGNEM FLAGRANTEM, id est eos qui iam spiritus sunt, qui spiritales, non carnales sunt, facit angelos suos, mittendo ut praedicent eius evangelium. ET MINISTROS SUOS IGNEM FLAGRANTEM: nisi enim ardeat minister praedicans, non accendit eum cui praedicat. *v. 4*

3, 5sq. Rom. 5,5 **7sq.** Ioh. 7,37-38 **10sq.** Ioh. 7,39

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

3, 1 protegit χ *ma* **4** quo] quod A H_1 S P_{23} **7** ad me *om.* ε ζ; et bibat *add.* ε ζ P_{23} Y **8** de ventre eius fluent *tr.* ζ **9** dicit G An_3 | ipse dicat *tr.* χ | quid α_2 δ χ **10** hii N χ Ly | hi ... credituri] credentes in eum H_1 X **11** erant] fuerant V_2 δ C P_{23} *ma* **14** illam] ambulat *add.* α_2 ζ P_{23} *ma* | nobis ε ζ C (*pc.*) **4, 2** qui iam] quia A G

v. 5 **(5.) FUNDAVIT TERRAM SUPER FIRMAMENTUM EIUS.** Firmavit ecclesiam super firmamentum ecclesiae. Quid est fundamentum ecclesiae, nisi de quo dicit apostolus: *Fundamentum nemo potest ponere praeterquam quod positum est, quod est Christus Iesus*? Et ideo tali fundamento suffulta, quid meruit audire? **NON INCLINABITUR IN SAECULUM SAECULI.** Firmavit terram super firmitatem eius, id est firmavit ecclesiam super fundamentum Christum. Nutabit ecclesia si nutaverit fundamentum; sed unde nutabit Christus, qui antequam veniret ad nos, et carnem susciperet, *omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil,* qui omnia continet maiestate, et nos bonitate? Non nutante Christo NON INCLINABIMUR IN SAECULUM SAECULI. Ubi sunt qui dicunt perisse de mundo ecclesiam, quando nec inclinari potest? cc 1494

(6.) Sed unde coepit dominus asserere istam ecclesiam, revelare, incipere, ostendere, diffundere? Unde coepit hoc? Quid erat primo? Quia FIRMAVIT TERRAM SUPER FIRMITATEM EIUS, NON INCLINABITUR IN SAECULUM SAECULI.

v. 6 **ABYSSUS SICUT VESTIMENTUM AMICTUS IPSIUS.** Cuius? Numquid forte dei? Sed iam de amictu eius dixerat: CIRCUMAMICTUS LUCEM VELUT VESTIMENTUM. Audio deum luce vestitum: et lux ipsa, si volumus, nos sumus. Quid est 'si volumus'? Si iam tenebrae non sumus. Ergo si deus luce vestitus est, cuius

5, 3–5 1 Cor. 3,11 **10** Ioh. 1,3

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **5, 5** et] *inc. Flor* **12** saeculi] *des. Flor*

5, 1 firmamentum] fundamentum ε P_6; firmitatem *T* P_{23} **2** firmavit] fundavit $V_2\zeta$ | firmamentum] fundamentum $\varepsilon\zeta$ | ecclesiae] *quid (quod χ *C Ly* P_{23} *ma*) est firmamentum ecclesiae nisi fundamentum ecclesiae *add.* $\varepsilon\chi$ *C Ly* P_{23} *Y X ma* | quod *C* P_{23} *X ma* **3** quo] quod π *C* P_{23} *ma* **6** firmavit] fundavit An_3 *ma* **7** firmitatem] fundamentum χ P_{23} | fundamentum] firmamentum δ **8** nutavit χ *Ly* | firmamentum χ | sed] et ε *Ly* **9** nutavit $\varepsilon\chi$ *Ly* | qui] quia ε P_{23} | ad nos veniret *tr.* ζ **10** qui] quia δ **11** nutante] nutavit *A*; nutabit *G* | christus *A* (*ac.*) *G* **12** inclinabitur $\alpha_2\delta$ *K* ζ *ma* **6, 2** revelare *om.* δ | hoc] homo $V_2\delta$ **3** fundavit *Ly ma* | firmitatem] firmamentum π (H_1 *ac.uv.*) *C* **7** luce χ | velut] sicut $\chi\zeta$ P_{23} | vestitum] vestium δ **8** nos] non *C* **9** non sumus] fuimus δ (*lnp. G*) χ *C* | si ergo *tr.* δ

mi 1354 rursus vestimentum est abyssus? Abyssus enim dicitur immensa aquarum copia: omnis aqua, omnis humida natura atque substantia circumquaque diffusa per maria et flumina et antra occulta, semel uno nomine abyssus vocatur. Ergo terram intellegimus, de qua dixit: FIRMAVIT TERRAM SUPER FIRMITATEM EIUS, NON INCLINABITUR IN SAECULUM SAECULI. De illa dictum credo: ABYSSUS SICUT VESTIMENTUM AMICTUS IPSIUS. Terrae enim quasi vestimentum est aqua, circumdans eam et contegens eam. Sed aliquando in diluvio ita crevit haec vestis terrae, ut omnia omnino cooperiret, et transcenderet altissimos montes, sicut scriptura testatur, cubitis ferme quindecim. Fortasse ipsum tempus significavit iste psalmus, cum diceret: ABYSSUS SICUT VESTIMENTUM AMICTUS IPSIUS.

(7.) SUPER MONTES STABUNT AQUAE: id est vestimentum terrae, quod est abyssus, ita crevit, ut etiam super montes aquae starent. Legimus hoc, ut dixi, factum in diluvio. Inde loquebatur propheta: narrabat nobis praeterita, an praenuntiabat futura? Sed si narraret praeterita, non nobis diceret: SUPER MONTES STABUNT AQUAE, sed: 'Super montes steterunt aquae'. Praeteritum enim tempus pro futuro solere poni in scripturis, ita praevidente spiritu quae ventura sunt, quasi iam facta sint, solemus legere. Inde est quod illud in illo psalmo novimus omnes, ubi tamquam evangelium recitatur: *Foderunt manus meas et pedes, dinumeraverunt omnia ossa mea, super vestimentum meum miserunt sortem.*

6, 19sq. scriptura testatur] *cf.* Gen. 7,19-20 **7, 3** dixi] *cf. s. 6,18* **10sq.** Ps. 21,17-19

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

10 rursum α_2 P_{23} *ma* | abyssus est *tr.* χ **12** antra] contra δ **13** simul *lo ma* | intelligimus ζ *X* **14** firmavit] fundavit *ma* | firmitatem] firmamentum α_2 *ma* **16** eius F_2 P_6 | terra α_2 ε χ *Ly* **17** aquae *N Gt* χ **18** haec *om.* δ **7, 2** starent aquae *tr.* H_1 P_6 **3** ut *om.* δ **4** narrabit δ | praenuntiabat] nobis *add.* χ **7** soleri δ **8** ventura] futura ε ζ *Ly* **9** illo] alio *Gt ma* | novimus] non vidimus *add.* ε_1 **10** recitaretur *C X* | pedes] meos *add.* α_2 ε ζ *Ly*

Omnia quasi iam facta commemorantur, quae utique adhuc ventura cernebantur. Sed quantum potest nostra diligentia? Quantum autem potest tanta occupatio? Aut quando sic vacat, ut possimus pro certo dicere: 'Ita est'? Animadvertimus saepe prophetas praeterito tempore verborum dicere quae futura sunt; figura autem futuri dicere praeterita non facile occurrit legenti. cc 1495 Non audeo dicere: 'Non est', sed certe studiosis earum litterarum indixerim quid quaerant. Si invenerint et ad nos attulerint, gratulabimur adolescentium studiis otiosorum occupati senes, et ex eorum ministerio et nos aliquid discimus. Non enim dedignamur, quando Christus de omnibus docet. Hoc ergo dicit: SUPER MONTES STABUNT AQUAE. Propheta, curans futura praedicere, non narrare praeterita, propterea dixit, quia ecclesiam futuram in diluvio persecutionum volebat intellegi. Fuit enim tempus aliquando, quo terram dei, ecclesiam dei, cooperuerant aquae persequentium; et ita cooperuerant, ut non apparerent nec ipsi magni, qui sunt montes. Quando enim ubique fugiebant, quomodo non minus apparebant? Et fortasse de illis aquis est vox illa: *Salvum me fac, deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam.* Maxime aquae quae mare faciunt, procellosae, infructuosae. Non enim quamcumque terram cooperuerit aqua marina, fecundavit eam potius quam ad sterilitatem perduceret. Erant enim et montes sub aquis, quia SUPER MONTES STABUNT AQUAE; populi resistentes superaverant auctoritatem omnium ubique fortiter evangelizantium verbum dei, cooperuerant illos

30sq. Ps. 68,2

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

12 iam quasi *tr.* *ε ζ Ly* **15** possumus *χ* **16** futura] ventura *δ* **21** et nos *del. G* | nos] non *V*$_2$ *δ* | discemus *C* (*pc.*) *ma* **22** ergo hoc *tr.* *π* **26** terram] territam *ε ζ* | dei^2 *om.* *ε ζ* | cooperuerat *praem.* *χ* **27** cooperuerant] aquae *add.* *χ* **30** introierunt *P*$_{23}$ *Y* **31** quae *om.* *χ* **32** cooperuerat *ε ζ*; cooperit *χ* **33** fecundabit *C ma*; fundavit *δ* | perducet *δ C ma*; perducit *α*$_2$ **35** superaverunt *α*$_2$ *ε ζ C Ly P*$_{23}$ *X* **36** cooperuerunt *ε ζ Ly*; qui operuerant *δ* | eos *C ma*

mi 1355 aquae, et super illos STABUNT AQUAE. Dicebant: 'Preme, preme!', et premebant; 'Exstingue, non appareant!'. Dicebant ista, et praevalebant super martyres, et fugiebant ubique Christiani, et
40 fuga quadam occultabantur apostoli. Unde fuga occultabantur apostoli? Quia SUPER MONTES STABUNT AQUAE. Erat potestas aquarum magna. Sed quamdiu? Audi quod sequitur.

(8.) AB INCREPATIONE TUA FUGIENT. Et hoc factum est, *v. 7* fratres: ab increpatione dei fugerunt aquae, hoc est a pressura montium recesserunt. Iam montes ipsi exstant Petrus, Paulus: quomodo eminent? Qui ante a persecutoribus premebantur,
5 nunc ab imperatoribus venerantur. Fugerunt enim aquae ab increpatione dei, quia cor regum in manu domini: deflexit quo voluit, iussit per eos pacem dari Christianis; emicuit et eminuit auctoritas apostolica. Numquid et quando supra erant aquae, montium defecerat magnitudo? Sed tamen, fratres mei, ut omnes
10 viderent eminentiam montium, per quos montes salus esset generi humano, quia *levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi,* ab increpatione dei fugerunt aquae.

A VOCE TONITRUS TUI FORMIDABUNT. Iam quis non terreatur voce dei per apostolos, voce dei per scripturas, per
15 nubes eius? Conquievit mare, formidaverunt aquae, nudati sunt montes. Iussit imperator. Sed quis iussisset, nisi deus tonuisset? Quia voluit deus, illi iusserunt, et factum est. Ergo nullus sibi hominum arroget aliquid: formidaverunt aquae, sed A VOCE
cc 1496 TONITRUS TUI. Nam ecce, cum voluit deus, fugerunt aquae, ne

---

8, 6 cor ... domini] *cf.* Prov. 21,1 **11sq.** Ps. 120,1

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

37 super] sub χ | ipsos $\varepsilon\zeta$ | stabant ε *ma* **40** fuga^2 *om.* F_2 *K* **41** stabant V_2 (*uv.*) ε *S T* **42** quid χ **8, 3** iam] tam *G* H_1 | existant F_2 *K* | Paulus] et *praem. Gt* P_6 P_{23} *X ma* **4** a *om.* V_2 δ **6** domini] dei ε *K* ζ *ma* | quo] quod *Ly* P_{23}; qui *C X* **7** dare χ P_6 (*pc.*) *C Ly* **12** domini δ **13** tonitrus *C Psalt. Ver. ma*; tonitrui *cett. Psalt. Ga.* **14** voce^1] a *praem.* $\alpha\chi$ *ma* | dei^1] domini δ P_{23} **15** conquievit] cum quievit χ **16** quis] quid α *N K Ly* **19** tonitrus V_2 *C ma*; tonitrui *cett.*

premerent montes. Antequam id fieret, et sub aquis firmi erant montes.

v. 8 (9.) **ASCENDUNT MONTES ET DESCENDUNT CAMPI IN LOCUM QUEM FUNDASTI EIS.** Adhuc de aquis loquitur. Non hic montes accipiamus quasi terrenos, neque campos quasi terrenos, sed fluctus tam magnos ut montibus comparentur. Fluctuavit aliquando mare, et fluctus eius tamquam montes fuerunt, qui montes illos apostolos operirent. Sed quamdiu ASCENDUNT MONTES ET DESCENDUNT CAMPI? Saevierunt, placati sunt. Cum saeviebant, montes erant; cum placati sunt, campi facti sunt: fundavit enim eis locum. Est quidam meatus quasi profundus locus, quo recepta sunt quodammodo omnia saevientia corda mortalium. Quam multi modo et salsi et amari sunt, et tamen quieti! Quam multi sunt qui dulcescere nolunt! Quid est 'qui dulcescere nolunt'? Qui in Christum credere adhuc nolunt. Et quamvis multi sunt qui nondum crediderunt, quid faciunt ecclesiae? Montes erant aliquando, modo campi sunt; tamen, fratres mei, et malacia mare est. Quare enim non saeviunt modo? Quare non insaniunt? Quare non dant operam? Si non possunt evertere
v. 9 terram nostram, certe contegere. Quare non? Audi: **TERMINUM POSUISTI QUEM NON TRANSGREDIENTUR, NEQUE REVERTENTUR TEGERE TERRAM.**

(10.) Quid ergo? Quia iam fluctus amarissimi modum acceperunt, ut liceat nobis talia etiam libere praedicare, quia terminum acceperunt debitum, quia transgredi non possunt impositum finem, NEQUE REVERTENTUR TEGERE TERRAM, quid fit in ipsa terra? Quae operationes ibi fiunt, quam iam mare nudavit? Etsi ad eius oram tenues fluctus perstrepunt, etsi adhuc mi 1356

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

9, 3 neque ... terrenos *om.* P_6 C P_{23} **4** magnus α_2 δ **7** servierunt δ | placati] et *praem.* ε ζ *ma* **9** meatus *lo ma*; metus *codd.* **12** sunt *om.* δ | quid est qui N (*ac. uv.*) χ C Ly; quid est quod A G; qui sunt qui *cett. ma* **13** adhuc credere *tr.* δ ε ζ Ly *ma* **16** malacia V_2 *ma*; malitia *cett.* **17** opera F_2 S Ly | avertere δ **19** posuisti] eis *add.* ε ζ **10, 2** talibus P_{23} Y **6** oram *om.* δ

murmurant pagani, sonitum litorum audio, diluvium non perhorresco. Quid ergo? Quid fit in terra? **QUI EMITTIT FONTES IN CONVALLIBUS.** EMITTIT inquit FONTES IN CONVALLIBUS. Convalles nostis quid sint: depressa loca terrarum. Nam collibus et montibus contraria figura opponuntur valles vel convalles. Colles et montes tumores terrarum sunt, valles autem vel convalles humilitates terrarum. Noli contemnere humilitates: inde fluunt fontes. EMITTIT FONTES IN CONVALLIBUS. Audi montem; dicit apostolus: *Plus omnibus illis laboravi.* Magnitudo quaedam commendatur; statim tamen, ut profluant aquae, convallem se fecit: *Non ego autem, sed gratia dei mecum.* Non repugnat ut qui sunt montes, sint et convalles; sicut enim montes dicuntur propter spiritalem magnitudinem, ita et convalles propter sui spiritus humilitatem. *Non ego* inquit, *sed gratia dei mecum. Non ego* convallis est, *gratia dei* fons est. QUI EMITTIT FONTES IN CONVALLIBUS. De spiritu dicebatur, quod modo commemoravi: *Si quis sitit, veniat ad me. Qui credit in me, flumina aquae vivae fluent de ventre eius. Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant hi qui in eum erant crediturі.* Videamus si convalles sunt, ut emittantur fontes in convallibus. Audi prophetam: *Super quem requiescet spiritus meus? Super humilem et quietum.* Quid est *Super quem*

v. 10

cc 1497

10, 15–17 1 Cor. 15,10 **22** quod ... commemoravi] *cf. s. 3,7-11* **22–25** Ioh. 7,37-39 **26sq.** Is. 66,2

π (*α*: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + *δ*: *A G* H_1) *ε* (*N Gt* An_3) *χ* (*K S*) *ζ* (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

8 emittis *Psalt.Ga. ma* **9** emittis *ma* | emittit ... convallibus *om.* F_2 An_3 **11** opponitur *δ* | convalles] colles V_2 *δ* **12** autem ... convalles *om. C X* convalles] colles V_2 *δ* **13** noli ... humilitates *om. ε ζ* **14** emittis *ma* **15** illis omnibus *tr.* α_2 *χ ma* **16** fluant *δ* **18** convalles] colles *δ* **21** est[1] *om. C X* | gratia] et *praem. C ma* | dei] mecum *add. ε ζ Ly* P_{23} *Y ma* | emittis *ma* **22** quod modo] quomodo α_2 *δ N χ* **23** ad me *om. lo*; et bibat *add. lo ma* | fluunt *A G Ly* **24** autem] enim *χ* | de spiritu *om. A G* | hii *N χ Ly* **25** erant] fuerant V_2 *δ C* P_{23} *Y ma* | crediturі erant *tr. χ* **26** requiescit V_2 *δ χ C X* **27** meus] nisi *add.* α_2 *ε ζ Ly X ma* | quietum] et trementem verba mea *add. ε ζ C* (*pc.*) *Ly Y X ma* | quid ... quietum *om.* α_2 | quem *C X ma*; quietum *cett.*

requiescet spiritus meus? Super humilem et quietum? Quis habebit fontem meum? Convallis.

(11.) INTER MEDIUM MONTIUM PERTRANSIBUNT AQUAE. Huc usque a lectore pronuntiatus est psalmus, huc usque vestrae caritati sufficiat. Hoc dicemus, et in nomine dei sermonem terminabimus. Quid est INTER MEDIUM MONTIUM PERTRANSIBUNT AQUAE? Audivimus qui sint montes: magni praedicatores, sublimes angeli dei, quamvis adhuc in carne mortali: excelsi non sua virtute, sed illius gratia. Quantum autem ad ipsos attinet, convalles sunt, humiliter emittunt fontes. Et INTER MEDIUM MONTIUM inquit PERTRANSIBUNT AQUAE. Putemus hoc ita dictum: inter medium apostolorum pertransibunt praedicationes verbi veritatis. Quid est inter medium apostolorum? Quod medium dicitur, commune est. Res communis, unde omnes aequaliter vivunt, media est: nec ad te nec ad me, sed nec a te nec a me. Propterea loquimur et sic de aliquibus hominibus: 'Habent inter se pacem', 'Habent inter se fidem', 'Habent inter se caritatem'. Sic certe dicimus. Quid est inter se? In medio sui. Quid est in medio sui? Communis est illis. Audi aquas inter medium montium: quia communis illis fides erat, nec quisque aquas quasi proprias et suas habebat. Si enim non sunt in medio, quasi privatae sunt, non publice fluunt: et ego habeo meam, et ille habet suam, non est in medio quod et ego et ipse habeat; sed talis non est pacifica praedicatio. At vero ut inter medium montium fluant mi 1357

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX **11, 8** et] *inc. Flor*

---

28 requiescit $\delta\chi\zeta CLyX$ **29** convalles $\alpha_2\chi$ **11, 2** huc[1]] hoc δLy | huc[2]] hoc $V_2\delta$ | caritati vestrae *tr.* P_6 *ma* **3** dicimus $\varepsilon\chi TLy$ | terminavimus εLy **5** sint montes] montes sunt δ; sunt montes $\alpha_2\zeta$ | praedicatores] verbi *add.* $\varepsilon\zeta LyYX$ *ma* **7** attinet ad ipsos *tr.* $\varepsilon\zeta Ly$ **10** apostolorum medium *tr. lo ma* **11** quid] quid est inter medium montium transibunt aquae *praem.* $\varepsilon\zeta Ly P_{23}$ **13** nec[1] ... me] nec adtinet ad te nec ad me *lo*; nec adtinet ad me $\varepsilon\zeta CX$ *ma Flor* | sed ... me] sed nec ad te nec ad me $\varepsilon\zeta CX$; *om.* $\alpha_2 H_1 Ly lo$ **17** commune $\varepsilon\zeta$ *ma* **18** nec] ne An_3N **19** habebant χ **21** talis] et *praem.* $V_2\delta$ **22** ut *om.* δ | fluunt δP_6

aquae, audi vocem montis: *Deus* inquit *pacis det vobis idipsum sapere in invicem;* iterum: *ut idipsum sapiatis omnes, et non sint in vobis schismata.* Quod sentio, sentis: in medio fluit aqua, non habeo quasi privatum meum, nec tu privatum tuum. Veritas nec mea sit propria nec tua, ut et tua sit et mea: INTER MEDIUM MONTIUM PERTRANSIBUNT AQUAE. Audi ipsum montem, ut dixi, quia INTER MEDIUM MONTIUM PERTRANSIBUNT AQUAE. cc 1498 *Sive autem ego sive illi, sic praedicamus et sic credidistis.* Securus dixit: *Sive ego sive illi, sic praedicamus et sic credidistis.* Inter medium enim montium fluebant aquae: nulla de aquis discordia montium, sed pax consensionis et societas caritatis. Si quis autem vellet aliud praedicare, iam de suo praedicaret, non de medio. Et audi quid de illo dicatur ab ipso qui emisit fontes in convallibus: *Qui loquitur mendacium, de suo loquitur.* Itaque ne acciperetur aliquis mons non de medio, sed de suo manans, ait apostolus: *Quisquis vobis evangelizaverit praeterquam quod accepistis, anathema sit!* Et vide quemadmodum noluerit de monte praesumi, ne forte mons discedat ab aquis per medium currentibus, et aliquid proprium velit influere. *Licet si nos* – et quantus mons dixit hoc! Quam uberrime aqua fluebat de convalle eius! Tamen hoc volebat ut medius inter montes curreret, et ibi esset certa fides populorum, quod inter se medium atque commune apostoli retinebant –, *licet si nos* inquit. Et tu, Paule, potes aliquid aliter praedicare? Audi quod sequitur: *Licet si nos, aut angelus de caelo annun-*

11, 23sq. Rom. 15,5 **24sq.** 1 Cor. 1,10 **30** 1 Cor. 15,11 **36** Ioh. 8,44 **38sq.** Gal. 1,9 **41–47** Gal. 1,8

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

24 iterum] et **praem.* $\varepsilon\,\zeta$ *Ly ma* | ipsum $\alpha_2\,\delta$ **25** pluit δ **26** *privatam meam *N* An_3 *T Ly Flor* | nec[1] ... tuum *om. N* | *privatam tuam *Gt* An_3 *T Ly Flor* **27** tua[2] ... mea] mea sit et tua *tr.* $\varepsilon\,\chi\,\zeta$ *Ly* **30** securus ... credidistis *om.* $V_2\,\delta$ **31** ille χ **34** velit ε *T Ly* **42** uberrima *A G* | aquae fluebant ε *Ly* P_{23} *Y*; fluebant aquae ζ **43** *medios α *C* P_{23} *X ma* | medius ... montes] medio sint et montes δ | *fides certa *tr.* π *C* P_{23} *Y ma* **45** praedicare] V_2 P_{23} *Flor*; de Paulo quaestio *add. cett. ma*

tiaverit vobis praeterquam quod accepistis, anathema sit. Si veniat mons aliud evangelizans, anathemetur; si veniat angelus aliud evangelizans, anathemetur. Unde hoc? Quia de privato vult fluere, non de medio. Et hoc forte homo carnali nebula praeeditus, et a fonte communi ad propriam suam salsitatem redactus, possit hoc facere. Numquid et angelus? Vere numquid et angelus? Si angelus de proprio fluens in paradiso non esset auditus, non praecipitaremur in mortem. Media aqua posita erat hominibus praeceptum dei: aqua media, aqua quodammodo publica sine fraude (valeat quod diximus caritati vestrae), sine labe, sine coeno fluebat. Si ipsa aqua semper biberetur, semper viveretur. Venit angelus lapsus de caelo, factus serpens, quia insidiose iam venena spargere cupiebat: emisit venenum, de proprio locutus est, de suo, quia *qui loquitur mendacium, de suo loquitur*. Et miseri audiendo dimiserunt quod commune erat, unde beati erant, et ad suum proprium redacti, cum volunt perverse esse similes deo – mi 1358 hoc enim eis dixerat: *Gustate, et eritis sicut dii* –, appetentes quod non erant, quod acceperant amiserunt. Ergo, fratres, ad hoc valeat quod diximus caritati vestrae propter fontes: ut fluant de vobis, convalles estote, et cum omnibus conferte quod de dei habetis. Inter medium fluant aquae, nulli invideatis: bibite, saturamini! Manate, saturate! Ubique communis aqua dei habeat gloriam, non hominum privata mendacia.

53–64 si ... amiserunt] *cf.* Gen. 3,1-19 **56** diximus] *cf. s. 11-33* **63** Gen. 3,5

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **64** amiserunt] *des. Flor*

47 si ... anathemetur *om.* H_1 *N* (*ac.*) An_3 P_{23} | veniet $\alpha_2\chi$ **48** aliud[1] ... aliud] aliunde *bis* χ **51** a *om.* $\varepsilon\zeta$ | falsitatem $\alpha_2\delta$ An_3 P_{23} *ma* **52** numquid[1]] nunquam δ | vere ... angelus *om. Ly* P_{23} | numquid[2] ... angelus *om.* $\varepsilon\zeta$ *Y* **53** in] de ε | auditus] aditus δ **54** praecipitarentur δ; praecipitaretur $\alpha_2\chi$ *T* **55** aqua[2]] aquam *K* **56** valeat χ; valebat ε *T* Bn_2 Br_1 P_{23} *Y X ma* | valeat ... vestrae *om.* π P_6 *C Ly*; *ex l. 65 huc irrepsisse putat Weidmann* **61** quid ε *T*; qui χ **62** perversi $\varepsilon\chi\zeta$ *Ly* P_{23} *Y* **66** deo ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *Ly* P_{23} *ma* **68** manete $\varepsilon\zeta$ | saturati $\varepsilon\zeta$ *ma*

SERMO III

mense Dec. a. 403 (vel 409) habitus paulo post serm. II (cf. i. 1,8)

cc 1499 **(1.)** Reliquarum partium psalmi huius pertractandarum debitores nos esse meminit caritas vestra. Non ergo opus est ut intentionem vestram aliquo prooemio moveam. VideO enim vos ad intellegenda sacramenta prophetica omni alacritate suspensos, nec opus est ut intentos faciat sermo meus, quos iam fecit spiritus dei. Hoc potius agamus quod urguet. De fontibus emissis in convallibus et de aquis inter medium montium pertranseuntibus iam dictum est. Sed hucusque dictum, hinc deinceps ordiemur.

(2.) Sequitur enim: **POTABUNT OMNES BESTIAE SILVAE.** *v. 11* Quid potabunt? Aquas pertranseuntes inter medium montium. Quid potabunt? Fontes emissos in convallibus. Et quae potabunt? BESTIAE SILVAE. Videmus quidem hoc etiam in ista creatura, bestias silvae bibere de fontibus et de rivis inter montes currentibus: sed iam quoniam deo placuit talibus rerum figuris abscondere sapientiam suam, non auferre studiosis, sed claudere neglegentibus, aperire pulsantibus, placuit etiam ipsi domino deo nostro ad hoc hortari vos per nos, ut in his omnibus, quae velut de corporali et de visibili creatura dicuntur, quaeramus aliquid spiritaliter absconditum, quo invento gaudeamus. Bestias silvae gentes intellegimus, et multis hoc locis scriptura testatur; sed tamen evidentissima duo maxime occurrunt documenta: quod in arca Noe, qua nemo nostrum dubitat ecclesiam esse praefiguratam, non includerentur omnia genera animalium, nisi in illa

---

1, 8 iam dictum] *cf.* 103,2,11 **2, 13sq.** in ... Noe] *cf.* Gen. 7,2 **15** includerentur ... animalium] *cf.* Gen. 7,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

1, 3 proemio S T P_{23} Y *ma*; praemio *cett.* **6** urget An_3 ζ Ly **8** hoc usque V_2 δ | ordinemur A H_1 N (*uv.*) Gt K; ordiamur ζ *ma* **2, 3** quae] qui Mc_2 C *ma* **5** fontibus] montibus δ **6** quoniam] quod A H_1 | talium ε ζ *ma* **9** qui χ **10** visibile χ **14** figuratam χ

unitate compaginis omnes gentes significarentur; nisi forte putamus, si omnia talia penitus diluvio delerentur, defuturam fuisse deo potestatem iubendi ut terra produceret, sicut primo verbo eius produxerat. Non ergo frustra, non temere, non aliqua indigentia dei vel inopia potestatis iussa sunt animalia illa in arca includi. Nam posteaquam venit tempus – iam enim debemus et alterum evidentissimum adiungere testimonium –, cum ergo venit tempus, ut illud quod in arca erat praefiguratum, iam in ecclesia compleretur, Petrus apostolus dubitans dare sacramentum evangelicum gentibus incircumcisis – immo non dubitans, sed omnino dandum esse non putans – quodam die esuriens, cum prandere vellet, ascendit ut oraret. Hoc in Actibus Apostolorum omnibus bene legentibus et bene audientibus notum est. Illo igitur orante facta est illi mentis alienatio, quam Graeci ἔκστασιν mi 1359 dicunt, id est aversa est mens eius a consuetudine corporali ad visum quendam contemplandum, alienata a praesentibus. Tunc vidit vas quoddam veluti linteum quattuor lineis submitti de cc 1500 caelo; ibi erant omnia animalia, omnis generis bestiae, et sonuit ei vox: *Petre, macta et manduca!* Ille autem qui in lege fuerat eruditus, et in consuetudine Iudaica creverat, praeceptumque per Moysen dei famulum retinebat, totaque vita sua fideliter custodierat, respondit: *Absit a me, domine; numquam commune aliquid intravit in os meum. Commune* autem immundum dici a Iudaeis et a lege, bene noverunt qui ecclesiasticas litteras didicerunt. Et vox ad illum: *Quae deus mundavit, tu immunda ne dixeris.* Hoc autem factum est ter, et ablatus est ille discus qui demonstrabatur

18sq. terra ... produxerat] *cf.* Gen. 1,24 **24–34** Petrus ... manduca] *cf.* Act. 10,9-16 **34** Act. 10,13 **37sq.** Act. 10,14 **40** Act. 10,15

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

18 deo fuisse *tr.* ζ | produceret] ea *praem.* ζ *ma* **29** ecstasin *ma*; extasim ζ P_{23}; extasin *cett.* **32** velut V_2 *A G*; *om.* H_1 **33** ibi] ubi *S T ma* **35** praeceptumque] praeceptum quod α **36** totamque vitam suam ε ζ *C* (*pc.*) *Ly* P_{23} *Y X ma* **37** aliquid *om.* δ **38** immundum] et *praem.* ε ζ *Ly* P_{23} **40** quae] quod δ

ter de caelo submissus. Discus qui quattuor lineis continebatur, orbis terrarum erat in quattuor partibus. Has quattuor partes saepe scriptura commemorat, orientem et occidentem, aquilonem et meridiem. Ideo quia totus orbis per evangelium vocabatur, quattuor evangelia conscripta sunt. Ter autem submissum de caelo vas hoc significat, quia dictum est apostolis: *Ite, baptizate gentes in nomine patris, et filii, et spiritus sancti.* Inde colligitur, sicut iam nostis, duodenarius etiam numerus discipulorum. Non enim frustra duodecim habere voluit – et ita numerus ille sacratus est, ut in locum unius qui ceciderat, non posset nisi alter ordinari. Quia enim quattuor sunt orbis partes, et totus orbis in evangelio vocabatur, unde quattuor evangelia conscripta sunt, et totus orbis in nomine trinitatis vocatur ut congregetur in ecclesia, quattuor ter ducta duodecim fiunt. Ergo non miremur si de illis aquis inter medium montium pertranseuntibus, in illa doctrina apostolica fluente in medio propter concordiam communionis, omnes bestiae silvae bibunt. Omnes enim erant in arca, omnes in disco, omnes mactat et manducat Petrus, quia Petrus petra, petra ecclesia. Quid est mactare et manducare? Occidere in eis quod erant, et in sua viscera assumere. Dissuasisti pagano sacrilegia, occidisti quod erat; dato sacramento Christi incorporasti ecclesiae, manducasti.

(3.) Ipsae ergo bestiae potant istas aquas, pertranseuntes tamen: non manentes, sed pertranseuntes. Omnis enim doctrina quae isto tempore dispensatur, transit. Inde dicit apostolus: *Et*

47sq. Matth. 28,19 **51sq.** ut ... ordinari] *cf.* Act. 1,24-26 **3, 3–6** 1 Cor. 13,8-10

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

42 continebat χ **44** saepe *om.* δ **45** orbis] terrarum *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *Ly X* **48** gentes] omnes *praem.* Mc_2 *K* ζ *ma* **50** habere duodecim *tr.* χ | voluit] discipulos dominus *add.* α **51** possit $\varepsilon\,\zeta$ *Ly* P_{23} **52** ordinari] quare duodecim apostoli *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* P_{23} *Y X ma* | quia ... 55 fiunt] *anacoluthon* | sunt quattuor *tr.* δ **54** in^2 *om.* ζ *ma* **56** pertransibunt ζ **3, 2** enim] ergo V_2 δ **3** isto] toto *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) *Ly X ma*

scientia destruetur, et prophetia evacuabitur. Quare evacuabuntur ista? *Ex parte enim scimus, et ex parte prophetamus; cum autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est evacuabitur.* Nisi forte putat caritas vestra quia in illa civitate cui dicitur: *Collauda, Ierusalem, dominum, lauda deum tuum, Sion, quoniam confirmavit vectes portarum tuarum,* iam confirmatis vectibus et clausa civitate, unde, ut iampridem diximus, nemo exit amicus, et quo mi 1360
nemo intrat inimicus, quod codex ibi nobis legendus est, aut cc 1501
tractandus sermo, quemadmodum vobis modo tractatur. Ideo modo tractatur, ut ibi teneatur; ideo modo per syllabas dividitur, ut ibi totus atque integer contempletur. Non tibi deerit verbum dei, sed tamen non per litteras, non per sonos, non per codices, non per lectorem, non per tractatorem. Quomodo ergo? Sicut *in principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum.* Non enim sic ad nos venit, ut inde discederet, quia *in hoc mundo erat, et mundus per eum factus est.* Tale verbum contemplaturi sumus. *Apparebit* enim *deus deorum in Sion.* Sed hoc quando? Post peregrinationem finita via, si tamen post finitam viam non iudici trademur, ut iudex mittat in carcerem, sed si finita via, sicut speramus et optamus et studemus, ad patriam venerimus, ibi contemplabimur quod semper laudabimus; nec illud deficiet quod nobis praesto est, nec nos qui fruemur; nec fastidiet qui manducabit, nec deficiet quod manducabit. Magna illa et mira contemplatio erit. Et quis de illa digne dicit isto

7–9 Ps. 147,12-13 **10** diximus] *cf.* en. 147,13,35 (CSEL 95,5) **16–18** Ioh. 1,1 **18sq.** Ioh. 1,10 **20** Ps. 83,8

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

4 ista evacuabuntur *tr. X ma* **7** quia ... 11 quod] *anacoluthon* | collauda] lauda $\varepsilon\zeta$ *Ly* P_{23} *Y* **8** dominum] tuum *add.* χ | lauda] collauda $\varepsilon\zeta$ *Ly Y* confortavit *Ly* P_{23} *Y X* **11** ibi] de $V_2\delta$ **12** tractandus] est *add.* ζ **13** dividetur χ **14** tibi] ibi ζ *ma* **16** sicut *om.* δ **19** eum] ipsum $\delta\varepsilon\zeta$ *Vulg.* **20** enim *om.* δ **21** finita via] *finitae viae $\varepsilon\zeta$ P_{23} *Y*; finitam vitam *C* (*uv.*) *Ly*; finita vita δ **22** tradamur H_1 *C ma* **25** fruimur $\varepsilon\zeta$ *C ma* **26** manducabit[1]] manducavit χ *Ly* **27** dicet V_2 *G S C*

tempore, cum inter montes fluunt aquae? Interim ergo fluant aquae inter montes, et pertranseant; cum transeunt aquae, bibitur in peregrinatione, ne siti in via deficiamus. POTABUNT OMNES BESTIAE SILVAE. Inde venistis, de silva collecti estis. Et qualis silva! Nullus hominum ibi transibat, quia nullus propheta illuc missus erat. Sed ad arcam construendam concisa sunt ligna de silvis: inde ligna, inde bestiae, inde venistis. Ergo bibite: POTABUNT OMNES BESTIAE SILVAE.

(4.) SUSCIPIENT ONAGRI IN SITIM SUAM. Onagros magnas quasdam bestias dicit. Quis enim nesciat onagros dici agrestes asinos? Magnos ergo quosdam dicit indomitos. Nullum enim habebant gentes iugum legis; vivebant multae gentes moribus suis, superba iactantia vagantes, tamquam in deserto. Et omnes quidem bestiae ita, sed onagri positi sunt ad significationem magnitudinis. Potabunt et ipsi in sitim suam. Fluunt enim et illae aquae: inde bibit lepus, inde onager. Lepus parvus, et onager magnus; lepus timidus, et onager ferus; uterque inde bibit, sed quisque IN SITIM SUAM. Non dicit aqua: 'Lepori sufficio', et repellit onagrum; neque hoc dicit: 'Onager accedat; lepus si accesserit, rapietur'. Tam fideliter et temperate fluit, ut sic onagrum satiet, ne leporem terreat.

Sonat strepitus vocis Tullianae, Cicero legitur: aliquis liber est, dialogus eius, sive ipsius sive Platonis sive cuiuscumque cc 1502 talium. Audiunt imperiti, infirmi, minoris cordis: quis audet illuc aspirare? Strepitus aquae, et forte turbatae, certe tamen tam rapaciter fluentis ut animal timidum non audeat accedere et

---

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

29 pertranseunt *ε ζ Ly ma* **30** siti] in peregrinatione et *add. α* **31** quali *C ma* **32** pertransibat *δ* | illuc propheta *tr. χ* **33** conscisa *δ* **4, 1** suscipiunt *δ* | siti sua *N An_3 ζ* **3** dicit quosdam *tr. ζ* **5** vacantes *χ* **7** et[2] *om. π C Ly P_{23}* | illis *X ma* **10** leporis *χ* **11** repellet *χ* **12** rapiatur *ε ζ Ly P_{23} Y ma* **15** eius] est *add. ε ζ Ly X ma* | sive[3]] seu *X ma* | cuiusque *π K* **16** illuc] ille *ζ ma* **18** fluentes *χ*

bibere. Cui sonuit: *In principio fecit deus caelum et terram*, et non ausus est bibere? Cui sonet psalmus et dicat: 'Multum est ad me'? Ecce modo quod sonat psalmus, certe occulta sunt mysteria, tamen ita sonat ut et pueros audire delectet, et imperiti accedant ad bibendum, et satiati ructent in psallendo. Bibunt ergo minores bestiae et maiores, sed capacius maiores, quia suscipiunt ONAGRI IN SITIM SUAM. Bibat minor quod dictum est: *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam. Mulieres viris suis subditae sint.* Bibant minores. Dictum est autem domino: *Licet dimittere uxorem omni ex causa?* Prohibuit dominus, et dixit non licere. *Non scitis* inquit *quia deus ab initio masculum et feminam fecit? Quod deus coniunxit, homo non separet.* Deinde addidit: *Qui dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam moechari; et si aliam duxerit, moechatur.* Confirmavit compedem. Hoc expedit colligato, prius agere ne ligaretur. *Alligatus es uxori? Ne quaesieris solutionem. Solutus es ab uxore? Ne quaesieris uxorem.* Sed non es onager, et solutus ab uxore? Habes ibi quod et lepus bibas. Et *si acceperis uxorem, non peccasti*. Discipuli autem cum viderent dictum a domino non licere ullo modo, praeter causam fornicationis, disiungi coniugia, *Si talis est* inquiunt *causa cum uxore, non expedit ducere.* Et dominus: *Non omnes capiunt verbum hoc*. Nam verum dicitis, quia *Si talis est causa cum uxore, non expedit ducere*. Sed numquid soli onagri bibituri sunt? *Non omnes capiunt verbum hoc*: multi non capiunt. Et qui sunt qui capiunt? mi 1361

4, 19 Gen. 1,1 **25sq.** Eph. 5,25 **26sq.** Eph. 5,24 **27sq.** Matth. 19,3 **29** non ... fecit] Matth. 19,4 **30** quod ... separet] Matth. 19,6 **30–32** Matth. 5,32; 19,9 **33sq.** 1 Cor. 7,27 **36** 1 Cor. 4,34 **38sq.** Matth. 19,10 **39sq.** Matth. 19,11

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

19 sonat Mc_2 δ *X ma* **21** ecce] et *praem.* δ **24** suscipient *ma* **25** bibant minores *X ma* **27** dictum] scriptum ε | licet] si *praem. C* (*pc.*) *X ma* **28** ex omni *tr. X ma* **33** expedivit ζ | colligato] confirmato χ | ageret Mc_2 *K C X ma* **35** sed] si ζ *ma* | non] nondum *A C X ma* | et[1] non es ε ζ *Ly* P_{23} **37** viderent] audirent ε ζ *Ly* P_{23} *ma*

SUSCIPIENT ONAGRI IN SITIM SUAM. Quid est SUSCIPIENT ONAGRI IN SITIM SUAM? *Qui potest capere, capiat.*

(5.) Deinde sequitur in contextione sua psalmus: **SUPER ILLOS VOLATILIA CAELI INHABITABUNT**. Super quos? Super onagros, an potius super montes? Illinc enim sensus iste dirigitur: INTER MEDIUM MONTIUM PERTRANSIBUNT AQUAE, POTABUNT OMNES BESTIAE SILVAE, SUSCIPIENT ONAGRI IN SITIM SUAM; SUPER ILLOS VOLATILIA CAELI INHABITABUNT. Congruentius intellegimus super montes, quia hoc est etiam huic simile creaturae. Super montes possunt habitare volatilia, super onagros non; hoc intellegeremus, si necessitas cogeret. Super montes ergo volatilia caeli inhabitabunt. Videmus aves istas habitare super montes, sed multae earum habitant in campis, multae in convallibus, multae in nemoribus, multae in hortis, non omnes super cc 1503 montes. Sunt quaedam volatilia quae non habitant nisi super montes. Spiritales quasdam animas significat hoc nomen: volatilia spiritalia corda sunt, aere libero perfruuntur. Gaudent serenitate caeli aves istae, sed tamen pastus earum in montibus: illic inhabitabunt. *v. 12*

Nostis montes, iam tractati sunt: montes prophetae, montes apostoli, montes omnes praedicatores veritatis. Quicumque vult esse spiritalis, ibi inhabitet, non in corde suo, unde aberret volando. Habemus aves significantes aliquid spiritale. Non frustra dictum est: *Renovabitur iuventus tua sicut aquilae.* Non frustra

---

44 Matth. 19,12 **5, 18** tractati sunt] *cf. s. 2,11,1-49* **22** Ps. 102,5

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

---

43 suscipient[1]] suscipiunt $\delta\,\varepsilon\,\zeta$ *Ly* P_{23} *X* | suscipient[2]] suscipiunt *G* $\varepsilon\,\zeta$ *Ly* **5, 3** illic *N* (*ac.*) χ *C* P_{23} *X*; illuc ε_1 ζ *Ly* **5** silvarum V_2 δ | suscipiunt V_2 $\delta\,\varepsilon$ *C Ly* **8** super[2]] non *praem.* $\varepsilon\,\chi\,\zeta$ *Ly* (*sc.* non s. on. Non hoc ...) | super[2] ... non] non super onagros *tr.* α_2 **10** habitare] inhabitare An_3 ζ *Ly* | super montes habitare *tr.* χ **15** sunt] quae *add. C ma* | perfluuntur f_2 | serenitatem χ **20** unde **om.* $\delta\,\chi$ *C Ly* P_{23} *ma* | oberret δ **21** volando] habitet perferat *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) *ma*; perferet *praem. Ly* **22** sicut aquilae iuventus tua *tr.* $\varepsilon\,\zeta$

dictum est de Abraham: *Aves autem non divisit.* Abraham in illo mi 1362
sacrificio satis mystico accepit tria animalia: arietem trimum, vaccam trimam, capram trimam et turturem et columbam. Divisus est aries et adversus invicem partes constitutae; divisa capra, nihilominus adversus se partes constitutae; divisa vacca, sic etiam de ipsius carne factum est; et subicit scriptura: *Aves autem non divisit.* Deinde dicitur trimus aries, trima vacca, trima capra: de avium aetate tacetur. Unde, rogo vos, nisi quia significantur in avibus quidam spiritales, quorum aetas temporalis propterea tacetur quia aeterna meditantur, et transgrediuntur desiderio et intellectu omnia temporalia? Spiritales viri qui de omnibus iudicant, et a nemine iudicantur: itaque ipsi soli non dividuntur in haereses et schismata. In ariete intelleguntur praepositi: ducunt enim greges; in vacca intellegitur plebs Iudaeorum: habuit enim iugum legis, sub quo laborabat; in capra intellegitur ecclesia de gentibus: quibusdam enim liberis saltibus insultabat, et amaro pascebatur oleastro. Trima sunt dicta haec animalia, quia tertio tempore gratia revelata est. Nam primum fuit ante legem; secundum, ex quo lex data est; tertium, quod nunc est, ex quo regnum caelorum praedicatur.

Quid ergo dicimus? Quod aries non dividatur? Nonne episcopi fuerunt auctores schismatum et haeresum? Porro autem si plebes ipsae non dividerentur, id est si vacca non divideretur, si capra non divideretur, erubuissent fortasse illi in divisionibus suis, et ad compagem remeassent. Dividuntur duces, dividuntur

23 Gen. 15,10 **23–30** Abraham[2] ... tacetur] *cf.* Gen. 15,9
33sq. spiritales ... iudicantur] *cf.* 1 Cor. 2,15

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

23 Abraham[1]] *de sacrificio Abraham *add.* ε ζ C* **26** adversus] se *add.* α T divisa ... constitutae *om.* $α_2$; *add. im.* NAn_3 **28** subicit V_2 δ C Ly P_{23} f_2; subiecit *cett. ma* **30** avium] avibus χ | rogo] ergo A ε K P_6; rogamus T | vos *om.* Gt An_3 | significanter δ **35** dicunt χ C **36** plebs intellegitur *tr. lo ma* **37** quo] qua χ **44** autem *om.* δ **45** plebs A ε S ζ Ly | ipsa ε ζ Ly | divideretur ε ζ Ly

et plebes, ut caecus caecum sequatur, et simul in foveam cadant: ponuntur adversus invicem. *Aves autem non divisit*: spiritales non habent divisionem, non cogitant schismata, pax est in eis, custodiunt eam in ceteris quantum possunt; ubi in aliis deficiunt, in se tenent. *Si erit ibi* inquit *filius pacis, requiescet super eum pax vestra,* cc 1504 *si quo minus, ad vos revertetur.* Non est filius pacis, dividi voluit, revertetur ad te pax tua, quia aves non divisit. Veniet et caminus; nam consedit ibi Abraham usque ad vesperam, et venit magnus terror diei iudicii. Vespera enim illa finis saeculi; et caminus ille veniens dies iudicii. Divisit inter media illa quae divisa erant etiam caminus. Si inter media transiit caminus, alia in dextram, alia in sinistram separavit. Sunt ergo quidam carnales, et tamen ecclesiae gremio continentur, viventes secundum quendam modum suum, quibus timemus ne seducantur ab haereticis; quamdiu enim carnales sunt, divisibiles sunt. *Aves* quippe *non divisit*: carnales dividuntur. *Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.* Et quomodo probatur quia carnales dividuntur? Adiungit: *Cum enim dicit unusquisque vestrum: ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae; nonne carnales estis, et secundum hominem ambulatis?*

Rogo vos, fratres, audite et proficite; excutite vos de loco carnali, pergite in turturem et columbam. *Aves* enim *non divisit.* Sed quicumque talis permanserit, et secundum quendam modum mi 1363 vitae aptum carnalibus, et de gremio ecclesiae non recesserit, et non fuerit seductus ab haereticis, ut ex contraria parte dividatur,

48 caecus ... cadant] *cf.* Matth. 15,14 **52sq.** Luc. 10,6 **54** veniet ... caminus] *cf.* Gen. 15,17 **57sq.** divisit ... caminus] *cf.* Gen. 15,17 **58sq.** alia ... separavit] *cf.* Matth. 25,33 **63sq.** 1 Cor. 3,1 **65sq.** 1 Cor. 1,12 **66sq.** 1 Cor. 3,3

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX **5, 49** aves] *inc. Flor*

50 divisiones δ **52** inquit *post* pacis *tr.* $V_2\delta$ | requiescit δ **55** terror magnus *tr.* δ **56** finis] est *add.* Cma **58** transit $V_2\delta Ly$ **63** vobis loqui *tr.* αLy **69** enim] autem δC **70** tales $V_2AG\chi CP_{23}$ | permanserint $V_2\chi CP_{23}$

veniet caminus, et ad dextram ponitur. Sine camino non poterit. Sed caminum pati non vult? Pergat in turturem et columbam! *Qui potest capere, capiat*.

Si autem non sic erit, et aedificaverit *super fundamentum ligna, fenum, stipulam,* id est amores saeculares fundamento fidei suae superaedificaverit, tamen si in fundamento sit Christus, ut primum locum ipse habeat in corde et ei nihil omnino anteponatur, portantur et tales, tolerantur et tales: veniet caminus, incendet ligna, fenum, stipulam. *Ipse autem* inquit *salvus erit, sic tamen tamquam per ignem.* Hoc aget caminus: alios in sinistram separabit, alios in dextram quodammodo eliquabit. *Aves autem non divisit.* Sed aves videant: si aves tales sunt quae super montes illos inhabitent, non debent sequi altitudinem cordis sui, de qualibus dicitur: *Posuerunt in caelum os suum.* Ne ventis tollantur, in montibus requiescant. Habent auctoritatem sanctorum, requiescant in montibus, in apostolis, in prophetis: illic inhabitent tales aves, quia in montibus petras inveniunt, firmamenta quaedam praeceptorum. Sicut enim una illa petra, Christus verbum dei, sic multa verba dei, multae petrae, et istae petrae in montibus. Vide aves ibi habitantes: SUPER ILLOS VOLATILIA CAELI INHABITABUNT.

(6.) Sed noli putare quia ista volatilia caeli auctoritatem suam sequuntur. Vide quid dicat psalmus: **DE MEDIO PETRARUM DABUNT VOCEM SUAM.** Modo si dicam vobis: 'Credite, hoc enim dixit Cicero, hoc dixit Plato, hoc dixit Pythagoras', quis vestrum non irridebit me? Ero enim avis, quae non de petra cc 1505
emitto vocem meam. Quid mihi unusquisque vestrum debet

75 Matth. 19,12 **76sq.** 1 Cor. 3,12 **81sq.** 1 Cor. 3,15 **86** Ps. 72,9 **90** petra Christus] *cf.* 1 Cor. 10,4

π (α: V_2 α_2 [$=F_2 Mc_2$] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* $Br_1 P_{23}$ *lect.sel.: Y X* **83** eliquabit] *des. Flor*

73 ponetur $\varepsilon\zeta$; ponit *C*; poni *X ma* **74** caminum] si *praem.* $\alpha_2 \varepsilon \zeta$ *C ma*; qui *praem. Ly* **77** lignum δ | stipula χ *Ly* | amatores *A* H_1 **79** omnino nihil *tr. A* H_1 *K*; omnino ei nihil *G* **82** tamquam] quasi π *ma* | separavit *A* χ **83** eliquavit χ **86** ventis] a *praem.* $\alpha_2 \varepsilon \zeta$ *ma* **6, 3** si *om.* δ

dicere? Quid debet dicere ille qui sic instructus est: *Si quis vobis evangelizaverit praeterquam quod accepistis, anathema sit*? 'Quid mihi dicis de Platone, et de Cicerone, et de Virgilio? Habes ante te petras montium, de medio petrarum mihi da vocem tuam'. DE MEDIO PETRARUM DABUNT VOCEM SUAM. Audiantur, quia petrae audiuntur; audiantur, quia et in illis multis petris petra auditur: *Petra enim erat Christus*. Audiantur ergo libenter DE MEDIO PETRARUM dantes VOCEM SUAM. Nihil suavius tali voce alitum. Illae sonant, et petrae resonant: sonant illae, disputant spiritales; resonant petrae, testimonia respondent scripturae. Ecce inde VOLATILIA DE MEDIO PETRARUM dant VOCEM SUAM: habitant enim in montibus.

(7.) Ipsi montes et illae petrae unde habent vocem? Ut enim rigemur scripturis, confugimus ad apostolum Paulum. Ille unde habet? Confugimus ad Isaiam. Isaias unde? Audi unde: **RIGANS MONTES DE SUPERIORIBUS SUIS**. Modo si ad nos venerit gentilis homo incircumcisus, crediturus Christo, damus ei baptismum, nec revocamus ad illa opera legis. Et si nos interroget Iudaeus quare ita faciamus, sonamus de petra, dicimus: hoc fecit Paulus, hoc fecit Petrus: DE MEDIO PETRARUM damus vocem nostram. Illa autem petra, ipse Petrus mons magnus, quando orabat et illum visum videbat, de superioribus rigabatur. Paulus apostolus dicit gentibus: *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit*. Dicit hoc Paulus tamquam mons: inde nos dicimus, sonantes de petra. Riget dominus ipsam petram de superioribus suis. Nam

v. 13

mi 1364

6, 7sq. Gal. 1,9 **13** 1 Cor. 10,4 **7, 10** illum visum] *cf.* Act. 10,9-16 **11** Gal. 5,2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

7 quid] quod δ **11** quia *lo*; quia (*an* qui a?) α_2 χ *C Ly* P_{23} *X*; quia a V_2 δ; qui a *ma cc* **12** petrae ε ζ *Ly X lo*; petra *cett. ma cc* | audiuntur] audiunt (*sc.* qui a petra audiunt) *ma cc* | in *om.* δ **13** dantes de medio petrarum *tr.* δ **14** dantis χ **15** alitum] aliter δ | illae[2]] illi ε χ **7, 1** inde α_2 ε ζ **2** rigamur χ; regamur V_2 δ *C* P_{23} **4** homo gentilis *tr. X ma* **6** interroget *om.* δ **7** Petrus ... Paulus *tr. X ma*

cum adhuc ista petra esset in infidelitate aspera, volens eam rigare de superioribus suis, ut flueret aqua in convalle, clamavit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Non ei legit prophetam, non ei legit alterum apostolum. Omnia enim ista contemneret mons magnus: rigavit illum de superioribus suis; et statim rigatus et manare iam volens, *Domine* ait *quid me iubes facere?* Accipe illum montem vel petram, unde possis dare vocem tuam; accipe illum, et vide rigari de superioribus, et effluere in inferioribus. Audi hoc et in uno loco: *Sive* inquit *mente excessimus deo, sive temperantes sumus vobis.* Quod ait: *mente excessimus*, vos capere non potestis; excessimus enim omnia ista carnalia, vos adhuc carnales estis. Deo ergo mente excessimus et quod videmus cum mente excedimus, effari non possumus: ibi enim *audivit ineffabilia verba, quae non licet homini loqui.* 'Quid ergo?' – inquiunt illi carnales, illi lepores – 'Nos non rigabimur? Ad nos nihil perveniet?' Et quomodo cc 1506 emittet fontes in convallibus? Et quomodo in medio montium pertransibunt aquae? Ad hoc ergo pertinet: *sive temperantes sumus vobis.* Unde hoc? Quem imitamur? *Caritas* inquit *Christi compellit nos.* Tu particeps verbi, etsi hodie spiritalis, heri carnalis: ad carnales dedignaris descendere, cum ipsum verbum caro factum sit, ut habitaret in nobis?

(8.) Benedicamus ergo dominum, et laudemus eum qui rigat montes de superioribus suis. Inde veniet irrigatio ad terram, inde et humilia satiabuntur. Sequitur enim: **DE FRUCTU OPERUM TUORUM SATIABITUR TERRA.** Quid est DE FRUCTU OPERUM

15sq. Act. 9,4 **19** Act. 9,5 **22sq.** 2 Cor. 5,13 **26sq.** 2 Cor. 12,4 **31sq.** 2 Cor. 5,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

14 ista petra adhuc *tr. X ma* **17** ista *om.* δ **18** manere χ | iam *om.* δ **20** illum] montem *add.* H_1 ζ **21** superioribus] suis *add.* χ **22** inquit] enim χ | simus δ **24** ista omnia *tr.* ζ **25** excedimus] excidimus χ **28** irrigabimur *G* H_1 *S ma* **29** mittet δ; emittit ε ζ *ma* | fontes] et *praem.* χ **30** ergo] enim V_2 δ **33** dedigneris δ **34** ut] et V_2 δ χ P_6 *C* | nobis] vobis *X ma* **8, 1** deum ζ **2** *rigatio ε S ζ | ad] in V_2 δ | inde[2]] *enim *add.* ε χ ζ

TUORUM? Nemo glorietur in operibus suis, sed *qui gloriatur, in domino glorietur*. Gratia tua satiatur, cum satiatur: non dicat meritis suis datam gratiam fuisse. Si gratia dicitur, gratis datur; si operibus redditur, merces redditur. Gratis ergo accipe, quia impius iustificaris: DE FRUCTU OPERUM TUORUM SATIABITUR TERRA.

(9.) PRODUCENS FENUM IUMENTIS ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Verum est, video, agnosco creaturam: producit terra FENUM IUMENTIS ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Sed video et alia iumenta domini quae significantur, cum dicitur: *Bovi trituranti os non infrenabis*. Dicit enim ipsum iumentum: *Numquid de bobus pertinet ad deum?* Propter nos ergo scriptura dicit. Quomodo ergo producit terra fenum iumentis? Quia *dominus constituit ut qui evangelium annuntiant, de evangelio vivant.* Misit praedicatores, et ait illis: *Omnia quae ab ipsis apponuntur vobis,* mi 1365 *manducate; dignus est enim operarius mercede sua.* Cum enim dixisset: *quae apponuntur vobis manducate,* ne illi dicerent: 'Improbi erimus, ad mensas alienas indigebimus, vis nos ita esse frontosos?' 'Non, inquit, non est illa donatio eorum, sed vestra merces'. Sed cuius rei merces? Quid dant? Quid accipiunt? Dant spiritalia, accipiunt carnalia; dant aurum, accipiunt fenum. *Omnis enim caro fenum, et claritas carnis ut flos feni.* Omnia temporalia quae tibi superfluunt et redundant, fenum iumentorum est. Quare? Quia carnalia sunt. Audi quorum iumentorum sit fenum. *Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si carnalia vestra metamus?* Hoc apostolus dixit, talis annuntiator tam laboriosus, tam impiger, tam exercitatus, ut ipsum fenum

v. 14

8, 5sq. 1 Cor. 1,31 **7sq.** si[1] ... redditur] *cf.* Rom. 4,4-5 **9, 4sq.** 1 Cor. 9,9 **5sq.** 1 Cor. 9,9 **7sq.** 1 Cor. 9,14 **9sq.** Luc. 10,8 **10** Luc. 10,7 **16** Is. 40,6 **19sq.** 1 Cor. 9,11

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **9, 3** video] *inc. Flor*

---

9 impios δ **9, 4** dei δ **5** ipse *cc* **10** mercedem suam V_2 χ *Ly* **12** indigebimus] cum *praem.* α *ma* | ita *om.* Mc_2 δ **13** sed *om. C ma*

donaret terrae. *Ego* inquit *nullius horum usus sum.* Ostendit sibi deberi, et non accepit, nec condemnavit eos qui acceperunt quod debebatur. Condemnandi enim erant exigentes indebita, non cc 1507
accipientes mercedem suam; ille tamen et ipsam mercedem 25
donavit. Non quia tibi alius donavit, non debes alteri; alioquin non eris irrigata terra quae producit fenum iumentis. DE FRUCTU OPERUM TUORUM inquit SATIABITUR TERRA: PRODUCENS FENUM IUMENTIS. Tu noli esse sterilis, produc fenum iumentis. Si nolunt iumenta fenum tuum, non te tamen sterilem inveniant. 30
Accipis spiritalia, redde carnalia: debita sunt militi, militi reddis; provincialis Christi es. *Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat vineam, et de fructu eius non edet? Quis pascit gregem, et de lacte eorum non percipit?* Non ideo dico, ut ista fiant in me. Fuit quidam miles qui etiam provinciali donaret annonam: sed tamen 35
reddat provincialis annonam. Ut autem hinc dicam, potius iumenta sunt: *Bovi trituranti os non infrenabis.* PRODUCENS inquit FENUM IUMENTIS; et quasi hoc exponens adiecit: ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM; ne non intellegeres quod dictum est, PRODUCENS FENUM IUMENTIS, repetitione exposuit quod prae- 40
misit. Quod enim dixit supra FENUM, postea HERBAM nominavit; quod autem dixerat IUMENTIS, SERVITUTI HOMINUM dixit. Ergo servituti, et non libertati. Ubi est: *Vos in libertatem vocati estis*? Sed audi eundem ipsum: *Cum enim liber sim ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifaciam.* Et quibus dixit: *in* 45

32–34 quis[1] ... percipit] 1 Cor. 9,7 **43sq.** Gal. 5,13 **44sq.** 1 Cor. 9,19

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X **32** es] *des. Flor* **37** producens] *inc. Flor*

25 mercedem[2]] suam *add. X ma* **26** alius tibi *tr. X ma* | non[2] *om. δ* **30** tamen *om. δ.* **31** sunt] sui *A H_1* | militi[2] *om. π C* | reddes *χ ζ* **32** Christi es] est Christi *δ* | es] est *δ χ C* **33** plantavit $α_2$ *ζ* | edit *ε ζ C ma* **34** eorum] earum V_2 *χ*; gregis Mc_2 H_1 *(pc.) ζ Ly*; eius *X ma* **36** reddet *δ S* | dicat V_2 *A G*; dicant *χ* **37** iumenta] quia *praem. ε ζ* **38** adiecit] *addidit *ε S ζ*; *om. K* **42** servituti] hoc *praem. X ma* **43** ubi] ergo *add. ε χ ζ ma* | vos] vox *ε ζ* **45** servum me *tr. X ma* | lucrifacerem V_2 *δ C ma*

libertatem vocati estis? Et quid adiunxit? *Tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per caritatem servite invicem.* Quos liberos fecerat, servos fecit; non condicione, sed tamen Christi redemptione; non necessitate, sed caritate: *per caritatem* inquit *servite invicem*. Sed Christo servimus, ait, non populis, non carnalibus, non infirmis. Bene Christo servis, si servis quibus Christus servivit. Nonne de illo dictum est: *Bene servientem plurimis*? Propheta legitur: de nullo nisi de Christo accipi solet.

Audiamus tamen proprie et in evangelio vocem eius: *Quicumque* inquit *in vobis vult maior esse, erit vester servus.* Servum meum te fecit, qui te suo sanguine liberum fecit. Dicite hoc nobis, quia verum dicitis. Audi illum alio loco: *Nos autem servos vestros per Iesum.* Bene diligite servos vestros, sed in domino vestro. Praestet nobis ut bene serviamus. Nam velimus nolimus, servi sumus; et tamen si volentes sumus, non necessitate sed caritate servimus. Quodammodo enim quasi superbia servorum stomachata videbatur, cum diceret dominus: *Erit vester servus qui voluerit in vobis maior esse.* Iam enim filii Zebedaei sedes altissimas quaerebant: unus volebat sedere ad dexteram, alter ad sinistram, dicentes per matrem quod ipsi cupiebant. Dominus non illis sedes invidit, sed convallem prius plorationis ostendit, quasi diceret: 'Illuc vultis venire, ubi sum ego? Venite qua ego'. Quid est 'Venite qua ego'? Per humilitatem. 'Ego de sublimi descendi, et humiliatus ascendo: vos in terra inveni, et ante vultis volare

46sq. Gal. 5,13 **52sq.** Is. 53,11 (LXX) **54sq.** Matth. 20,27 **57sq.** 2 Cor. 4,5 **62sq.** Matth. 20,27

π (*α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (*P_6 T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X* **59** vestro] *des. Flor*

48 condicione] servili *add.* $\varepsilon\chi\zeta$ *Ly* P_{23} **50** servimus] invicem *add. C ma* **51** si servis $\varepsilon\zeta$ P_{23} *Y X ma*; servis π *C*; servi χ *Ly Flor* **52** serviente α_2 An_3 ζ **55** vult] voluerit (*tr. post* esse $\varepsilon\chi\zeta$) $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta$ *Ly Flor Vulg.* **56** meum] eum δ te[1] *om.* δ | dicite] dicit δ **57** dicitis] dicetis ε *S* ζ | illo χ **58** per ... vestros *om. V_2* δ **60** et] at ε *K* ζ; ut *S*; sed *Ly* **61** quodammodum χ **63** in vobis] inter vos *X ma* **64** requirebant *Mc_2* ε *S* ζ *Ly* | alter] et *praem.* δ **68** sublime χ; sublimitate $\varepsilon\zeta$

quam pasci; prius nutrimini, educamini, ferte nidum'. Quid enim ait? Quomodo illos revocavit ad humilitatem, iam quaerentes altitudinem? *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Et illi, etiam in hoc superbi: *Possumus!* Quomodo Petrus: *Tecum usque ad mortem.* Fortis vir, donec femina diceret: *Et iste cum illis erat.* Sic et isti: *Possumus! Potestis? Possumus!* Et ille: *Calicem quidem meum bibetis*: etsi modo non potestis, bibetis, quomodo Petro: *Non potes me sequi modo, sequeris me postea. Calicem quidem meum bibetis; sedere ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis.* Quid est *non est meum dare vobis*? Non est meum dare superbis. Modo quibus loquor, superbi estis. Ideo dixi: *Non est meum dare vobis.* Sed forte dicerent: 'Erimus humiles'. Non ergo eritis vos: ego *vobis* dixi. Non dixi 'Non dabo humilibus', sed 'Non dabo superbis'. Qui autem ex superbo fit humilis, non erit qui erat.

(10.) Ergo praedicatores verbi et iumenta et servi sunt. Producat terra, si irrigata est, FENUM IUMENTIS ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Ipse est enim fructus, ut possit fieri quod dictum est in evangelio: *ut et ipsi recipiant vos in tabernacula aeterna.* Vide de feno quid facias, vide de re vili quid emas. *Ut recipiant* inquit *vos in tabernacula aeterna*; ubi erunt ipsi, illuc vos recipiant. Quare hoc? Quia *qui suscipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, et qui suscipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet; et qui dederit calicem aquae frigidae uni ex his minimis, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Quam mercedem non perdes? Recipient vos in tabernacula aeterna. Quis non festinet? Quis

72sq. Matth. 20,22 **73sq.** Matth. 26,35 **74** Matth. 26,69 **75sq.** Matth. 20,23 **77** non ... postea] Ioh. 13,36 **77–79** calicem ... vobis[1]] Matth. 20,23 **10, 4sq.** Luc. 16,9 **7–11** Matth. 10,41-42

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

75 potestis possumus *om.* α_2 C **77** modo sequi *tr.* α Gt ma **78** sedere] autem *add.* ε ζ ma | ad[2] *om.* ζ **82** dixi vobis *tr.* δ **10, 6** vos inquit *tr.* X ma **8** suscipit] suscepit χ **11** perdes] perdet α_2 ε ζ ma **12** recipiant G ε Ly

non alacrius currat? Si terra estis, rigamini de fructu operum dei. Ne dicatis: 'Non est cum quibus faciamus: praedicatores nostri, iumenta triturantia, homines servientes non indigent nostri'. mi 1367 Quaere tamen, ne quis indigeat: postremo et qui non indiget, inveniat in te quod nolit accipere. Accipit enim bonam voluntatem, cum tu accipias pacem. Etsi enim non quaerit datum, sed requirit fructum, quaere tamen ne quis indigeat, et noli dicere: 'Si cc 1509 petierit, dabo'. Exspectas ergo ut petat? Sic pascis bovem dei, quomodo transeuntem mendicum? Illi petenti das, quia scriptum est: *Omni petenti te da.* De isto quid scriptum est? *Beatus qui intellegit super egenum et pauperem.* Quaere cui des: *Beatus* enim *qui intellegit super egenum et pauperem*, qui praeoccupat vocem petituri. Si sic inter vos indigent milites Christi, ut etiam petant, videte ne vos iudicent, antequam petant. Quomodo, inquis, quaero? Esto curiosus, esto providus; prospice, attende unde quisque vivat, unde se transigat, unde habeat: non reprehendetur ista curiositas tua. Terra eris PRODUCENS FENUM IUMENTIS, ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Curiosus esto, et intellege super egenum et pauperem. Alius ad te venit, ut petat; alium tu praeveni, ne petat. Sicut enim de illo qui quaerit, dictum est: *Omni petenti te da*, sic de illo quem tu debes quaerere dictum est: *Sudet eleemosyna in manu tua, donec invenias iustum cui eam tradas.* Cum enim dandum sit et istis pauperibus petentibus – non enim ab eis inhibuit deus eleemosynas, cum Christus de ipsis dicat:

18 non ... datum] *cf.* Phil. 4,17 **22** Luc. 6,30 **22sq.** Ps. 40,2 **33sq.** sudet ... tradas] *non repperi*, *cf.* Didache I,5-6; en. 102,12,10*sq.*; 146,17,27-29

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

13 rigemini ζ **14** est] sunt *C ma* **17** nolit] velit α_2 *lo* | accipit] accepit χ **19** requiret *A* H_1 *Ly* **22** omni ... est *om.* V_2 H_1 | te *om. A G* **23** egentem V_2 *A C* | quaere ... pauperem *om. A* H_1 **27** providus] prorsus V_2 δ χ *C Ly* **28** reprehenditur Mc_2 ε χ ζ *Ly* **32** quaerit] te *praem.* ε χ ζ *Ly ma* **33** te *om.* V_2 δ | tu debes] iubes V_2 δ **35** cum] quam V_2 δ **36** deus *om.* δ

Quando facis epulum, convoca claudos, caecos, debiles, non habentes unde tibi reddant: retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum –, voca et ipsos, pasce et ipsos; epulare, cum illi epulantur; delectare, cum illi saginantur; illi enim pane tuo, tu iustitia dei. Nemo vobis dicat: 'Praeceptum est a Christo ut servo dei detur, mendico non detur'. Absit! Prorsus impius ista loquitur. Da illi, sed multo magis illi. Ille enim petit, et in voce petentis agnoscis cui des. Ille autem quanto minus petit, tanto magis tibi vigilandum est ut praeoccupes petiturum, aut forte modo non petiturum, et aliquando damnaturum. Itaque curiosi estote ad ista, fratres mei; invenietis multorum dei servorum indigentiam, tantum ut velitis invenire. Sed quia delectat vos excusatio qua vultis dicere 'nesciebamus', propterea non invenitis.

(11.) Ipse dominus loculos habebat, quo mittebantur necessaria, et possidebantur nummi propter usus eorum qui cum illo erant et eius; non enim, cum dicitur *esurivit Iesus*, evangelista mentitur. Voluit esurire propter te, ne tu esurias in illo qui *pauper factus est, cum dives esset, ut illius paupertate* nos ditaremur. Habuit enim loculos; et dictum est de quibusdam feminis religiosis quod ambulabant qua ibant pedes eius evangelizantes, et ministrabant ei de substantia sua. Nominantur illae mulieres in evangelio, ubi erat quaedam etiam uxor Chuzae procuratoris Herodis. Vide quae fiebant. Futurus erat Paulus nihil tale aliquando quaerens, et omnia provincialibus donans. Sed quia multi infirmi ista quaesituri erant, magis infirmorum personam suscepit Christus. Sublimius Paulus numquid et Christo? Sublimius Christus, quia misericordius. Cum enim videret Paulum ista non

cc 1510
mi 1368

37sq. Luc. 14,13-14 **11, 3** Matth. 4,2; 21,18 **4sq.** 2 Cor. 8,9 **6 – 10** dictum ... Herodis] *cf.* Luc. 8,2-3

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

37 caecos claudos *tr. X ma* **42** illi] illis $\varepsilon\zeta$ **43** petentis *om. X ma* **44** quantum $\varepsilon\chi$ | tantum *N Gt* | vigilandum tibi *tr.* $\varepsilon\chi\zeta$ **47** invenietis] et *praem.* $\varepsilon\zeta$ **48** qua] quia δ **11, 1** loculus χ **3** esurivi δ | Iesus *om.* δ **5** paupertatem χ **6** loculus χ **9** Chuzae] cuiusdam ε *T ma*

esse quaesiturum, providit ne damnaret quaesiturum, et praebuit exemplum infirmo. Quomodo cum videret multos pronos et gaudentes ituros ad martyrium passionis, exsultaturos in ipsa passione, fortes centenarios maturos ad horreum, quorundam tamen infirmorum quos videbat posse conturbari ventura passione, ne deficerent tamen, sed potius voluntatem humanam voluntati creatoris coniungerent, ipsorum personam voluit suscipere in passione Christus. Dicens: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, et iterum: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*, docuit quid esset dicturus infirmus, sed secutus ostendit quid facere deberet infirmus: *Verum non quod ego volo, sed quod tu vis, pater* – quomodo ergo in passione infirmorum personam sustinuit, praefigurata illa in corpore suo, quia et illa membra eius (neque enim frustra dictum est: *Imperfectum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur*), sic et in loculis habendis, et in exigenda quodammodo annona, non petendo, sed praebendo, indigentiam suscepit. Suscepit eum Zacchaeus, et gaudet. Cui hoc bonum? Christo, an Zacchaeo? Vere, si non susciperet Zacchaeus, non erat ubi maneret mundi fabricator? Aut si non pasceret Zacchaeus, indigeret is qui de quinque panibus tot milia hominum saturavit? Cum ergo quisque sanctum suscipit, non suscepto, sed susceptori praestatur. Numquid in illa fame non pascebatur Elias? Nonne corvus afferebat panem et carnem, servo dei

22 Matth. 26,38 **23** Matth. 26,39 **25** Matth. 26,39 **28sq.** Ps. 138,16 **31** suscepit[2] ... gaudet] *cf.* Luc. 19,6 **34sq.** qui ... saturavit] *cf.* Matth. 14,17-21; Marc. 6,38-44; Luc. 9,13-17; Ioh. 6,9-13 **36** illa fame] *cf.* 3 Reg. 17,1 **37** corvus ... carnem] *cf.* 3 Reg. 17,6

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

15 previdit V_2 δ C Ly; praevidet χ **18** forte δ **19** passionis V_2 δ **25** verum] verumtamen ε χ ζ *ma*, *Vulg.* **26** praefigurata] in *praem.* V_2 δ | praefiguratam illam ε ζ P_{23} **27** et illa] imbecilla ζ **30** petenda X *ma* | praebenda X *ma* **31** suscepit[1] *om.* χ Ly **32** susceperit χ **34** is δ C P_{23} *ma*; *Iesus *cett.*

serviente creatura? Missus est tamen pascendus ad viduam, non ut militi, sed ut provinciali aliquid praestaretur.

(12.) Ergo quia dicebamus, fratres, et de pascendis pauperibus, cum dominus loculos haberet, tamen quando dixit Iudae eum tradituro: *Quod facis, fac velociter*, non intellegentes ceteri quid dixisset, arbitrati sunt eum dixisse ut aliquid praepararet quod daretur pauperibus – ille enim loculos habebat, hoc in evangelio scriptum est –, possent hoc suspicari, nisi hoc haberet in consuetudine dominus? De his ergo quae dabantur et in loculos mittebantur, dabatur tamen et illis pauperibus, quos deus docuit non contemnendos. Sed si illum non contemnis, quanto magis bovem per quem trituratur haec area? Quanto magis servum tuum? Non indiget cibo? Forte veste indiget. Non indiget veste? Forte tecto indiget, forte ecclesiam fabricat, forte aliquid cc 1511 utile in domo dei molitur; exspectat ut attendas, exspectat ut intellegas super egentem et pauperem. Tu contra, terra dura, lapidea, non irrigata, aut frustra irrigata, servas tibi dicere: 'Non sciebam, non noveram, nemo mihi dixit'. Nemo tibi dixit? Christus non cessat dicere, prophetae non cessant dicere: *Beatus qui intellegit super egenum et pauperem.* Non vides arcam inanem mi 1369 praepositi tui? Vides certe vel surgentem fabricam, quo intraturus et oraturus es. Nonne admovetur oculis tuis? Nisi forte putatis, fratres, quia praepositi vestri thesaurizant; et novimus multos non thesaurizare, et ad quotidiana egere, de quibus omnino non creditur, quos et vos inveniretis, si velletis, si circumspiceretis, si ad hoc vigilaretis, ut fructum daretis. Dixi quod potui, quantum

38 missus ... viduam] *cf.* 3 Reg. 17,9 **12, 2–5** dixit ... habebat] *cf.* Ioh. 13,27-29 **14** intellegas ... pauperem] *cf.* Ps. 40,2 **17sq.** Ps. 40,2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

12, 2 loculus χ **4** dixisse eum *tr.* δ **8** dabatur] dabantur χ **10** magis[1] *om.* V_2 δ **11** non[2]] nonne χ **12** indiget *om.* δ **13** exspectat[1]] et *praem.* ε ζ attendas] intendas ε *T* **15** serva ε **17** propheta *C X ma* | cessat *C X ma* **20** amovetur ε χ **22** cotidiane V_2 δ **23** inveneritis χ **24** ut] ad δ | quod] ut ζ

potui. Puto autem manifestos nos esse vobis, sicut ait apostolus, non ideo nos dicere ut in nos ista faciatis. Praestet deus ut haec non frustra dixerim. Praestet deus ut terra irrigata sitis, non lapidea, sicut Iudaeorum, unde tabulas lapideas accipere meruerunt, sed terra fructifera, terra quae irrigata reddit agricolae. Illi ipsi corde lapideo, quod significatum est lapideis tabulis, decimas dabant. Etiam gemite! Et nihil huc exeat? Si gemitis, parturite! Si parturitis, parite! Quare gemitus inanis? Quare gemitus sterilis? Viscera torquentur, an non est intus quod edatur? RIGANS MONTES DE SUPERIORIBUS SUIS, DE FRUCTU OPERUM TUORUM SATIABITUR TERRA. Beati qui faciunt, beati qui ista fructuose audiunt, beati qui non inaniter clamant.

DE FRUCTU OPERUM TUORUM SATIABITUR TERRA, PRODUCENS FENUM IUMENTIS, ET HERBAM SERVITUTI HOMINUM. Utquid hoc? **UT EDUCAT PANEM DE TERRA**. Quem panem? Christum. De qua terra? De Petro, de Paulo, de ceteris dispensatoribus veritatis. Audi quia de terra: *Habemus* inquit *thesaurum istum in vasis fictilibus, ut eminentia virtutis sit dei.* Ipse est panis qui de caelo descendit, ut de terra educatur, cum per servorum suorum carnem praedicatur. Terra fenum producit, ut panem de terra educat. Quae terra fenum producit? Plebes piae, plebes sanctae. Ut de qua terra panis educatur? Verbum dei de apostolis, de dispensatoribus sacramentorum dei, adhuc in terra ambulantibus, adhuc corpus terrenum portantibus.

(13.) ET VINUM LAETIFICAT COR HOMINIS. Nemo se ad ebrietatem paret; immo se omnis homo ad ebrietatem paret. *Calix tuus inebrians quam praeclarus est!* Nolumus dicere: 'Nemo *v. 15*

41sq. 2 Cor. 4,7 **42sq.** ipse ... descendit] *cf.* Ioh. 6,41 **13, 3** Ps. 22,5

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

26 praestet] hoc *add.* $\varepsilon\chi\zeta$ *Ly* **29** reddat *X ma*; gaudet χ **31** gemite] gemitis *lo ma* | huc] adhuc *lo ma* | exit *lo ma* **35** *fructuosi $\varepsilon\chi$ T **38** hominum] utquid vocat *add.* $\varepsilon\chi$ *Ly X* **42** sit virtutis *tr. X ma*; virtus ε **43** de] e *X ma* **45** qua *A* H_1 | plebis *bis* χ **46** ut] aut $\varepsilon\zeta$ | ut de] vide $V_2\delta$ **48** adhuc] ad hoc δ

se inebriet'. Inebriamini, sed videte unde. Si vos inebriat calix domini praeclarus, videbitur ista ebrietas in operibus vestris, cc 1512
videbitur in sancto amore iustitiae, videbitur postremo in alienatione mentis vestrae, sed a terrenis in caelum.

UT EXHILARET FACIEM IN OLEO. Video quae terra quantum fructum educat, si producat fenum iumentis. Non isti servi vendunt quod dant: non enim venditores evangelii sunt. Gratis 10
dant, quia gratis acceperunt. Gaudent bonis operibus vestris; hoc enim vobis prodest. Non ergo quaerunt datum, sed requirunt fructum. Quid est exhilaratio faciei in oleo? Gratia dei, nitor quidam in manifestatione, sicut dicit apostolus: *Unicuique autem datur spiritus ad manifestationem.* Gratia quaedam quae est hominum, 15 ad homines perspicua, ad conciliandum sanctum amorem, oleum dicitur in nitore divino; et quoniam excellentissima in mi 1370
Christo apparuit, totus orbis eum diligit, qui cum contemptus hic esset, adoratur modo ab omni gente, *quoniam ipsius est regnum, et ipse dominabitur gentium.* Tanta enim est eius gratia, ut 20
multi qui in eum non credunt, laudent eum, et propterea dicant nolle se in eum credere, quia nemo potest implere quod iubet. Laudando impediuntur, qui in illum vituperando saeviebant. Amatur tamen ab omnibus, praedicatur ab omnibus. Quia excellenter unctus, ideo Christus. Christus enim unctus, a chrismate 25
dictus Christus. Messias hebraice, graece Christus, latine unctus: sed corpus suum totum perungit. Omnes ergo venientes accipiunt gratiam, UT EXHILARETUR FACIES IN OLEO.

(14.) ET PANIS COR HOMINIS CONFIRMAT. Quid est hoc, fratres? Quasi coegit intellegi de quo pane diceret. Panis enim iste

---

12sq. non ... fructum] *cf.* Phil. 4,17 **14sq.** 1 Cor. 12,7 **19sq.** Ps. 21,29

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

13, 5 inebrietas *X ma* **8** faciem] eius *add.* $\varepsilon\chi$ *T ma* **11** quia] quae δ **12** ergo] enim *C X ma* | requirent δ **14** manifestationem *X ma* | sicut] et *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ **15** quidam δ **20** est enim *tr. X ma* | gratia eius *tr.* δ **24** amat δ | ab[1] *om. A* H_1 | hominibus *bis* $\delta\chi$ **27** perunguit *X ma* **14, 2** coegit] cepit $\varepsilon\chi\zeta$ *Ly* P_{23} | diceretur ζ

visibilis stomachum confirmat, ventrem confirmat. Est alius panis qui cor confirmat, quia panis est cordis. Iam enim dixerat de pane superius: UT EDUCAT PANEM DE TERRA, sed non dixerat qualis panis sit ille. ET VINUM LAETIFICAT COR HOMINIS. Videtur iam dicere de spiritali vino: nam ideo laetificat cor hominis. Sed adhuc putetur de vino isto dici, quia ebrii quasi laeti corde videntur apparere. Utinam laetentur, et non rixentur! Dicis mihi: 'Quid laetius ebrio?' Immo, quid insanius ebrio? Quid plerumque iracundius? Est ergo vinum quod vere laetificat cor, et non novit aliud nisi laetificare cor. Sed ne putes hoc quidem de spiritali vino debere accipi, de illo pane autem non, quod et ipse spiritalis sit, exposuit et ipsum: ET PANIS inquit COR HOMINIS CONFIRMAT. Ergo sic accipe de pane, quomodo accipis de vino: intus esuri, intus siti! *Beati* enim *qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur.* Panis ille iustitia est, vinum illud iustitia est, veritas est: veritas Christus est. *Ego sum* inquit *panis vivus, qui de caelo descendi*, et *ego sum vitis, vos sarmenta.* ET PANIS COR HOMINIS CONFIRMAT.

cc 1513 **(15.) SATIABUNTUR LIGNA CAMPI**, de ista gratia educta de terra. LIGNA CAMPI, plebes populorum. **ET CEDRI LIBANI QUAS PLANTAVIT**. Cedri Libani potentes in saeculo, et ipsi satiabuntur: pervenit panis et vinum et oleum Christi ad senatores, ad nobiles, ad reges. Satiata sunt LIGNA CAMPI: prius humiles satiati sunt, deinde etiam cedri Libani, sed QUAS PLANTAVIT. Piae CEDRI, religiosi fideles. Tales enim plantavit. Nam et impii sunt cedri Libani, quia *conterit dominus cedros Libani.* Libanus enim mons *v. 16*

14, 16sq. Matth. 5,6 **18** veritas Christus] *cf.* Ioh. 14,6 **18sq.** Ioh. 6,41 **19** Ioh. 15,5 **15, 8** Ps. 28,5

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

6 sit] sic δ **7** ideo] id *lo ma* **8** petetur δ **12** ne *om.* χ *Ly* **13** pane *om.* δ **14** sit] sed δ ε χ *C* | posuit χ **17** illud] illum δ **18** veritas est *om.* ε ζ *Ly* P_{23} **15, 1** satiabuntur] saturabuntur ε *K T C* | de ista] F_2 χ *C Ly Y* (*ir.*); sed ista H_1 (*ir.*); et ista Mc_2; et de ista V_2 *A G*; id est ε ζ P_{23}; sed de ista *X ma* **3** saturabuntur V_2 δ **6** piae] ipse ε ζ P_{23} *X* **8** conteret α_2 *ma* | deus α_2 δ

est; ibi istae arbores etiam secundum litteram annosissimae sunt et excellentissimae. Libanus autem interpretatur, sicut legimus in eis qui ista scripserunt, 'candidationem'. Libanus dicitur 'candidatio': videtur autem candidatio esse saeculi huius, modo nitentis et fulgentis in pompis suis. Sunt ibi cedri Libani quas plantavit dominus: ipsae satiabuntur quas plantavit dominus. Nam *arbor* mi 1371 inquit *quam non plantavit pater meus, eradicabitur.* ET CEDRI LIBANI QUAS PLANTAVIT.

v. 17 **(16.) ILLIC PASSERES NIDIFICABUNT, FULICAE DOMUS DUX EST EORUM.** Ubi passeres nidificabunt? In cedris Libani. Iam audivimus quae sint cedri Libani: nobiles saeculi, excelsi genere, opibus, honoribus: et ipsae cedri satiantur, illae tamen quas ipse plantavit. In his cedris passeres nidificant. Qui sunt passeres? Aves equidem et volatilia caeli sunt passeres, sed minuta volatilia solent dici passeres. Sunt ergo quidam spiritales nidificantes in cedris Libani, id est, sunt quidam servi dei audientes in evangelio: *Dimitte omnia tua,* vel *vende omnia tua, da pauperibus, et habebis thesaurum in caelis; et veni, sequere me.* Et non tantum hoc audierunt magni, sed audierunt et parvi, et voluerunt hoc facere et parvi, et esse spiritales: non iungi uxoribus, non macerari cura filiorum, non habere proprias sedes quibus deligarentur, sed ire in vitam quandam communem. Sed quid dimiserunt isti passeres? – minuti enim saeculi huius passeres videntur – quid dimiserunt? Quid magnum dimiserunt? Alius se convertit, dimisit cellam patris sui inopem, vix unum lectum et unam arcam. Convertit se tamen, factus est passer, quaesivit spiritalia. Bene,

10sq. Libanus ... candidationem] *cf.* Hier. in Zach. 2,10,279 (CC 76A) **14sq.** Matth. 15,13 **16, 9sq.** Matth. 19,21

$\pi(\alpha\text{: } V_2\ \alpha_2[=F_2\,Mc_2] + \delta\text{: } A\ G\ H_1)\quad \varepsilon(N\ Gt\ An_3)\quad \chi(K\ S)\quad \zeta(P_6\ T)\quad C\,Bn_2\ Ly\,Br_1\,P_{23}$ *lect.sel.: Y X* **16, 1** illic] *inc.* e_3

10 Libanus ... candidationem] *cf. 120, 6, 26sq.* (pascha ... interpretatur ... transitum) **11** candidatio $\zeta\,X\,ma$ **12** esse *om.* δ **16, 5** plantavit ipse *tr.* $X\,ma$ | nidificabunt $\alpha_2\,\varepsilon\,\zeta\,Ly\,e_3$ **6** equidem] $V_2\,C$; et quidem δ; quidem $\alpha_2\,\varepsilon\,\chi\,\zeta\,Ly\,e_3\,ma$ **8** quidam sunt *tr.* $V_2\,\delta$ **9** da] et *praem.* $\delta\,\varepsilon\,\zeta\,ma$

optime! Non illi insultemus, non dicamus: 'Nihil dimisisti'. Non superbiat qui multa dimisit. Petrus, ut sequeretur dominum – novimus quod piscator erat – quid potuit dimittere? vel frater eius Andreas, vel filii Zebedaei, Iohannes et Iacobus, etiam ipsi piscatores? Et tamen quid dixerunt? *Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te.* Non ei dixit dominus: 'Oblitus es paupertatem cc 1513 tuam? Quid dimisisti, ut totum mundum acciperes?' Multum dimisit, fratres mei, multum dimisit, qui non solum dimisit quidquid habebat, sed etiam quidquid habere cupiebat. Quis enim pauper non turgescit in spem saeculi huius? Quis non quotidie cupit augere quod habet? Ista cupiditas praecisa est: ibat in immensum, accepit modum, et nihil dimissum est? Prorsus totum mundum dimisit Petrus, et totum mundum Petrus accepit. *Quasi nihil habentes, et omnia possidentes.* Faciunt hoc multi: ista faciunt qui parum habent, et veniunt, et fiunt passeres utiles. Minuti videntur, quia non habent altitudinem dignitatis saecularis: nidificant in cedris Libani. Etenim et cedri Libani, nobiles et divites et excelsi huius saeculi, quoniam cum timore audiunt: *Beatus qui intellegit super egenum et pauperem,* attendunt res suas, villas suas, et omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, et praebent illas servis dei; dant agros, dant hortos, aedificant ecclesias, monasteria: colligunt passeres, ut in cedris Libani nidificent passeres. Ergo satiantur CEDRI LIBANI QUAS PLANTAVIT dominus, et ILLIC PASSERES NIDIFICABUNT. Attendite totam terram, si non ita est. Ut loquerer ista, non solum credidi, sed et vidi; dedit mihi intellectum ipsum experimentum. Interrogate latissimas mi 1372 terras qui nostis, et videte in quam multis cedris Libani passeres illi, de quibus locutus sum, nidificant.

23sq. Matth. 19,27 **32** 2 Cor. 6,10 **37** Ps. 40,2

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.:* e_3 Y X

---

19 dicamus] illi *praem.* $\alpha_2 \varepsilon \zeta Ly$ **24** eis $V_2 \delta CLyP_{23}$ **43** loquor ζ

(17.) Sed tamen, fratres mei, ipsi passeres, si spiritales sunt, quamvis nidificent in cedris Libani, non pro magno habere debent cedros Libani, et putare illos esse superiores a quibus eorum necessaria complentur. Passeres enim sunt; illae autem cedri Libani sunt. Ergo FULICAE DOMUS DUX EST passerum. Quamvis in cedris Libani nidificent passeres, non tamen cedri Libani duces sunt passerum. Ecce SATIABUNTUR LIGNA CAMPI, omnes populi; et CEDRI LIBANI satiabuntur, QUAS PLANTAVIT dominus, omnes nobiles et excelsi fideles. Illic, id est in cedris Libani, passeres nidificabunt; praebebunt ramos facultatum suarum colligendis minutis spiritalibus. Praebent ista, faciunt haec cedri Libani quas plantavit dominus; faciunt, et libenter faciunt; noverunt quid faciant, noverunt quid accipiant. Sed passeres, quamvis in cedris Libani nidificabunt, FULICAE DOMUS DUX EST EORUM. Quae est fulicae domus? Fulica, sicut omnes novimus, marina avis est; vel in stagnis est, vel in mari est. Habet quandam domum non facile in litore terrae, aut numquam, sed in his quae in media aqua sunt; plerumque ergo in petris quas aqua circumdat. Intellegimus ergo petram esse idoneam fulicae domum; nusquam fortius et firmius habitat quam in petra. In quali petra? In mari constituta. Etsi tunditur fluctibus, frangit tamen cc 1515 fluctus, non frangitur; hoc habet magnum petra in mari constituta. Quanti fluctus contuderunt petram nostram, dominum Christum! Elisi sunt in illum Iudaei; illi fracti sunt, ille integer mansit. Et unusquisque imitans Christum ita sit in isto saeculo, id est in isto mari, ubi non potest nisi procellas tempestatesque sentire, ut nulli vento cedat, nulli fluctui, sed omnia excipiat, et

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: e_3 Y X

17, 1 ipsae χ | si *om.* αεζ **4** illi εζ **5** passerum] eorum V_2δ **6** nidificant $\alpha_2 e_3$ **8** et *om.* εζ **12** faciunt ... accipiant *om.* α_2 **18** iis *X ma* | in[1] *om.* δ χ | aquae circumdant α_2δ; aqua circumdant e_3 **20** firmius et fortius *tr.* α_2 e_3 | petra] terra χ **21** franget εχ; franguntur ζ **22** frangitur] petra *add.* εζ P_{23} **23** nostram *om.* $\alpha_2 e_3$ **24** Christum] Iesum *praem.* εχζ | illum] eum $\alpha_2 e_3$ **27** nulli[1]] nullo χ | caedat δεχ

integer maneat. Ergo fulicae domus et fortis est et humilis. Non habet domum fulica in excelsis; nihil illa domo firmius et nihil humilius. In cedris quidem nidificant passeres propter praesentem necessitatem, sed petram illam habent ducem, quae fluctibus tunditur, et non frangitur: imitantur enim Christi passiones. Et si forte cedri Libani iratae fuerint, et aliquid molestiae vel scandali servis dei in ramis suis commoverint, volabunt quidem inde passeres; sed vae cedro remanenti sine nidis passerum! Passeres enim non naufragabunt, non peribunt, quia FULICAE DOMUS DUX EST EORUM.

(18.) Quid ergo sequitur? **MONTES ALTISSIMI CERVIS.** Cervi magni spiritales, transcendentes in cursu omnia spinosa veprium atque silvarum – *qui perficis* inquit *pedes meos sicut cervi, et super excelsa statues me* – teneant montes altos, alta praecepta dei; sublimia cogitent, teneant ea quae multum eminent in scripturis, iustificentur in summis. Cervi enim sunt. Illis MONTES ALTISSIMI. Quid de humilibus bestiis? Quid de lepore? Quid de ericio? Lepus minutum animal et infirmum, ericius etiam spinosum: illud animal timidum, illud animal spinis coopertum. Spinae quid significant, nisi peccatores? Qui peccat quotidie, etiamsi non magna peccata, minutissimis spinis coopertus est. In eo quod timet, lepus est; in eo quod minutissimis peccatis operitur, ericius est, et non potest tenere excelsa illa et perfecta praecepta. Illi enim MONTES CERVIS. Quid ergo? Isti pereunt? Non. Sic enim MONTES ALTISSIMI CERVIS, ut videas quid sequatur: **PETRA REFU-**

v. 18

mi 1373

18, 3sq. Ps. 17,34

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: e*$_3$ *Y X* **17, 37** eorum] *des. e*$_3$

33 passionem α_2 **36** fulicae domus] fulices δ **18, 3** qui ... me *om.* α_2 perficit *Mc*$_2$ *X ma* **4** statuis $\varepsilon\chi\zeta$; statuet *X ma* **6** cervis *N*^{1} *K C X ma* | illi π *Ly ma* **8** spinosum] minor eorum *add.* $\varepsilon\chi\zeta$ *Ly X* **9** spinae] enim *add.* $\varepsilon\zeta$ *X* (*pc.*) **10** peccant $\pi\chi$ **13** illa] ille *V*$_2$ $\delta\chi$ *C Ly* | illi] ille *G H*$_1$ (*ac. uv.*) χ *Ly* **14** montes] altissimi *add. N Gt ζ Ly P*$_{23}$ *ma*; excelsi *add. An*$_3$ *Psalt.Ga.* | isti] lepus et ericius *add.* ε *K P*$_6$ **15** altissimi] dati sunt *add.* ε *K P*$_6$ | ut] et his *add.* $\varepsilon\zeta$ *P*$_{23}$ *Y X ma*

GIUM ERICIIS ET LEPORIBUS, quia *factus est dominus refugium pauperi*. Ponas petram illam in terra, refugium est ericiis et leporibus: ponas illam in mari, domus est fulicae. Ubique utilis petra. Et in montibus ipsa utilis: montes sine petrae fundamento ruerent. Nonne iamdudum de montibus dicebatur: ILLIC VOLATILIA CAELI INHABITABUNT, DE MEDIO PETRARUM DABUNT VOCES SUAS? Ubique ergo petra refugium nostrum: sive in montibus excelsa sit, sive in mari tundatur fluctibus – non frangitur –, sive in terra solidetur: ad illam cervi, ad illam fulica, ad illam lepus et ericius. Tundant pectora lepores, et ericii confiteantur peccata sua. Licet cooperti sint minutis quidem quotidianisque peccatis, non eis tamen deest petra, quae illos docuit dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* PETRA REFUGIUM ERICIIS ET LEPORIBUS. cc 1516

v. 19 **(19.) FECIT LUNAM IN TEMPORA.** Intellegimus spiritaliter ecclesiam crescentem de minimo, et ista mortalitate vitae quodammodo senescentem, sed ut propinquet ad solem. Non istam lunam dico visibilem oculis, sed quae hoc nomine significatur? Ista quando obscura erat ecclesia, quando nondum apparebat, nondum eminebat, seducebantur homines, et dicebatur: 'Haec est ecclesia, hic est Christus', *ut sagittarent in obscura luna rectos corde.* Modo quam caecus est qui luna plena errat! FECIT LUNAM IN TEMPORA. Hic enim temporaliter transit ecclesia. Non enim hic erit semper ista mortalitas – augeri et minui – aliquando transibit: in tempora facta est.

16sq. Ps. 9,10 **27sq.** Matth. 6,12 **19, 7sq.** Ps. 10,3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

16 est *om.* δ **20** ruerent] in profundum *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) *ma* **21** petrarum] petrae δ *C* **23** frangatur *X ma* **26** sunt δ *K* **19, 1** tempore $\alpha_2\,\delta$ *K* **2** istam mortalitatem $V_2\,\delta$ *K* **8** plena luna *tr. X ma* **9** tempore $\alpha_2\,\delta$ **10** erat δ | minui] potest *add.* $\varepsilon\,\zeta$ P_{23} *X* **11** transivit χ; pertransibit $\varepsilon\,\zeta$ tempore $\alpha_2\,\delta$

SOL AGNOVIT OCCASUM SUUM. Et hic quis sol, nisi sol ille iustitiae, quem sibi non ortum impii plangent in fine iudicii, qui dicturi sunt in illo die: *Ergo erravimus a via veritatis, et iustitiae lumen non luxit nobis, et sol non ortus est nobis*? Ei sol iste oritur, qui intellegit Christum. Recedit autem ab intellectu eius Christus, qui sic iratus fuerit fratri suo, ut teneat odium. Itaque *irascimini, et nolite peccare.* Caritas etsi irascitur aliquando, ut corrigat, non tenetur rea, quia non inveteravit ira, ut verteretur in odium. Si autem ira conversa fuerit in odium, occidet sol super iracundiam vestram. *Non* igitur *occidat sol super iracundiam vestram.*

(20.) Nec putetis, fratres, ideo nonnullis solem esse adorandum, quia sol in scripturis aliquando Christum significat. Talis est enim dementia hominum; quasi adorandum aliquid dicatur, cum dicitur: 'Sol Christum significat'. Adora ergo et petram, mi 1374 quia Christum significat. *Sicut ovis ad victimam ductus est*: adora et ovem, quia Christum significat. *Vicit leo de tribu Iuda*: adora et leonem, quia Christum significat. Videte quam multa Christum significent; omnia ista Christus in similitudine, non in proprietate. Quaeris proprietatem Christi? *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum.* Ecce proprietas Christi, per quam factus es. Vis audire et proprietatem per quam refectus es? *Et verbum caro factum est, et habitavit in nobis.* Cetera similitudines sunt.

12sq. sol[3] ... iustitiae] *cf.* Mal. 4,2 **14sq.** Sap. 5,6 **18** Ps. 4,5 **21sq.** Eph. 4,26 **20, 4sq.** petram ... significat] *cf.* 1 Cor. 10,4 **5** Is. 53,7 **6** Apoc. 5,5 **9sq.** Ioh. 1,1 **11sq.** Ioh. 1,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.:* YX **19, 12** sol[1]] *inc.* e_3
20, 12 sunt] *des.* e_3

---

12 cognovit δ **13** fine $Mc_2\chi e_3$; finem $V_2F_2\delta CLyP_{23}$; die $\varepsilon\zeta Xma$ **15** est ortus *tr.* $N\chi P_6$ | ei] et δ **17** fratri suo fuerit *tr.* δ **19** rea] ea δ | veteravit δ **20** occidit $H_1\chi CXma$ **21** occidit $CXma$ **20, 2** talis ... 5 significat *om.* α_2 **6** et[2] *om.* α_2e_3 **9** quaeris proprietatem *om.* α_2e_3 **11** quam] quem $F_2\chi e_3$ **12** cetera] nam *praem.* α_2

Intellege, esto scripturae capax, ut aliud videas obici oculis tuis, aliud innui cordi tuo.

(21.) Sol ergo ille, iam securi dicimus, sol ille iustitiae, non cc 1517
sine causa impiis non oritur, etsi volunt. Ipsa enim sapientia dicit: *Quaerent me mali, et non invenient. Quaerent, et non invenient*: quare? *Oderunt enim sapientiam*. Ipsa sapientia loquitur, et dicit: *Quaerent me mali, et non invenient. Oderunt enim sapientiam.* Si ergo oderunt, quare quaerunt? Quaerunt, non ut fruantur, sed ut inflentur; quaerunt sermonibus, oderunt moribus. *Sanctus enim spiritus disciplinae fugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu.* Non ergo ille sol oritur impiis, non oritur malis. At vero de isto sole quid dictum est? *Qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos.* Ergo de illo sole iustitiae nescio quid significat psalmus iste secundum mysterium; nam videmus ista fieri in creatura etiam secundum speciem rerum visibilium: SOL AGNOVIT OCCASUM SUUM. Quid est SOL AGNOVIT OCCASUM SUUM? Christus agnovit passionem suam: occasus Christi passio Christi. Sed numquid sic sol occidit, ut non oriatur? *Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat?* Nonne ipse dixit: *Dormivi turbatus*, et de illo dictum est: *Exaltare super caelos, deus*? Ergo SOL AGNOVIT OCCASUM SUUM. Quid est AGNOVIT? Approbavit, placuit ei. Et unde ostendimus quia agnovit, hoc est placuit ei? Quid enim non novit deus? Quid non novit Christus? Et tamen dicturus est in fine quibusdam: *Non novi vos.* Quomodo ergo ibi *non novi vos* non est quasi 'ignoti mihi estis', sed 'non mihi placetis', sic et hic AGNOVIT OCCASUM SUUM 'placuit illi occasus eius'. Si enim ei

21, 3 Prov. 1,28 **4** Prov. 1,29 **8sq.** Sap. 1,5 **10–12** Matth. 5,45 **17sq.** Ps. 40,9 **18** Ps. 56,5 **19** Ps. 56,6 **23** Matth. 7,23

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

13 obice δ **14** corde $Mc_2\chi$ **21, 3** quaerent[1]] quaerunt δ S C | invenient[1]] inveniunt δ **4** quare] et *praem.* $\varepsilon\zeta$ *ma* **8** spiritus enim sanctus *tr.* δ X *ma* **9** sol ille *tr.* X *ma*; ille *om.* α_2 H_1 **11** orire χ **13** vidimus δ **19** agnovit sol *tr.* $\varepsilon\chi\zeta$ **24** mihi ignoti *tr.* ζ X *ma* **25** eius] suus $\varepsilon\zeta$ *ma*

displiceret, quomodo pateretur? Homini enim, quia non est ille sol, etiamsi displiceat passio sua, patitur et quod non vult. Ille autem non pateretur, nisi ei placeret, id est nisi agnosceret occasum suum, non occideret, quia ipse ait: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam a me, sed ipse eam pono a me.* Ergo cognovit occasum suum: SOL AGNOVIT OCCASUM SUUM.

(22.) Et quid, cum occidit sol, cum passus est dominus? Factae sunt quaedam tenebrae in apostolis, defecit spes eorum, quibus primo magnus et redemptor omnium videbatur. **POSUISTI TENEBRAS, ET FACTA EST NOX; IBI PERTRANSIBUNT OMNES BESTIAE SILVAE, CATULI LEONUM RUGIENTES UT RAPIANT, QUAERENTES A DEO ESCAM SIBI.** Quid intellegam spiritaliter catulos leonum, nisi *spiritalia nequitiae*? Quid intellegam nisi mala daemonia, quae daemonia pascuntur erroribus hominum? Sunt enim principes daemoniorum, et sunt daemonia quaedam contemptibilia. Ista daemonia seducere animas quaerunt, sed ubi sol non ortus est: tenebrae enim sunt. Et cum tenebrae sunt, quaerunt catuli leonum quos devorent. Ipse leo maior, princeps omnium talium leonum, quid de illo dictum est? *Nescitis quia adversarius vester diabolus, tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret?* Ideo QUAERENTES A DEO ESCAM SIBI, quia nec tentari quis potest a diabolo, nisi permittente deo. Iob sanctus ante diabolum erat, et tamen longe ab illo erat: aspectu ante illum, potestate remotus ab illo. Quando auderet tentare vel carnem, vel facultates eius quas possidebat, nisi accepisset potestatem? Quare autem datur potestas? Aut ad damnandos impios, aut ad probandos pios. Iuste hoc totum dominus agit; et in neminem

v. 20-21

mi 1375

cc 1518

29–31 Ioh. 10,18 **22,7** Eph. 6,12 **13–15** 1 Petr. 5,8

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

26 illi ε C **31** ipse] ego *praem.* ε χ Ly X *ma* | cognovit ... suum *om.* α_2; agnovit ε ζ X *ma* **32** sol ... suum *om.* $CP_{23}X$ *ma* **22,3** videbatur] quare *add.* ε ζ *ma* **18** audiret δ **20** dantur potestates ε ζ **21** totum] actum δ

habet diabolus potestatem, vel in aliquid eius, nisi ille concedat, ubi est potestas summa et sublimis. Sic diabolo, sic homini nulla est potestas in hominem, nisi desuper detur. Stabat iudex vivorum et mortuorum ante hominem iudicem, et inflavit se homo iudex videns ante se Christum, et ait: *Nescis quia potestatem habeo occidendi et dimittendi te?* At ille qui venerat et eum docere, a quo iudicabatur: *Non haberes* inquit *in me potestatem, nisi esset tibi desuper data.* Et homo et diabolus et quaelibet daemonia nonnisi accepta potestate nocent: sed proficientibus non nocent. Malis ita sunt tamquam ignis feno; bonis ita sunt tamquam ignis auro. Manducatus est Iudas ut fenum; probatus est Iob ut aurum.

POSUISTI TENEBRAS, ET FACTA EST NOX; ILLIC PERTRANSIBUNT OMNES BESTIAE SILVAE. Iam bestiae silvae alio modo. Alio enim et alio modo semper ista intelleguntur, quomodo dominus ipse agnus, ipse leo. Quid tam diversum quam agnus et leo? Sed qualis agnus? Qui vinceret lupum, vinceret leonem. Ipse petra, ipse pastor, ipse ianua. Pastor intrat per ianuam et dicit: *Ego sum pastor bonus*, et dicit: *Ego sum ianua.* Ipsum leonis nomen dominum significat, quia *vicit leo de tribu Iuda*, et diabolum, quia *conculcavit leonem et draconem.* Discite sic intellegere, cum figurate ista dicuntur, ne forte ubi legeritis quod Christum significat petra, ubique petram Christum putetis. Significat alia atque alia, sicut littera quo loco ponatur vide: ibi intellegis eius vim. Si audieris litteram primam in nomine dei, et putaveris eam semper ibi ponendam, delebis eam in nomine diaboli. Ab eadem enim littera incipit nomen dei, a qua incipit nomen diaboli; et nihil cc 1519 tam disiunctum quam deus et diabolus. Vide ergo quam absurdus

26sq. Ioh. 19,10 **28sq.** Ioh. 19,11 **38sq.** Ioh. 10,11 **39** Ioh. 10,7 **40** Apoc. 5,5 **41** Ps. 90,13 **42sq.** Christum ... petra] *cf.* 1 Cor. 10,4

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

23 ubi] cui *X ma* | diabolus χ **24** hominem] homine $\varepsilon\chi$ **28** potestatem in me *tr.* δ | desuper tibi esset *tr.* $\varepsilon\chi\zeta$ **33** posuisti] posuit δ **37** vinceret[1]] vincerat δ | leonem ... 52 rationem *om.* α_2 **40** quia[1]] qui δ **44** ibi] ubi ε **45** putaberis $V_2\delta$ **47** dei] domini $\varepsilon\chi\zeta$

mi 1376 est a rebus et humanis et divinis qui dixerit: 'd litteram non debet
50 habere in capite nomen diaboli', et cum quaesieris: 'Quare?', respondeat: 'Ego in nomine dei legi istam litteram'. Ridetur iste. Nam nec talis est cui digneris reddere rationem. Nolite ergo tam pueriliter sapere etiam ista divina, ut forte aliquis vestrum, quia dixi superius bestias silvae significare gentes, modo autem dico
55 bestias silvae significare daemonia et angelos praevaricationis, putet iis me aliquid contrarium dicere. Similitudines enim sunt, et in quocumque loco sunt, circumstantia sui exponuntur. ILLIC PERTRANSIBUNT OMNES BESTIAE SILVAE. Ubi? In noctem quam posuit dominus, quia SOL AGNOVIT OCCASUM SUUM. CATULI
60 LEONUM RUGIENTES UT RAPIANT, QUAERENTES A DEO ESCAM SIBI. Merito dominus venturus ad occasum suum, ipse sol iustitiae, agnoscens occasum suum, ait discipulis, tamquam tenebris futuris circuituro leone ut quaereret quem devoraret, [et] quod ille leo neminem devoraret, nisi peteret: *Hac nocte* inquit *postula-*
65 *vit satanas vexare vos sicut triticum; et ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua.* Nonne cum ter negavit, iam inter dentes leonis erat? CATULI LEONUM RUGIENTES UT RAPIANT, et ut quaerant A DEO ESCAM SIBI.

(23.) ORTUS EST SOL. Qui dixit: *Potestatem habeo ponendi* *v. 22*
animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam, agnovit occasum suum et posuit eam; ORTUS EST SOL, et recepit eam. ORTUS EST SOL, quia occidit sol, sed non exstinctus est sol. Ad-
5 huc eis qui non intellegunt Christum, ipsa nox est; adhuc eis sol

---

54 dixi superius] *cf. s. 2,11sq.* **64–66** Luc. 22,31-32 **66** ter negavit] *cf.* Matth. 26,70-74

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

49 d litteram An_3 ζ P_{23}; d V_2; *om.* δ *K*; d littera singula dixit *N Gt*; d littera *S*; littera *Ly*; de littera singulari d *C X ma* **50** haberi *C* (*pc.*) *ma* | nominis *C* (*pc.*) *ma* **56** putet iis *lo ma*; putetis *codd.* | similitudinis χ **57** sui] sua δ **58** nocte α_2 *Ly ma* **59** suum *om.* δ **61** suum *om.* π *C* **62** discipulis] suis *add.* χ **63** et *om. lo ma* | quod] quid V_2 δ χ *C Ly*; quia α_2 **64** illis χ **66** nonne] Petrus *add.* ε ζ *C* (*pc.*) *ma* **67** catuli ... sibi *om.* α_2

ortus non est: instent, ut intellegant, ne rapiantur a rugiente leone. Nam ecce quibus ortus est, non eos audent invadere catuli leonum. Sequitur enim: ORTUS EST SOL, **ET CONGREGATI SUNT, ET IN CUBILIBUS SUIS CUBABUNT**. Magis magisque ubi oritur sol iste, ut intellegatur ab orbe terrarum, et clarificetur Christus in toto mundo, congregantur catuli leonum; illa daemonia recedunt a persecutione ecclesiae, quae instigabant persequi domum dei, operando in filiis diffidentiae. Nam dictum est: *Secundum principem potestatis aeris, qui nunc operatur in filiis infidelitatis.* Modo iam quia nemo eorum persequi audet ecclesiam, ORTUS EST SOL, ET CONGREGATI SUNT. Et ubi sunt? ET IN CUBILIBUS SUIS CUBABUNT. Cubilia eorum corda infidelium. Quam multi gerunt leones cubantes in cordibus suis! Non inde erumpunt, non faciunt impetum in istam peregrinantem Ierusalem. Quare non faciunt? Quia iam ORTUS EST SOL, et splendet in toto orbe terrarum.

(24.) Ergo vide quid sequatur, quia ORTUS EST SOL, ET CONGREGATI SUNT, ET IN CUBILIBUS SUIS CUBABUNT. Quid tu, o homo dei? Quid tu, o ecclesia dei? Quid tu, o corpus Christi, cuius caput in caelo est? Quid tu facis, o homo, unitas eius? *v. 23* **EXIET** inquit **HOMO AD OPUS SUUM**. Operetur ergo iste homo opera bona in securitate pacis ecclesiae, operetur usque in finem. Aliquando enim erit quaedam contenebricatio, et fiet quidam impetus, sed in vespera, id est in fine mundi; modo autem in pace et tranquillitate operatur ecclesia, quia EXIET HOMO AD OPUS SUUM, **ET AD OPERATIONEM SUAM USQUE AD VESPERAM.**

23, 13sq. Eph. 2,2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

23, 6 a] e AH_1 **9** iste sol *tr.* $V_2\delta$ **24, 2** o *om.* LyX **3** o^2 *om.* $\pi C Ly P_{23} X$ **6** operetur] operatur δ; enim *add.* $\alpha_2\varepsilon\chi$ **7** contenebratio α $GtP_6P_{23}YXma$ **8** vesperam $Mc_2\varepsilon S\zeta$; vesperum K | finem $Mc_2\varepsilon\zeta$ **9** exiit χ **10** vesperum δ

(25.) QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA, DOMINE! *v. 24*
Merito magna, merito excelsa! Ubi facta sunt opera ista tam magna? Quae illa statio dei ubi sedit, et ista operatus est? Quis locus ubi ista operatus est? Unde processerunt primo ista tam pulchra? Si ad litteram accipias, omnis ordinata creatura, ordinate currens, ordinate pulchra, ordinate oriens, ordinate occidens, ordinate peragens omnia tempora, unde processit? Ipsa autem ecclesia quomodo accepit incrementa, successus, perfectionem? Quomodo destinatur ad finem quendam immortalitatis? Quibus praeconiis praedicatur? Quibus mysteriis commendatur? Quibus sacramentis occultatur? Qua praedicatione revelatur? Ubi fecit haec deus? Video magna opera: QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA, DOMINE! Quaero ubi fecerit, locum non invenio, sed video quid sequitur: **OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI.** Ergo omnia in Christo fecisti. Ille contemptus, ille expalmatus, ille consputus, ille spinis coronatus, ille crucifixus: omnia in illo fecisti. Audio, audio quid de illo tuo milite nunties hominibus, quid ex illo praecone sancto praedices gentibus: *Christum, dei virtutem et dei sapientiam*. Irrideant Iudaei crucifixum Christum, quia scandalum est eis; irrideant pagani crucifixum Christum, quia stultitia est eis: *Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocatis Iudaeis et Graecis Christum dei virtutem et dei sapientiam*: OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI.

(26.) REPLETA EST TERRA CREATURA TUA. Repleta est terra
cc 1521 creatura Christi. Et quomodo? Quomodo videmus; quid enim

25, 15sq. contemptus ... crucifixus] *cf.* Matth. 26,67; 27,29-31 **18sq.** 1 Cor. 1,24 **21–23** 1 Cor. 1,23-24

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

25, 2 tam *om.* $V_2\delta$ **3** dei] ubi stetit vel quae illa sessio *add.* X *ma* **8** accipit πP_{23} **12** opera[1]] tua domine *add.* $\varepsilon\zeta C$; domini *add.* χ **14** sequatur $\alpha_2\varepsilon S\zeta$ *ma* **17** de] in π; ex TLy | militi $\varepsilon\chi Ly$ | ex] de $\varepsilon\zeta C Y$ *ma* **21** praedicamus] inquit *praem.* X *ma*; *add.* $\varepsilon\chi\zeta Y$ **23** et[2] *om.* $V_2 A G$ **26, 1** repleta[1] ... tua *om.* $V_2 S$ **2** quomodo[2] *om.* $V_2\delta\chi$ | videbimus $\varepsilon\chi\zeta$

non a patre per filium creatum est? Quidquid ambulat et repit in terris, quidquid natat in aquis, quidquid volat in aere, quidquid in caelo circumagitur – quanto magis terra! – totus mundus creatura dei est. Sed nescio quid hic significat de quadam creatura nova, de qua dicit apostolus: *Si qua in Christo nova creatura, vetera transierunt; ecce facta sunt nova, omnia autem ex deo.* Nova creatura, quae facta est, omnes credentes in Christum, exuentes se veterem hominem, et induentes novum. REPLETA EST TERRA CREATURA TUA. In uno loco terrae crucifixus erat, in uno exiguo loco cecidit granum illud in terra et mortificatum est, sed magnum fructum attulit. Singularis eras, domine Iesu, donec transires; agnosco in alio psalmo vocem tuam, qua dixisti: *Singularis ego sum, donec transeam.* Singularis ergo eras, donec transires; singularis eras, cum agnovisti occasum tuum; sed ab occasu in ortum transisti. mi 1378 Ortus es, splenduisti, clarificatus es, et REPLETA EST TERRA CREATURA TUA. Psalmum, fratres, nondum finivimus, sed aliquid inde in nomine Christi etiam ad diem dominicum differamus.

SERMO IV

mense Dec. a. 403 (vel 409) die dominico habitus paulo post serm. III (cf. supra serm. III,26,19sq.)

(1.) Meminit caritas vestra, cum sit unus sermo dei in scripturis omnibus dilatatus, et per multa ora sanctorum unum

---

26, 7sq. 2 Cor. 5,17-18 **9sq.** exuentes ... novum] *cf.* Eph. 4,22.24 **12sq.** granum ... attulit] *cf.* Ioh. 12,24 **14sq.** Ps. 140,10

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

3 quidquid] enim *add.* $V_2\delta$ **4** terra δ **6** de qua *om.* δ **8** nova[1]] omnia *praem.* $\varepsilon\zeta$ *C* (*pc.*) *ma*, *Vulg.* **9** Christo δ **11** loco exiguo *tr.* δ **12** terram *X ma* **14** sum ego *tr.* $\varepsilon\chi\zeta$ *Psalt.Ga.* **17** es[2]] cum in caelum ascendisti *add.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *ma* **19** ad ... dominicum] deinde dominicam diem $\varepsilon\chi\zeta$ *ma* | referamus δ
1, 2 ora] oratio $V_2\delta$

verbum sonet, quod, cum sit in principio deus apud deum, ibi non habet syllabas, quia non habet tempora, nec mirandum nobis sit quia propter infirmitatem nostram descendit ad particulas sonorum nostrorum, cum descenderit ad suscipiendam infirmitatem corporis nostri, istum tamen psalmum iam multos nobis fecisse sermones, mysteriaque ipsa quae hic clausa tenentur, ut pulsantibus aperirentur, attulisse nobis non parvas per aliquot dies moras temporis, cum pronuntiantur, cum commendantur, cum clausa esse monstrantur, cum aperiuntur, cum eruuntur, cum ostenduntur; ac per hoc meminit, ut dixi, caritas vestra, nec praeterito die ad eius terminum psalmi nos pervenire potuisse, et distulisse in hunc diem. Voluit dominus et tempus redditionis nobis exhibere et debitorem et exactores: det ergo ipse bonum quod reddamus, qui non reddidit quidquid mali feceramus.

(2.) Exclamaverunt, ut nostis, vel cum pietate gaudioque recolitis, exclamaverunt cum psalmo viscera cordis nostri, et
cc 1522 dixerunt: **QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA, DOMINE!** v. 24 **OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI; REPLETA EST TERRA CREATURA TUA.** Quidquid a deo factum est, in sapientia factum est et per sapientiam factum est. Quidquid novit sapientiam, et quidquid non novit sapientiam, et tamen in creatura dei est, in sapientia factum est et per sapientiam factum est. Qui cognoscunt sapientiam, lucem habent sapientiam; qui non cognoscunt, habent

---

1, 3 verbum ... deum] *cf.* Ioh. 1,1 **6sq.** cum ... nostri] *cf.* Ioh. 1,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

3 ibi] ubi ζ **4** habet[1]] habebat δ **5** sit nobis *tr.* $V_2\delta$ **6** suscipiendum χ **8** ministeriaque δ **10** cum[2] *om.* $V_2\delta$ **13** praeterita $V_2\delta$ | eius] eum $V_2\delta$ nos *om.* $V_2\delta$ **15** debitorem ... exactores V_2 (*pc.*) α_2; χ; debitorem et auctores $V_2\delta$ *C*; me debitorem debito satisfacere et exactores securiores efficere ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) P_{23} *Y X ma* **16** reddit V_2K | male $V_2\delta$ *Y* **2, 1** vel] quod $\varepsilon\zeta$ *Ly* P_{23} *Y*; ut χ *C X ma* **2** exclamaverunt] et *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ | nostri] vestri δ **5** et ... est *om. K* **6** quidquid[1] ... est *om.* $V_2\delta K$ | sapientiam[2]] sapientia *S C Ly Y* **7** sapientiam] sapientia *C Ly Y* | et tamen] quidquid *praem. K* | in[2] *om. K* | sapientia] sapientiam *X ma* **9** non *om.* $V_2\delta$

tamen artificem sapientiam. Et qui eam lumen habent, etiam artificem habent; non quicumque artificem habent, etiam lucem habent. Et quidem in hominibus multi sunt qui eius participes fiunt, et sapientes vocantur; multi eius expertes stulti nominantur. Propter hoc vitioso nomine stulti appellantur, quia si studeant sapientiae, si petant, si quaerant, si pulsent, possunt pervenire ad eius participationem: non enim naturae, sed neglegentiae denegatur. Sunt autem aliae creaturae, quae non possunt fieri participes sapientiae, sicut omnes bestiae, omnia pecora, omnes arbores, quae nec sensum habent ullum. Numquid quia participes sapientiae esse non possunt, ideo non in sapientia et per sapientiam facta sunt? Non ergo exigit deus intellectum de equo et mulo, sed hominibus dicit: *Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus*. Quod equo natura est, homini crimen mi 1379
est. Hoc ergo dicit deus: 'Non exigo participationem sapientiae meae ab eis quae non feci ad imaginem meam. Sed ubi feci, inde exigo, et usum eius rei postulo, quam donavi'.

Homines ergo reddentes deo quae dei sunt – si Caesari reddunt quod Caesaris est, id est reddentes Caesari imaginem suam –, erigunt ipsam mentem suam non ad se, sed ad artificem suum, et ad lumen unde sunt et ad calorem quendam spiritalem unde fervescunt, et unde remoti frigescunt, et unde recedentes contenebrantur; et quia pie illi dixerunt: *Tu illuminabis lucernam*

2, 22sq. Ps. 31,9 **27sq.** homines ... est] *cf.* Matth. 22,21 **32sq.** Ps. 17,29

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

10 sapientiam] cum sint ipsi detenti insipientia (in sapientia *ε*; in insipientia *K* [*pc.*] *ζ*) *add. ε K* (*pc.*) *ζ P*$_{23}$ *Y* (*pc.*) *X* (*pc.*) *ma* | lumen] lucem *K X ma* **11** lucem] lumen *V*$_2$ *δ C Ly P*$_{23}$ *Y ma* **13** ex partes *χ* **14** hoc] ea *ζ* | appellantur] nominantur *ε ζ* | si *om. δ* **17** autem] etiam *ε ζ* **19** quae] quia *χ* **20** in *C Ly P*$_{23}$ *X ma*; a *ε χ ζ*; **om. V*$_2$ *δ* **23** quibus] in *praem. V*$_2$ *δ Ly Psalt.Ga.* **27** homines ... 38 eis] *anacoluthon* **29** suam[1]] *et reddentes deo imaginem suam *add. α*$_2$ *ε χ ζ C Ly P*$_{23}$ *Y X ma* **31** et[1] *om. V*$_2$ *δ* **32** contenebrantur] et quo revertentes illuminantur *add. ε K* (*pc.*) *ζ C* (*pc.*) *P*$_{23}$ *Y X ma* | et *om. ε ζ P*$_{23}$ *Y X* | ille *χ*

meam, domine, deus meus, illuminabis tenebras meas, discussis tenebris terrenae stultitiae, aperientes os et ducentes spiritum, erigunt, ut dixi, fidem, oculum cordis, et circuminspiciunt mente universum mundum, terram, mare, caelum, et videntes omnia pulchra, disposita, ordinata currere, digeri generibus, fulciri seminibus, mutari successionibus, currere temporibus, placet eis in his artifex, ut et ipsi placeant in artificio artifici, et exclamant prae magno gaudio, quia vere huic laetitiae nihil comparari potest: QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA, DOMINE! OMNIA IN cc 1523 SAPIENTIA FECISTI. Ubi est ipsa sapientia in qua omnia fecisti? Quo sensu attingitur? Quo oculo videtur? Quo studio quaeritur? Quo merito possidetur? Quo putatis, nisi gratia sua? Qui donavit ut simus, donet ut boni simus. Donat conversis, qui antequam converterentur, et aversi irent post vias suas, nonne quaesivit eos? Nonne descendit? Nonne *verbum caro factum est*, *et habitavit in nobis*? Nonne accendit lucernam carnis, et quaesivit perditam drachmam? Quaesivit et invenit, vicinis congratulantibus, id est omni creatura spiritali quae deum proxime attingit. Vicinis laetantibus inventa est drachma; angelis laetantibus inventa est anima humana. Inventa est, ergo gaudeat et dicat: QUAM MAGNIFICATA SUNT OPERA TUA, DOMINE! OMNIA IN SAPIENTIA FECISTI.

(3.) REPLETA EST TERRA CREATURA TUA. Qua creatura tua repleta est terra? Omnibus arboribus et frutectis, omnibus animalibus et pecoribus, et universo ipso genere humano, repleta est

47sq. Ioh. 1,14 **48sq.** accendit ... drachmam] *cf.* Luc. 15,8 **51sq.** angelis ... humana] *cf.* Luc. 15,17

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

34 educentes V_2 δ **35** fidem] fidentem α_2 ε χ ζ *C Ly* P_{23} *X ma* | circumspiciunt ε ζ *C* P_{23} *ma* **36** caelum] et *praem.* ε ζ *C* P_{23} *ma* **37** *pulchre P_{23} X ma degeri Mc_2 δ **38** mutare ε χ **39** artificio H_1 (*pc.*) P_6 *ma*; artifice *cett.* **40** prae] per ε **45** donat *G* (*uv.*) ζ *ma* **46** irent] cum *praem. ma* | suas *om.* V_2 δ **48** carnis] suae dum penderet in cruce *add.* H_1 (*pc.*) ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *X ma* **3, 2** frutectis] fructibus χ

terra creatura dei. Videmus, novimus, legimus, agnoscimus, laudamus, et in his praedicamus; et in his nec sufficimus laudare tantum, quantum abundat ex bona inspectione cor nostrum. Sed ad illam magis creaturam debemus attendere, unde dicit apostolus: *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt; ecce facta sunt nova.* Quae *vetera transierunt*? In gentibus omnis idolatria, in ipsis Iudaeis omnis illa servitus legis, omnia illa sacrificia praenuntiantia praesens sacrificium. Abundabat tunc vetustas hominis; venit qui renovaret opus suum, venit qui conflaret argentum suum, qui formaret monetam suam, et attendimus plenam terram Christianis credentibus in deum, avertentibus se a prioribus suis immunditiis et idolatria, ab spe mi 1380
praeterita ad spem novi saeculi; et ecce nondum est in re, et iam tenetur in spe, et per ipsam spem iam cantamus et dicimus: REPLETA EST TERRA CREATURA TUA. Nondum in patria cantamus hoc, nondum in illa requie quae promittitur, nondum confirmatis vectibus portarum Ierusalem, sed adhuc in peregrinatione intuentes mundum istum totum, et undique homines currentes ad fidem, timentes gehennas, contemnentes mortem, amantes vitam aeternam, spernentes praesentem, et tali spectaculo completi gaudio dicimus: REPLETA EST TERRA CREATURA TUA.

(4.) Hoc autem saeculum adhuc tentationum fluctibus quatitur, adhuc tempestatibus et procellis tribulationum et timorum turbatur; hac tamen itur. Minetur licet mare, et tumeat fluctibus, procellasque parturiat, hac itur; datum est nobis lignum in quo navigemus. REPLETA EST TERRA CREATURA TUA, cc 1524

3, 8sq. 2 Cor. 5,17 **20** confirmatis ... Ierusalem] *cf.* Ps. 147,13

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

5 nec] non *C X ma* **6** ex] in V_2 δ | bono δ **9** facta ... nova] nova facta sunt omnia δ **10** idololatria *lo ma* **15** avertentes ε χ *Ly* | immunditiis suis *tr. lo ma* | idolatria *lo ma* | ab] a P_6 P_{23} *ma* **18** nondum] enim *add.* ε χ ζ *ma* **23** speculo δ P_{23} **4, 2** timorum] tumorum ε *C* (*pc.*) *X ma*; tumore ζ

sed nondum sumus in terra viventium, adhuc ista terra morientium est; clamamus autem, et dicimus: *Spes mea es tu, portio mea in terra viventium*. In terra morientium spes mea, in terra viventium portio mea. Ecce ista terra, quae repleta est creatura dei, quia nondum est in terra viventium, qua transit? Audi sequentia: *v. 25* **HOC MARE MAGNUM ET SPATIOSUM, IBI REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS, ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA.** Terribile mare significat: IBI sunt REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS. Insidiae repunt in hoc saeculo, et incautos repente occupant. Repentes autem tentationes quis numerat? Repunt, sed cave ne subripiant. Vigiletur in ligno! Etiam in aquis, etiam in fluctibus tuti sumus. Non dormiat Christus, non dormiat fides. Et si dormierat, excitetur! Imperabit ventis, placabit mare: finietur via, gaudebitur in patria.

IBI REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS, ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA. Vide enim adhuc in mari isto formidoloso nondum credentes. Ipsi enim versantur in amaris aquis et sterilibus, illic autem et pusilli et magni sunt. Novimus hoc: multi pusilli saeculi nondum crediderunt, multi primates saeculi nondum crediderunt: ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA sunt in hoc mari. Oderunt ecclesiam, premuntur Christi nomine; non saeviunt, quia non permittuntur; in manus non erumpens, clausa est in corde saevitia. Nam omnes, sive pusilli sive magni, ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA, quae modo dolent templa clausa esse, aras

4, 7sq. Ps. 141,6 **17sq.** et ... mare] *cf.* Matth. 8,24-26

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

9 ista ... transit] *anacoluthon* **10** quia] qui adhuc in ista terra est morientium ε ζ P_{23} *Y ma* | nondum] non V_2 δ; et *praem. K* | viventium] ad terram viventium *add.* ζ **11** ibi] ubi ζ | reptilia χ *Ly* **16** aquis] in cruce navigamus *add.* ε ζ *C* (*pc.*) *Y X* **18** dormiverit ε χ ζ *Ly* P_{23} *Y X ma* | imperavit V_2 δ *N Gt* χ *C Ly* | placavit *N Gt* χ *C Ly* | finitur δ **21** video ε ζ *X* (*pc.*) *ma* **22** enim ... sunt *om. K* **23** illic] illi V_2 δ *C Ly* P_{23} *Y ma* **24** multi ... crediderunt *om.* V_2 δ **25** mari hoc *tr.* δ; mare ε *S* **26** oderant *Gt* An_3 **29** quo δ

eversas, simulacra confracta, leges latas ut sacrificare idolis capitale sit crimen, omnes qui dolent haec, in mari sunt adhuc. Quid ergo nos? Ad patriam qua ituri sumus? Per ipsum mare, sed in ligno. Ergo attendite: HOC MARE MAGNUM ET SPATIOSUM, IBI REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS, ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA. Noli timere, noli terreri; desidera patriam, intellege peregrinationem.

v. 26 **(5.) ILLIC NAVES COMMEABUNT.** Ecce in eo quod terrebat, naves natant, et non merguntur. Naves ecclesias intellegimus: mi 1381 commeant inter tempestates, inter procellas tentationum, inter fluctus saeculi, inter animalia pusilla et magna. Gubernator est Christus in ligno crucis suae. ILLIC NAVES COMMEABUNT. Non timeant naves, non valde attendant ubi natent, sed a quo gubernentur. ILLIC NAVES COMMEABUNT. Commeabunt secure, cc 1525 commeent perseveranter, venient ad finem debitum, perducentur ad terram quietis.

(6.) Est in isto mari aliquid etiam quod superat omnia animalia pusilla et magna. Quid est hoc? Psalmum audiamus: **DRACO HIC QUEM FINXISTI AD ILLUDENDUM EI.** IBI REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS, ibi ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA; ILLIC NAVES COMMEABUNT, et non timebunt, non solum REPENTIA, QUORUM NON EST NUMERUS, et ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA, sed nec draconem qui ibi est: QUEM FINXISTI, inquit deo, AD ILLUDENDUM EI. Magnum secretum, et tamen quod nostis dicturus sum. Nostis inimicum ecclesiae quendam draconem: non vidistis oculis carnis, sed videtis oculis fidei. Ipse est qui et

---

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

30 fracta *δ* **32** qua] quia *δ* **33** ligno] noli timere periculum lignum te portat quod continet saeculum *add. ε ζ C (pc.) P_{23} Y X ma* **35** desidera] deside *δ* | patriam] *civitatem *α G P_{23} Y*; civitate *A H_1* **5, 1** terrebat *ma cc*; terrebant *codd., lo* **2** naves[2]] *commeabunt *praem. N^1 (sl.) K X lo*; commeabant *praem. S* **7** illic ... commeabunt *om. $α_2$* | commeabunt[1]] quem commeatum reperiunt tristem quando gubernatorem sentiunt Christum *add. ε ζ C (pc.) X ma* **6, 3** fixisti *δ C* **7** fixisti *δ C*

leo dicitur; de illo scriptura dicit: *Conculcabis leonem et draconem.* Subditus est iste capiti tuo, subdetur et corpori eius. Haereant tantum membra capiti suo, ut membra eius sint. Dictum est de prima femina, quam seduxit hic draco, Eva scilicet illa cui consilium mortis dedit, et persuasione astuta in cor femineum more serpentis irrepsit – factum est quod novimus, quod ibi et nos fecimus, quod dolemus. In illis enim duobus hominibus totum genus humanum: inde propago mortis, inde et in parvulis debita, delicta. *Quis* enim *mundus*, ait scriptura, *in conspectu tuo? Nec infans cuius est unius diei vita super terram.* Tradux peccati, tradux mortis de primo peccato – nostis enim et quid dictum est mulieri, vel potius serpenti, cum audiret deus peccatum primi hominis: *Ipsa tuum observabit caput, et tu eius observabis calcaneum.* In magno mysterio dictum, in figura dictum ecclesiae futurae, factae de latere viri sui, et hoc dormientis. Erat autem Adam forma futuri. Hoc apostolus dicit: *qui est forma futuri.* Praefiguratum est quod futurum erat, facta est ecclesia de latere domini dormientis in cruce. Nam de latere crucifixi percusso sacramenta ecclesiae profluxerunt. Quid ergo dictum est ecclesiae? Iam modo audite, intellegite, cavete: *Ipsa tuum observabit caput, et tu eius calcaneum.* O ecclesia, caput serpentis observa. Quid est 'caput serpentis'? Prima peccati suggestio. Venit tibi in mentem nescio quid illicitum; noli ibi tenere mentem tuam, noli consentire. Hoc quod venit in mentem, caput serpentis est: caput calca, et evades ceteros motus. Quid est 'caput calca'? Ipsam suggestionem contemne. Sed lucrum suggessit: 'Magnum ibi lucrum est', 'Magnum ibi aurum est', 'Si hanc fraudem feceris, dives eris'. Caput serpen-

6, 11 Ps. 90,13 **19sq.** Iob 14, 4-5 **23** Gen. 3, 15 **26** Rom. 5, 14 **27–29** de ... profluxerunt] *cf.* Ioh. 19,34

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.:* YX **6, 21** dictum] *inc. Flor*

12 et *om.* δ | corpore χ **16** factumque ζ **20** tradux[1] ... tradux] traduxit *bis* δ **24** ecclesia $\varepsilon\,\zeta$ *ma* **30** cavete] caute $V_2\delta$ **31** quod $V_2F_2\delta\,CP_{23}$; qui Mc_2 X **34** evadis χ **35** motus] quid est caput calca et evades (evadis χ) ceteros motus *add.* $\varepsilon_1\chi\zeta\,CYX$

tis est, calca. Quid est 'calca'? Contemne quod suggessit. Sed magnum aurum suggessit. Et quid prodest homini, si totum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum patiatur? Pereat mundi lucrum, ne fiat animae damnum. Haec dicens, observasti caput serpentis, et calcasti. Ille autem diabolus calcaneum tuum observat. Quid est observat calcaneum tuum? Quando labaris a via dei, tu observas primam suggestionem, ille observat lapsum tuum. Si enim lapsus fueris, cades; si cecideris, possidebit. Ut autem non cadas, noli exire de via. Angustam tibi semitam stravit deus; quidquid extra illam, lubricum est. Propterea lumen est Christus, et via est Christus: *Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; et: *Ego sum via et veritas et vita*. Per me is, ad me is. Si ergo ipse est lumen et ipse est via, si ab illo recesseris, nec in lumine eris nec in via. Et quid te sequitur? Quod dicit de impiis quidam psalmus: *Fiat via eorum tenebrae et lubricum*. mi 1382 cc 1526

(7.) Hic ergo draco, antiquus hostis noster, ira fervidus, insidiis astutus, in mari magno est. DRACO HIC QUEM FINXISTI AD ILLUDENDUM EI. Iam tu illude draconi: ad hoc enim hic factus est draco. Ipse cadens peccato suo de sublimi habitatione caelorum, et ex angelo factus diabolus, accepit quendam locum suum in hoc mari magno et spatioso. Regnum eius putas, carcer eius est. Multi enim dicunt: 'Quare tantam potestatem diabolus accepit, ut dominetur in isto saeculo, et tantum valeat, tantum possit? Quantum valet, aut quantum potest?' Nisi permissus, nihil potest. Sic age, ne permittatur in te! Aut si permissus fuerit

39sq. quid ... patiatur] *cf.* Matth. 16,26 **48sq.** erat ... mundum] Ioh. 1,9 **49sq.** Ioh. 14,6 **53** Ps. 34,6

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **7, 5** diabolus] *des. Flor*

41 fiet A H_1 **44** laberis χ *Ly* **47** illam] est *add.* ζ **50** et[1] *om.* H_1 *K* | is[1 et 2] *om.* χ **52** sequetur V_2 δ *K* (*pc.*) *X* (*uv.*) | dicet χ **53** fiant V_2 δ | illorum *G* An_3 P_6 *Ly Psalt.Ga. ma* **7, 1** fervidus H_1 (*pc.*) χ ζ *C* (*pc.*) *Ly* P_{23} *X ma*; perfidus *cett.* **3** draco V_2 δ **5** factus] est *add.* V_2 δ **6** putas] quod *praem.* ε ζ *ma* **10** sic] tu *praem.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *ma*

ad tentandum, victus abscedat. Permissus est enim ad tentandos quosdam sanctos viros famulos dei; superaverunt eum, quia de via non recesserunt, non lapsi sunt, quorum observabat calcaneum.

Iob ille sanctus sedebat in stercore, et currebat in via: videte quemadmodum observaverit caput eius, et quomodo ille calcaneum eius attendebat. Ille repellebat suggerentem, ille sperabat labentem: cepit et eius mulierculam; subtraxit omnia quae habebat, solam dimisit adiutricem suam, non mariti consolatricem. Cepit etiam ipsam non observantem caput eius. Adhuc enim illa Eva erat, sed iam ille Adam non erat. Ablatis omnibus, remansit Iob cum uxore, per quam tentaretur, et cum deo, a quo regeretur. Quid illo pauperius subito factum, si domum eius consideres? Quid illo ditius, si cor eius cogites? Vide paupertatem domus: ablata sunt omnia. Vide divitias cordis: *Dominus dedit,* cc 1527 *dominus abstulit. Sicut domino placuit, ita factum est; sit nomen domini benedictum. Dominus dedit, dominus abstulit*: noverat rectorem suum et tentatorem suum, permissorem tentatoris sui noverat. 'Nihil sibi, inquit, diabolus tribuat: voluntatem habet nocendi, potestatem autem nisi acciperet, non haberet. Quantum accepit ille potestatis, tantum ego patior; non ergo ab illo patior, mi 1383 sed ab eo qui potestatem dedit. Contemnatur superbia tentatoris mei, sustineantur flagella patris mei.' Repulsus est tentator, observatum est caput eius, penetrare non potuit in cor. Muratam civitatem forinsecus oppugnavit, sed non expugnavit.

7, 15 Iob ... stercore] *cf.* Iob 2,8 **25–27** Iob 1,21 (LXX)

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

11 abscedat] et non possideat *add.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *X ma* **16** quemadmodum] quomodo *X ma* | quomodo] quemadmodum *X ma* **19** solam] diabolus *add.* ε ζ *C* (*pc.*) *X* | consolatricem] sed potius tentatricem *add.* ε *K* (*pc.*) ζ P_{23} *X* (*pc.*) *ma* **20** adhuc] et *praem.* χ **29** inquit sibi *tr.* V_2 δ | tribuit δ **31** ille accepit *tr.* δ | potestatem V_2 δ *Ly* **34** poterat V_2 δ

Accessit alia tentatio: permissus est ad corpus eius, percussit gravi vulnere a capite usque ad pedes. Contabescebat putredine, scatebat vermibus, amissa domo sedebat in stercore. Ibi Eva captivata a diabolo, ad adiutorium marito supposita, ad lapsum suggerit ut blasphemetur deus. Primo suggessit in paradiso ut contemneretur deus, modo ut blasphemetur deus. Valuit tunc in integrum, nunc victus est a putri: in paradiso deiecit, in stercore superatus est. Attendebat autem ille draco utrum Iob lingua laberetur. Omnis enim homo in actu suo pedes habet in eo quod agit; in quo movetur, ibi tamquam ambulat. Dicebat ille multa: quanta enim dixit Iob, qui legunt noverunt. In tam multis illis verbis observabat serpens calcaneum labentis. Ille autem qui caput observabat, repellit omnem suggestionem. Respondit et mulieri, sicut dignum erat respondere mulieri: *Locuta es* inquit *tamquam una de insipientibus mulieribus; si bona percepimus de manu domini, mala non sustinemus? Et inter illa omnia quae dixit, nusquam lapsus est.* Quod multi in illis verbis non intellegunt, et quaedam ibi sic accipiunt, quasi aliquid durum dixerit Iob in deum.

(8.) Nam inter multa hoc etiam dixit, velut stomachans, adversus deum, sicut videbatur non intellegentibus – ille autem gestabat personam magnam magnae prophetiae – *Utinam*, inquit loquens ad deum, *utinam esset nobis arbiter!* Quid est: *Utinam esset nobis arbiter*? Quasi qui inter nos iudicaret, et quo iudicante

---

37sq. putredine ... vermibus] *cf.* Iob 2,9 (LXX) **38** sedebat ... stercore] *cf.* Iob 2,8 **40** ut[1] ... deus] *cf.* Iob 2,9 **49–52** Iob 2,10 (LXX) **8, 3sq.** Iob 9,33

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.:* YX **8, 1** inter] *inc. Flor* **4** arbiter] *des. Flor*

---

39 ad[1]] non *praem.* $CP_{23}YX$ *ma* | ad[2]] sed *praem.* C (*pc.*) *ma* **40** suggerit V_2 A **42** putri Ly *ma*; putredine AH_1 (*pc.*) $\varepsilon\zeta CP_{23}YX$; putredo V_2GH_1; patri χ **48** observabat] serpentis *add.* H_1 (*pc.*) εK (*pc.*) ζX *ma* | repulit A (*pc.*) $\varepsilon\zeta$ C (*pc.*) *ma* **49** respondere] responderi V_2H_1 (*pc.*) K (*pc.*); respondire S (*sic!*) **50** percepimus] suscepimus $V_2\delta$; percipimus K (*ac.*) **51** mala] quare *add.* $\varepsilon\chi\zeta$ | *sustineamus $\varepsilon\chi\zeta P_{23}X$; sustinebimus Ly *ma* **8, 1** etiam hoc *tr.* X *ma*

causa mea vinceret. Sic accipitur ad primum sonum: sed discute, ne labaris. Attendit enim semper ille serpens calcaneum tuum. Quid visus est dixisse Iob: *Utinam esset nobis arbiter*? Utinam esset medius aliquis! Iudicaret inter me et te.' Hoc deo? Hoc homo? Hoc in stercore homo? Hoc vel in caelo angelus deo *Utinam esset nobis arbit*er? Sed quid praevidebat? Quid optabat? *Multi* inquit dominus *iusti et prophetae voluerunt videre quae videtis, et non viderunt*. Arbitrum desiderabat. Quid est arbiter? Medius ad componendam causam. Nonne inimici eramus dei, et malam causam habebamus adversus deum? Quis finiret causam istam malam, nisi ille medius arbiter de quo apostolus dicit: *Unus enim deus, unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus*? Si non homo, non mediator, quia aequalis patri deus. Dicit alio loco: *Mediator autem unius non est; deus autem unus est*. Inter duos mediator: ergo Christus mediator inter hominem et deum. Non quia deus, sed quia homo. Non quia deus aequalis patri: si aequalis patri, non mediator. Ut autem sit mediator, descendat a superiore ad inferiorem. Ab aequalitate patris, faciat quod ait apostolus: *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo*. Fundat sanguinem suum, deleat chirographum nostrum, componat inter nos et deum, nostram voluntatem corrigens ad iustitiam, illius sententiam flectens ad misericordiam.

cc 1528

mi 1384

12sq. Matth. 13,17 **16sq.** 1 Tim. 2,5 **19** Gal. 3,20 **24sq.** Phil. 2,7 **26** deleat chirographum] *cf.* Col. 2,14

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **11** sed] *inc. Flor* **28** misericordiam] *des. Flor*

6 discute] te *add.* ε χ Y X *ma* **7** laberis G H_1 K Ly | serpens ille semper *tr.* X *ma* | tuum] meum G H_1 **9** aliquis] qui *add.* ε χ ζ C Ly *ma* | hoc[2] *om.* P_6 C P_{23} X *ma* **10** vel] ut ζ **16** arbiter] qui nisi veniret misericordiae perierat iter *add.* ε K (*pc.*) ζ C (*pc.*) Y X *ma* **17** unus] et *add.* ε χ ζ C Ly X *ma*, *Vulg.* **20** non ... homo *om.* V_2 **21** quia[1]] qua δ K (*pc.*) C | quia[2]] qua δ K (*pc.*) non] nam *ma* | quia[3]] qua δ | si] sed ε P_6 Y; sed si T *lo ma* **26** componat] pacem *add.* ζ C (*pc.*) X

Sicut ergo hoc unum exposuimus, quantum dominus dedit, quod durum videtur dictum a Iob, sic et cetera, quae ibi videntur quasi aspera et blasphema, habent intellectus suos; quod putaremus aliter esse, nisi deus perhiberet testimonium, et antequam loqueretur Iob, et posteaquam totum locutus est. Perhibuit deus testimonium primo dicens: *Homo sine querela, verax dei cultor.* Dixit hoc deus, dixit ante tentationem illius. Ne quis autem in illis verbis forte male intellegens scandalizaretur, et putaret iustum quidem virum fuisse ante tentationem, in tentatione autem gravi defecisse, et lapsum esse in sacrilegam blasphemiam, finitis omnibus sermonibus et ipsius Iob et amicorum eius a quibus ei consolatio reddebatur, dicit deus testimonium illos non verum locutos, sicut servus eius Iob: *Non enim locuti estis* inquit *coram me verum quidquam, sicut servus meus Iob.* Deinde iubet ut ille pro eis offerat hostias, quibus eorum peccata solvantur.

(9.) Eia fratres mei, qui vult observare caput serpentis et securus transire hoc mare – quia necesse est habitet hic serpens iste, et, ut dicere coeperam, lapsus hunc locum accepit – observet caput eius a timore saeculi et a cupiditate saeculi. Hinc enim suggerit aliquid: aut unde times, aut unde cupis; aut amorem tuum tentat, aut timorem. Tu si timueris gehennas, amaveris regnum dei, observabis caput eius. Evitato capite, securus eris, nec ille lapsum tuum tenebit, nec de tua ruina gaudebit. Nemo autem dicat, ut dixi: 'Magnam habet potestatem'. Vident enim homines quasi quantum acceperit potestatis: quid perdiderit non vident. Ipse autem sanctus Iob in verbis suis mysticis et alte

cc 1529

34 Iob 1,8 (LXX) **41sq.** Iob 42,7 **9, 3** dicere coeperam] *cf. s. 7,4-6*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

30 a] ad *N (uv.) χ*; ab An_3 *X* **34** primo testimonium *tr. X ma* **35** dixit²] hoc *add. ε* P_6 *ma* **37** virum] verum *χ* | fuisse] iob *add.* H_1 *(pc.)* N^1 *K (pc.) ζ ma* **39** a] et *praem. δ* **40** dominus *X (uv.) ma* | illis *χ (uv. S)* **41** servum *δ ma* inquit **om.* V_2 *δ* **9, 3** lapsus] diabolus de caelo *add. ε K (pc.) ζ C (pc.) Y X ma* | accepit] et *praem. χ* **5** timeas V_2 *δ* **10** perdiderint *ε* **11** vident] maiestatis *add. ε K (pc.) ζ Y X (pc. uv.)*

secretis, dicens de ista potestate, quae dicitur diabolus, et describens illum multis modis in figuris similitudinum, exponens quid ille sit vel quid valeat, hoc quoque ait: *Non est quidquam simile ei factum super terram ad illudendum ab angelis meis.* Deus ibi loquitur in libro Iob: *Non est quidquam ei super terram simile factum ad illudendum ab angelis meis. Omne altum videt, et ipse rex omnium quae in aquis sunt.* Cui testimonio congruit hoc in
mi 1385 psalmo. Cum enim diceret de mari magno et spatioso ubi ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA, ubi REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS, ubi naves navigant ligno tutae, ait: DRACO HIC QUEM FINXISTI AD ILLUDENDUM EI. Sed AD ILLUDENDUM quomodo? Deus illi illudit? An tradidit eum illudendum, ut illudatur? Putaremus quod deus illi illuderet, nisi scriptura Iob solvisset quaestionem. Ibi enim dictum est: *ad illudendum ei ab angelis meis.* Vis illudere draconi? Esto angelus dei. Sed nondum es angelus dei. Donec sis, si eum cursum tenes ut sis, sunt angeli qui illudant draconi, ne tibi noceat. Praepositi enim sunt angeli caelorum super potestates aereas et inde procedit verbum quod fit hic. Intuentur enim legem fixam, legem aeternam, iubentem sine scriptura, sine syllabis, sine strepitu, fixam semper et stantem. Intuentur angeli corde mundo, et ex illa faciunt quidquid hic fit, et potestates ex illa ordinantur a summis usque in ima. Et si potestates summorum caelorum reguntur verbo dei, quanto magis inferiores atque

14–18 Iob 41,24*sq.*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

12 quae] quam ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc. uv.*) *Y X ma* | diabolus] habere *praem.* ε *K* (*pc.*) ζ; habere *add.* *C* (*pc.*) *Y X ma* **13** similitudinem δ ε *T* P_{23} **15** illudendum] ei *add.* *G* (*pc.*) ε *K* (*pc.*) *T Y ma* **16** ei] ex *praem.* V_2 δ | super] simile *praem.* V_2 δ **17** ad] ab δ | illudendum] ei *add.* ε ζ *Y X ma* | vidit δ | ipse] est *add.* An_3 ζ **18** testimonium V_2 δ **19** spatioso et magno *tr.* ε χ ζ *Ly* **21** hic] iste *Ly* P_{23} **22** sed] si *add.* P_6 *C X ma* **23** ut] hoc est *praem.* H_1 (*pc.*) ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *Y X ma* **24** illi] ei V_2 δ **26** draconem V_2 δ *C* | sed ... dei *om.* V_2 δ angelus dei^2 *om.* *C* **27** draconem χ **29** hinc δ **32** mundo corde *tr.* δ | fit et] fiet V_2 δ **33** in] ad V_2 δ

terrenae? Remanet ergo in malis sola nocendi cupiditas. Hanc habet homo in potestate: cupiditatem nocendi, voluntatem ad perniciem. Si autem cuiquam nocere potuerit, non glorietur: non ipse nocuit, data est potestas. Semel dictum est, sententia firma est: *Non est potestas, nisi a deo.* Quid ergo times? In aquis sit draco, in mari sit draco, illuc transiturus es. Sic est fictus ut illudatur, hic ad hunc locum ordinatus, in his sedibus. Magnum aliquid illi putas esse has sedes, quia non nosti sedes angelorum unde lapsus est: quae tibi videtur eius gloriatio, damnatio est.

(10.) Similitudinem accipite breviter, quia revera magnum aliquid est hoc nosse et intellegere. Domum magnam aliquam puta totam istam administrationem creaturae: domus ista magna cc 1530 habet dominum, habet servos, et in ipsis servis habet circa se proximos sibi in apparatibus melioribus vestium, thesaurorum, horreorum, magnarum possessionum; habet etiam servos in infimis ministeriis, ita subditis sibi potestatibus, ut quosdam habeat et ad mundandas cloacas. A summis procuratoribus usque ad extrema ista et infima ministeria quam multi sunt gradus! Si ergo aliquis magnus procurator offendat, et poena domini sui, verbi gratia, fiat ostiarius in aliquo loco extremo, si exercens datam potestatem volentes intrare vel exire perturbet secundum modum potestatis quem accepit a domino, illi autem nesciant eum fuisse magnum procuratorem, magnam potestatem illius esse arbitrantur, quia quid perdiderit nesciunt. Et tamen, fratres

39 Rom. 13,1

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

37 cuique $V_2\delta$ **38** potestas] ei *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ *C* (*pc.*) *ma* **40** illac α_2 *T C* P_{23}; ille $V_2\delta$ **41** illudetur *A* H_1 | ordinatus] est *add.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *ma* sedibus] deputatus est *add.* $\varepsilon\zeta$ P_{23} *Y ma* | magnum] si *add.* $\varepsilon\zeta$ *X* **43** lapsus est] miraris sedes mortuorum ubi deiectus est *add.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *Y X* | qua δ **10, 1** accipit δ | magnam *K* **3** putate $\varepsilon\zeta$ *ma* | istam *om.* π **8** summis] atque *add. N* An_3; usque *add. Gt*; itaque *add.* ζ **11** extremo loco aliquo *tr.* ε *K* P_6 *X* **12** datam] sibi *add.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *Y*; *praem. ma* **14** fuisse] aliquando *add.* ε *K* (*pc.*) ζ *C* (*pc.*) *ma*

mei, ostiarius ille, de quo dixi ad similitudinem domus magnae huius terrenae, potest aliquid facere nesciente domino suo et turbare aliquem illo non iubente. Iste autem nec ad illam ianuam
mi 1386 positus est, qua intramus ad deum. Christus est enim illa ianua, et
20 per Christum intramus ad vitam aeternam. Sed est quaedam ianua qua intratur in hoc saeculum, ianua quaedam mortalitatis: circa ista infirma carnis huius detrimenta et supplementa, ad istam ianuam quasi quidam ostiarius est. Hic habet potestatem in isto mari qua naves commeant, sed non tantam ut faciat aliquid
25 nesciente aut nolente domino suo. Ne forte aliquis dicat: 'Perdidit quidem ille magnam potestatem superiorum apparatuum, sed ego in his infimis sum, hic me potest habere in potestate, opus est ut serviam illi'. Noli falli: novit te dominus tuus, et sic te novit ut capillos tuos habeat numeratos. Quid ergo times? Tenta-
30 turus est forte carnem tuam: flagellum est domini tui, non potestas tentatoris tui. Vult nocere saluti quae promittitur, sed non permittitur. Ut autem non permittatur, habe caput Christum: repelle caput draconis, suggestioni eius noli consentire, a tua via noli labi. DRACO HIC QUEM FINXISTI AD ILLUDENDUM EI.

(11.) Nam vis videre quam non tibi noceat, nisi permissus? **OMNIA** inquit **AD TE EXSPECTANT, DOMINE, UT DES ILLIS** *v. 27*
CIBUM IN TEMPORE OPPORTUNO. Et iste draco manducare vult, sed non manducat quem vult. OMNIA AD TE EXSPECTANT, UT
5 DES ILLIS CIBUM IN TEMPORE OPPORTUNO. OMNIA, et REPENTIA QUORUM NON EST NUMERUS, ET ANIMALIA PUSILLA ET MAGNA, et ipse draco, et omnis creatura tua qua implesti terram: OMNIA

10, 19 Christus ... ianua] *cf.* Ioh. 10,9 **29** capillos ... numeratos] *cf.* Matth. 10,30

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

---

18 turbari *ε Ly* **22** infirmae *ζ ma* **24** tantum *ε χ ζ C Ly P*$_{23}$ **26** superiorum *om. δ* **27** infirmus *ε χ* **33** via tua *tr. δ X ma* **11, 1** nocet *V*$_2$ *δ* **2** ad (*cf. LXX*) *A χ Ly Y X*; a *α G H*$_1$ *ε ζ C P*$_{23}$ *Prosp. Psalt. Ga. Psalt. Ver. ma* **4** a *α*$_2$ *δ ε S ζ C Ly P*$_{23}$ *X ma* | exspectant] domine *add. H*$_1$ (*pc.*) *ma* **5** et *om. χ*

AD TE EXSPECTANT, UT DES ILLIS CIBUM IN TEMPORE OPPORTUNO, cuique cibum suum. Habes cibum tuum, habet et draco cibum suum. Si bene vixeris, Christum cibum habebis; si a Christo recesseris, cibus draconis eris. OMNIA AD TE EXSPECTANT UT cc 1531
DES ILLIS CIBUM IN TEMPORE OPPORTUNO. Quid dictum est ipsi draconi? *Terram manducabis.* Draconi dictum est: *Terram manducabis omnibus diebus vitae tuae.* Audisti cibum draconis. Non vis ut det te deus manducandum draconi? Noli esse cibus draconis, id est noli relinquere verbum dei. Ubi enim dictum est draconi: *Terram manducabis*, ibi iam dictum erat et praevaricatori: *Terra es, in terram ibis.* Cibus serpentis esse non vis? Noli esse terra. 'Quomodo, inquis, non ero terra?' Si terrena non sapias. Audi apostolum, ut non sis terra. Nam corpus quod geris terra est, sed tu noli esse terra. Quid est hoc? *Si resurrexistis* inquit *cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextra dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram.* Si non sapis terrena, non es terra; si non es terra, non manducaris a serpente. Cibum suum dat deus serpenti, quando vult, quem vult. Bene autem iudicat, falli non potest, non ei dat aurum pro terra. OMNIA AD TE EXSPECTANT, DOMINE, UT DES ILLIS CIBUM IN TEMPO-
v. 28 RE OPPORTUNO. **CUM DEDERIS EIS, COLLIGENT.** Ante illos sunt, sed non colligent nisi cum dederis. Ante diabolum erat Iob, et quidem non devoravit Iob; sed vel tentare non ausus est, nisi cum ille dedisset. AD TE EXSPECTANT; CUM DEDERIS EIS, COLLIGENT. mi 1387
Si non dederis, non colligent.

11, 13sq. Gen. 3,14 **18** Gen. 3,19 **21–23** Col. 3,1-2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

8 a G H_1 ε S ζ C P_{23} X *ma* **9** unicuique ε ζ *ma* **10** cibum christum *tr.* V_2 δ C P_{23} *ma* **11** a G H_1 ε S ζ C P_{23} X *ma* **14** omnibus] cunctis X *ma* **18** in] et *praem.* ε ζ C P_{23} Y X (*pc.*) *ma* **24** terrena] terram V_2 (*ac.*) A H_1 (*ac.*) | es[1]] est A H_1 | es[2]] est δ (*uv.* G) | serpente] *cui cibus data est terra *add.* ε K (*pc.*) ζ C (*pc.*) P_{23} Y X *ma* **27** a α_2 G H_1 ε χ ζ C Ly P_{23} X *ma* **28** eis] illis G ε ζ Ly sunt *om.* C X **29** sed *om.* α A H_1 χ Ly P_{23} | Iob erat *tr.* X *ma* **31** a α_2 G H_1 ε S ζ C P_{23} Y X *ma*

(12.) Et quid nos, fratres? Quem cibum habemus? Sequitur et de cibo nostro. **APERIENTE AUTEM TE MANUM TUAM UNIVERSA IMPLEBUNTUR BONITATE.** Quid est, o domine, quod aperis manum tuam? Manus tua Christus est. *Et brachium domini cui revelatum est?* Cui revelatur, illi aperitur; revelatio enim apertio est. APERIENTE TE MANUM TUAM UNIVERSA IMPLEBUNTUR BONITATE. Revelante te Christum tuum universa implebuntur bonitate. Non autem habent a se bonitatem. Nam aliquando probatur illis: **AVERTENTE AUTEM TE FACIEM TUAM TURBABUNTUR.** Multi repleti bonitate sibi tribuerunt quod habebant et voluerunt gloriari quasi in iustificationibus suis, et dixerunt sibi: 'Iustus sum, magnus sum'; et facti sunt sibi placentes. Et sonuit eis apostolus: *Quid enim habes quod non accepisti?* Volens autem probare deus homini quod ab illo habeat quidquid habet, ut cum bonitate habeat et humilitatem, aliquando eum perturbat. Avertit ab illo faciem suam, et decidit in tentationem, et ostendit illi quia quod iustus erat et recte ambulabat, ipso regente fiebat. cc 1532 AVERTENTE AUTEM TE FACIEM TUAM TURBABUNTUR. Videte quid dicat et in alio psalmo: *Ego dixi in abundantia mea: non movebor in aeternum.* Praesumsit de se: impletus erat bonitate, et putabat a se sibi esse totam bonitatem, et dixit in corde suo: *non movebor in aeternum.* Sed quia iam senserat dei gratiam se percepisse, quod erat expertus, reddidit gratiarum actionem: *Domine, in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem; avertisti autem*

v. 29

12, 4sq. Is. 53,1 **13** 1 Cor. 4,7 **19sq.** Ps. 29,7 **23–25** Ps. 29,8

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

12, 5 aperiatur δ **6** aperiente] autem *add.* α_2 ε_1 χ ζ Ly Y X *ma* **7** te *om.* G N Gt C Ly | universa] omnia ζ **8** aliquando] illi quando ε ζ; boni *add.* ε K (*pc.*) ζ C (*pc.*) P_{23} X **9** te *om.* δ **15** avertet V_2 δ Ly **16** decidet V_2 δ | ostendit] ostendet V_2 δ **17** ambulat V_2 δ **18** te *om.* V_2 H_1 K **22** se percepisse] semper cepisse δ **23** quod] pro eo *praem.* ε K (*pc.*) ζ C (*pc.*) P_{23} Y X *ma* reddit V_2 δ C X **24** avertisti] avertente V_2 δ | autem] te *add.* V_2 δ

faciem tuam, et factus sum conturbatus. Sic et hic: Aperies MANUM TUAM, et UNIVERSA IMPLEBUNTUR BONITATE. Non manu sua, sed manu tua aperta. AVERTENTE AUTEM TE FACIEM TUAM TURBABUNTUR.

(13.) Sed quare hoc facis? Quare avertis faciem tuam ut turbentur? **AUFERES SPIRITUM EORUM, ET DEFICIENT.** Spiritus eorum superbia eorum erat: gloriantur, sibi tribuunt, seipsos iustificant. Averte ergo faciem tuam, et turbentur: aufer spiritum eorum, et deficiant. Clament ad te: *Cito exaudi me, domine, defecit spiritus meus. Ne avertas faciem tuam a me.* AUFERES SPIRITUM EORUM ET DEFICIENT.

ET IN PULVEREM SUUM CONVERTENTUR. Invenit se homo paenitens de peccato suo, quia non habebat vires ex se, et confitetur deo dicens se esse terram et cinerem. O superbe, conversus es in pulverem tuum, ablatus est spiritus tuus. Iam non te iactas, non te extollis, non te iustificas; vides quia de pulvere factus es, et avertente faciem suam domino in tuum pulverem recidisti. Roga ergo, confitere pulverem tuum et infirmitatem tuam.

v. 30 **(14.)** Et vide quid sequatur: **EMITTE SPIRITUM TUUM, ET CREABUNTUR.** Auferes spiritum eorum, emittes tuum: AUFERES SPIRITUM EORUM, non habebunt spiritum suum. Ergo deserti sunt? *Beati pauperes spiritu.* Non sunt autem deserti, *quoniam* mi 1388
ipsorum est regnum caelorum. Noluerunt habere spiritum suum, habebunt spiritum dei. Hoc enim dixit martyribus futuris: *Cum vos ceperint et abduxerint, nolite cogitare quomodo aut quid loqua-*

13, 5sq. Ps. 142,7 **14, 4sq.** Matth. 5,3 **6–9** Matth. 10,19-20

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

25 tuam] a me *add.* An_3 S (*pc.*) T *ma* | et[1]] *om.* V_2 δ P_{23} | aperies] aperis (aperies C [*pc.*]Y) tu (*om.* Y) manum *praem.* ε ζ C (*pc.*) Y X; aperiente te manum tuam aperies manum *ma* **13, 3** gloriabuntur δ **4** avertente δ ergo] autem δ | et] ut ε ζ C (*pc.*) Ly *ma*; *om.* H_1 K | auferes H_1 Gt C Ly G^1 (*pc.*) **5** deficient α_2 δ Gt K C Ly P_{23} | clament ... 7 deficient *om.* δ **8** revertentur V_2 δ *Psalt.Ga.* **11** est *om.* δ **14, 1** emittes ε C (*uv.*) X *Psalt.Ga. ma* **2** auferes[1] ... tuum *om.* χ | spiritum *om.* A G C | mittes ε **7** adduxerint *lo ma*

mini: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Nolite vobis tribuere fortitudinem. Si vestra est, inquit, et mea non est, duritia est, non fortitudo. AUFERES SPIRITUM EORUM, ET DEFICIENT, ET IN PULVEREM SUUM CONVERTENTUR: EMITTE SPIRITUM TUUM, ET CREABUNTUR. *Ipsius enim sumus figmentum,* dixit apostolus, *creati in operibus bonis*. A spiritu eius accepimus gratiam, ut iustitiae vivamus, quia ipse est cc 1533 *qui iustificat impium*. AUFERES SPIRITUM EORUM, ET DEFICIENT; EMITTE SPIRITUM TUUM ET CREABUNTUR.

ET INNOVABIS FACIEM TERRAE, id est novis hominibus, confitentibus se iustificatos esse, non a se iustos, ut gratia dei sit in illis. Vide quales sint, quibus innovata est facies terrae. Paulus dicit: *Plus omnibus illis laboravi.* Quid est, Paule? Attende si tu, si spiritus tuus: *Non ego* inquit, *sed gratia dei mecum*.

(15.) Quid ergo? Quia cum abstuleris spiritum nostrum, in pulverem nostrum convertemur, utiliter intuentes infirmitatem nostram, ut accepto eius spiritu recreemur. Vide quid sequitur: **SIT GLORIA DOMINI IN AETERNUM.** Non tua, non mea, non *v. 31* illius aut illius. GLORIA DOMINI SIT, sed non ad tempus, sed IN AETERNUM.

LAETABITUR DOMINUS IN OPERIBUS SUIS. Non in tuis, quasi tuis, quia et opera tua si mala, per iniquitatem tuam; si bona, per gratiam dei. LAETABITUR DOMINUS IN OPERIBUS SUIS.

(16.) QUI ASPICIT TERRAM ET FACIT EAM TREMERE, QUI *v. 32* **TANGIT MONTES ET FUMIGABUNT.** O terra, exsultabas de bonitate tua, tibi tribuebas vires opulentiae tuae. Ecce respicit dominus et facit te tremere. Respiciat te, et faciat te tremere: melior

12sq. Eph. 2,10 **15** Rom. 4,5 **20sq.** 1 Cor 15,10

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

12 emittes G (*pc.*) ε C X *ma* **16** emittes A G (*pc.*) ε S C X *ma* **18** a *om.* V_2 H_1 | iustos] iustificatos ε χ ζ **20** plus] enim *add.* ε K (*pc.*) ζ Ly | illis omnibus *tr.* ε χ ζ, *Vulg.* | si^2] sis ε ζ P_{23} **15, 1** abstulerit *ma* **2** convertimur π C P_{23} **3** spiritu eius *tr. lo ma* **5** sed^1 V_2 δ; *om. cett. ma* | non *om.* V_2 H_1 **9** dei] domini χ **16, 2** exsultabis δ **4** te^2 *om.* π C P_{23} | te^3 *om.* V_2 δ K C Ly P_{23}

est tremor humilitatis quam confidentia superbiae. Videte quomodo aspiciat deus terram et faciat eam tremere. Ad terram quasi praefidentem sibi et exsultantem loquitur apostolus: *Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Cum timore et tremore*: *deus enim est qui operatur in vobis.* Dicis, o Paule, *operamini*: dicis ut operemur. Quare *cum tremore? Deus enim* inquit *qui operatur in vobis.* Ideo ergo cum tremore, quia *deus operatur.* Quia ipse dedit – non ex te est quod habes –, cum timore et tremore operaberis. Nam si non tremueris eum, auferet quod dedit. Cum tremore ergo operare. Vide alium psalmum: *Servite domino in timore et exsultate ei cum tremore.* Si cum tremore exsultandum est, deus aspexit, fit terrae motus. Aspiciente deo tremant corda: tunc ibi requiescit deus. Audi illum alio loco: *Super quem requiescit spiritus meus? Super humilem et quietum et trementem verba mea.* QUI ASPICIT TERRAM ET FACIT EAM TREMERE, QUI TANGIT MONTES ET FUMIGABUNT. Montes mi 1389
superbi erant, iactabant se, non eos tetigerat deus: tangit illos, et fumigabunt. Quid est fumigare montes? Precem deo reddere. Ecce magni montes, superbi, montes ingentes, non rogabant deum: se rogari volebant, superiorem non rogabant. Quis enim potens et tumidus et superbus in terra, qui dignetur humiliter
rogare deum? De impiis loquor, non de cedris Libani quas plantavit dominus. Impius quilibet, infelix anima, rogare deum nescit, cc 1534

16, 7–9 Phil. 2,12-13 **15** Ps. 2,11 **18sq.** Is. 66,2 **26sq.** de[2] ... dominus] *cf.* Ps. 103,16

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

5 est] enim *add. X ma* **6** dominus χ **7** praefidentem V_2 Mc_2 S P_{23} *ma*; confidentem *K*; praevidentem *cett.* | cum ... 9 tremore *om.* δ **8** vestro N Gt *S*; vestrum *K* | cum ... tremore *om.* α_2 **10** quare] cum timore *add.* χ Ly cum] timore et *add.* ε ζ | enim] est *praem.* An_3 N χ ζ P_{23} *X*; *add. lo ma* **15** ei] eum A H_1; *om.* V_2 *S* **16** exsultandum] et *praem. N* χ | aspicit ε ζ *X* **17** corda] nostra *add.* V_2 H_1 (*pc.*) χ (*pc. K*) CP_{23} *X ma*; vestra α_2 | tunc] nam ε ζ *X*; *praem. K* | requiescet V_2 δ C P_{23} *ma* **18** requiescet ε χ ζ CP_{23} *ma* **22** domino ε χ ζ *X ma* **24** rogare χ | superiorem] et *praem.* ε ζ *X ma*

et vult se rogari ab hominibus. Mons est, opus est ut tangat illum deus, et fumiget. Quando coeperit fumigare, dabit deo precem, tamquam sacrificium cordis. Fumigat ad deum, deinde tundit pectus. Incipit et flere, quia et fumus excutit lacrimas. QUI TANGIT MONTES ET FUMIGABUNT.

(17.) **CANTABO DOMINO IN VITA MEA.** Quid cantabit? *v. 33* Totum quidquid cantabit. Cantemus domino in vita nostra. Vita nostra modo spes est; vita nostra postea aeternitas erit: vita vitae mortalis, spes est vitae immortalis. CANTABO DOMINO IN VITA MEA.

PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU SUM. Quoniam in illo sine fine sum, quamdiu sum psallam deo meo. Ne forte cum coeperimus psallere deo in illa civitate, putemus nos aliquid aliud acturos: tota vita nostra erit psallere deo. Si veniet in fastidium quod laudamus, potest venire in fastidium et nostra laudatio. Si semper ille amatur, semper a nobis laudatur: PSALLAM DEO MEO, QUAMDIU SUM.

(18.) **SUAVIS SIT EI DISPUTATIO MEA. EGO AUTEM IUCUNDABOR IN DOMINO.** *v. 34* SUAVIS SIT DISPUTATIO MEA. Quae est disputatio hominis ad deum, nisi confessio peccatorum? Confitere deo quod es, et disputasti cum illo. Disputa cum illo, fac bona opera et disputa. *Lavamini, mundi estote*, Isaias dicit, *auferte nequitias ab animis vestris, a conspectu oculorum meorum; cessate a nequitiis vestris, discite benefacere, iudicate pupillo et iustificate viduam, et venite, disputemus, dicit dominus*. Quid est disputare cum deo? Te illi indica scienti, ut indicet se tibi nescienti. SUAVIS SIT EI DISPUTATIO MEA. Ecce hoc est domino suave, disputatio

18, 5–8 Is. 1,16-18

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

28 rogare δ **17, 1** quid] est *add.* $\varepsilon\chi TCX$ **2** quidquid] est *add.* Tma | vita nostra^2 *om.* δ **8** petemus δ | aliud aliquid *tr.* $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta$ **10** in fastidium venire *tr.* δ (*lnp.* H_1) **18, 1** disputatio] iocundatio α_2 **2** suavis ... mea *om.* α_2 | sit] ei *add.* $\varepsilon\zeta P_{23}$ *ma* **4** disputasti] disputa δ **7** et *om.* π, *Vulg.* iustificate] defendite $\alpha_2 H_1$ (*pc.*), *Vulg.* **9** illi te *tr.* ε T

tua; sacrificium humilitatis tuae, contribulatio cordis tui, holocaustum vitae tuae, hoc est suave deo.

Tibi autem quid est suave? EGO AUTEM IUCUNDABOR IN DOMINO. Ipsa est mutua disputatio quam dixi: te indica ei scienti, et indicat se tibi nescienti. Suavis est ei confessio tua, suavis est tibi gratia ipsius. Dixit se tibi. Unde se tibi dixit? Per verbum. Quod verbum? Christum. Et tibi dixit, et se dixit; quia misit Christum, seipsum dixit. Ita plane audiamus ipsum verbum: *Qui me vidit, vidit et patrem.* EGO AUTEM IUCUNDABOR IN DOMINO.

v. 35 **(19.) DEFICIANT PECCATORES A TERRA.** Saevire videtur. O sancta anima, quae hic cantat et gemit! Utinam cum ipsa anima sit anima nostra! Utinam copuletur ei et societur et coniungatur ei! Videbit etiam misericordiam saevientis. Quis enim capit hoc, nisi qui impletus fuerit caritate? DEFICIANT PECCATORES A TERRA. Contremesce: maledicit. Et quis maledicit? Sanctus. Sine dubio exauditur. Sed dictum est sanctis: *Benedicite, et nolite maledicere*. Quid est ergo quod dicit: DEFICIANT PECCATORES A TERRA? Plane deficiant: auferatur spiritus eorum et deficiant, ut emittat spiritum suum et recreentur. DEFICIANT PECCATORES A TERRA, **ET INIQUI, ITA UT NON SINT**. Quid non sint, nisi iniqui? Ergo iustificentur, ut non sint iniqui. cc 1535 mi 1390

Vidit hoc et impletus est gaudio, et revocat versum primum psalmi: **BENEDIC, ANIMA MEA, DOMINUM**. Benedicat anima nostra dominum, fratres, quia dare dignatus est et facultatem et sermonem nobis, et vobis intentionem et studium. Unusquisque ut potest recordetur quod audivit: collocutione invicem ructate saginam vestram, ruminate quod accepistis, non eat in viscera

18sq. Ioh. 14, 9 **19, 7sq.** Rom. 12,14

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

14 indica te *tr.* *C* (*pc.*) *X ma*; *om.* $\pi\chi$ *Ly* **17** et[2] *om.* $\pi\chi$ *C Ly* | se] sed χ **19** vidit vidit] *videt videt *Gt* An_3 *K* (*pc.*) *X* **19, 1** videntur δ (*lnp.* H_1) **6** contremiscis $\varepsilon\zeta$ *ma*; quia *add.* $\varepsilon\zeta$ P_{23} *ma* **11** ut] et $\varepsilon\zeta$ *Ly* **14** psalmus $V_2\delta$ *S Ly*; psalmum *K T* | benedic] benedicat δ **17** collocutione *ma*; collucutionem *codd. lo*

oblivionis vestrae. Thesaurus desiderabilis requiescat in ore
20 vestro. Magno labore quaesita et inventa sunt, magno labore nuntiata et disputata sunt: sit labor noster fructuosus vobis, et benedicat anima nostra dominum.

IN PSALMUM CIV

(1.) Psalmus centesimus quartus primus est in eis quibus praenotatur **ALLELUIA,** cuius verbi, vel potius duorum verborum, interpretatio est 'Laudate dominum'. Et ideo inde coepit: **CONFITEMINI DOMINO ET INVOCATE NOMEN EIUS.** In laude *v. 1*
5 enim intellegenda est ista confessio, sicut est: *Confiteor tibi, domine, pater caeli et terrae.* Praemissa enim laude, invocatio sequi solet, ubi desideria precator allegat; unde et ipsa oratio dominica habet a capite brevissimam laudem, quod est: *Pater noster qui es in caelis*. Tunc quae petuntur, deinceps consequuntur. Unde et
10 alibi in psalmo dicitur: *Confitebimur tibi, deus, confitebimur, et invocabimus nomen tuum*; quod alibi est planius: *Laudans invocabo dominum, et ab inimicis meis salvus ero*. Ita et hic: CONFITEMINI inquit DOMINO ET INVOCATE NOMEN EIUS, quod tale est ac si diceret: 'Laudate dominum, et invocate nomen eius'. Exaudit
15 quippe invocantem, quem laudantem videt; laudantem videt, quem probat amantem. Et in quo voluit dominus boni servi

---

19sq. thesaurus ... vestro] *cf.* Prov. 21,20
1, 5sq. Matth. 11,25 **8sq.** Matth. 6,9 **10sq.** Ps. 74,2 **11sq.** Ps. 17,4

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **19, 22** dominum] *des. Ly*

---

22 dominum] *ad eum conversi ipsi gratias agamus *add. Ly*
1, 1 psalmus] iste *add.* $\varepsilon\zeta$ | psalmus ... quartus *om.* δ **3** deum V_2 *C Y ma* inde *om.* α_2 **5** confitebor $V_2\,\delta\,\chi$ **6** pater domine *tr.* χ *P*$_{23}$ *Y ma* **7** peccator δ *C*; peccatorem $\varepsilon\,\chi$ *P*$_6$ | allegat *Weidmann*; allegantur *K*; allegant ε *S P*$_6$; alligatur *A G*; alligat *cett. ma.* | ipsa] in *praem. A H*$_1$ **12** et^2 *om.* δ **15** laudantem^2] autem *add. A H*$_1$ *N Gt* $\chi\,\zeta$; quippe *add. An*$_3$

amorem circa se ostendi maxime, nisi in eo quod illi ait: *Pasce* cc 1535
oves meas? Unde et hic sequitur: **ANNUNTIATE INTER GENTES OPERA EIUS**, vel potius, ut de Graeco ad verbum exprimatur, quod et alii Latini codices habent: **EVANGELIZATE IN GENTIBUS** 20
OPERA EIUS. Quibus hoc dicitur, nisi evangelistis in prophetia?

v. 2 **(2.) CANTATE EI ET PSALLITE EI**. Verbo et opere laudate: ore quippe cantatur; psalterio autem, hoc est manibus, psallitur.

v. 3 **NARRATE OMNIA MIRABILIA EIUS; LAUDAMINI IN NOMINE SANCTO EIUS**. Possunt hi duo versus ex duobus verbis superioribus dicti non absurde videri, ut quod ait: NARRATE OMNIA mi 1391
MIRABILIA EIUS, referatur ad id quod dictum est: CANTATE EI; quod vero sequitur **LAUDAMINI IN NOMINE SANCTO EIUS**, referatur ad id quod dictum est: ET PSALLITE EI. Illud scilicet ad verbum bonum, quo cantatur ei, et narrantur omnia mirabilia eius, illud autem ad opus bonum, quo psallitur ei, ne velit quis- 10
que de opere bono tamquam in sua virtute laudari. Ideo cum dixisset: LAUDAMINI, quod utique bene operantes merito possunt, addidit: **IN NOMINE SANCTO EIUS**, ut *qui gloriatur, in domino glorietur*. Qui ergo non sibi, sed ei volunt psallere, caveant facere iustitiam suam coram hominibus, ut videantur ab eis – 15
alioquin mercedem non habebunt apud patrem, qui in caelis est –, sed luceant opera eorum coram hominibus, non eo fine ut ipsi videantur ab eis, sed ut videant bona opera eorum, et glorificent patrem eorum, qui in caelis est. Hoc est laudari IN NOMINE SANCTO EIUS. Unde et in alio psalmo legitur: *In domino laudabi-* 20

17sq. Ioh. 21,17 **2, 13sq.** 1 Cor. 1,31; 2 Cor. 10,17 **14–16** caveant ... est] *cf.* Matth. 6,1 **17–19** luceant ... est[1]] *cf.* Matth. 5,16 **20sq.** Ps. 33,3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **2, 11** cum] *inc. Flor*

---

19 opera] gloriam ζ | vel ... 21 eius *om.* δ **20** evangelizate] adnuntiate V_2 An_3 *Gt* χ ζ *C* P_{23} | in gentibus] inter gentes An_3 *Gt* ζ **21** evangelii χ **2, 1** verbo] id est *praem.* δ; et *praem.* V_2 **8** et *om.* δ *C* P_{23} **9** quod ε narrate V_2 *A* H_1; narratur χ **10** ad *om.* δ | quod δ **11** bono *om.* δ **15** videantur] ab hominibus *add.* δ **16** est in caelis *tr.* ε ζ **17** luceat V_2 Mc_2 **19** laudare ε χ

tur anima mea; audiant mites, et iucundentur. Quod et hic quodammodo sequitur: **LAETETUR COR QUAERENTIUM DOMINUM.** Sic enim mites iucundantur, qui non amaro zelo eos iam bene operantes aemulantur.

(3.) **QUAERITE DOMINUM ET CONFORTAMINI.** Hoc enim *v. 4* de Graeco expressius interpretatum est, quamvis verbum minus Latinum videatur; unde et alii codices habent **CONFIRMAMINI**, alii **CORROBORAMINI**. Et quippe dicitur: *Fortitudo mea*, et: *Fortitudinem meam ad te custodiam*, ut eum quaerendo atque ad eum accedendo et illuminemur et confortemur ne caecitate quid faciendum sit non videamus, aut infirmitate non faciamus etiam quod videmus. Quod ergo est ad videndum, *Accedite ad eum, et illuminamini,* hoc est ad faciendum, QUAERITE DOMINUM ET CORROBORAMINI.

cc 1537 **QUAERITE** inquit **FACIEM EIUS SEMPER.** Quae est facies domini, nisi praesentia dei? – sicut facies venti, et facies ignis. Dictum est enim: *Sicut stipulam ante faciem venti*, et *Sicut fluit cera a facie ignis.* Et multa talia ponit scriptura, nihil aliud quam earum rerum praesentiam volens intellegi, quarum nominat 'faciem'. Sed quid est QUAERITE FACIEM EIUS SEMPER? Scio quidem quia *mihi adhaerere deo bonum est*, sed si SEMPER quaeritur, quando invenitur? An SEMPER dixit in tota vita qua hic vivitur, ex quo id nos facere debere cognovimus, quando et inventus quaerendus est? Iam quippe illum invenit fides, sed adhuc eum quaerit spes. Caritas autem et invenit eum per fidem,

---

3, 4 Ps. 17,2 **5** Ps. 58,10 **8sq.** Ps. 33,6 **13** sicut[1] ... venti] Ps. 82,14 **13sq.** sicut[2] ... ignis] Ps. 67,3 **17** Ps. 72,28 **21sq.** per ... speciem] *cf.* 2 Cor. 5,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.:* Y X **21** mea] *des. Flor*

3, 1 confirmamini ε | enim] est *add.* δ **2** est *om.* δ **3** et *om.* δ χ C **4** et[1]] ei π (*exc.* F_2) χ **5** ad eum] adeo χ **7** non[1]] ne δ | infirmitatem δ **8** est *om.* δ **10** confirmamini ε; confortamini ζ **12** domini ζ | venti] venit A H_1 **13** stipula N^1 Gt χ P_{23} **14** talia] alia δ **18** vita] ista *add.* δ *ma* | qua] quia G P_6 **19** vivetur χ

et eum quaerit habere per speciem, ubi tunc sic invenietur, ut sufficiat nobis, et ulterius non quaeratur. Nisi enim eum in ista vita inveniret fides, non diceretur: QUAERITE DOMINUM, et cum inveneritis eum, *Derelinquat impius vias suas, et vir iniquus cogitationes suas.* Item si fide inventus non adhuc esset perquirendus, non diceretur: *Si enim quod non videmus, speramus, per patientiam exspectamus*, et quod Iohannes ait: *Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* An forte etiam cum *facie ad faciem* viderimus eum sicuti est, adhuc perquirendus erit, et sine fine quaerendus, quia sine fine amandus? Dicimus enim etiam praesenti alicui: 'Non te quaero', id est 'Non te diligo'. Ac per hoc qui diligitur, etiam praesens quaeritur, dum caritate perpetua, ne fiat absens, agitur. Proinde quem quisque diligit, etiam cum eum videt, sine fastidio semper vult esse praesentem, hoc est semper quaerit esse praesentem. Et nimirum hoc est QUAERITE FACIEM EIUS SEMPER, ut non huic inquisitioni, qua significatur amor, finem praestet inventio, sed amore crescente inquisitio crescat inventi.

mi 1392

(4.) Iam deinceps temperat se laudator iste ardens, et ad capacia verba descendit, infirmum amorem atque lactantem
v. 5 temporalibus dei mirabilibus nutriens. **MEMENTOTE** inquit **MIRABILIUM EIUS QUAE FECIT, PRODIGIA EIUS ET IUDICIA ORIS EIUS.** Qui locus similis videtur illi loco, ubi ad Moysen quaerentem quis esset, cum dixisset: *Ego sum qui sum*, et *Dices filiis Israel:*

25sq. derelinquat ... suas[2]] Is. 55,7 **27sq.** Rom. 8,25 **28sq.** 1 Ioh. 3,2 **30** 1 Cor. 13,12 **4, 6sq.** Exod. 3,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.:* YX

22 habere *om.* δ T **23** eum] eo χ **24** invenerit χ | deum NGt **25** viam suam π **26** adhuc non *tr.* δ **27** speramus *om.* δ **29** videmus $V_2Mc_2\delta$ **30** eum] *om.* δ | adhuc ... quaerendus *rep.* $NGt\zeta$ **32** enim *om.* H_1P_{23} **39** amorem crescentem ε | inventio H_1 (*uv.*) $\varepsilon\chi\zeta$ **4, 1** laudatur $\varepsilon\chi$ | ad *om.* δ **2** lactentem $\alpha X ma$ **3** inquit *om.* GP_{23} | mirabilia $\delta\chi T$ **5** videtur similis *tr.* $\varepsilon\chi\zeta$ **6** et] haec A

'*Qui est misit me ad vos*', quod, ex quantulacumque particula, rara mens capit, deinceps nomen suum commemorans, erga *omnes gratiam suam misericorditer temperavit, dicens: *Ego sum deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob*: *hoc mihi nomen est in aeternum*, ubi intellegi voluit et illos, quorum se deum dixit, vivere secum in aeternum, et hoc dixit, quod capi etiam a parvulis cc 1538 posset, ut *Ego sum qui sum* illi pro captu intellegerent, qui grandibus viribus caritatis nossent quaerere faciem eius semper. Si ergo quod est ipse, multum est ad vos vel videre vel quaerere, MEMENTOTE MIRABILIUM EIUS QUAE FECIT, PRODIGIA EIUS ET IUDICIA ORIS EIUS.

(5.) Et quibus dicitur: **SEMEN ABRAHAM SERVI EIUS, FILII IACOB ELECTI EIUS**? Vos semen Abraham, vos filii Iacob, MEMENTOTE MIRABILIUM EIUS QUAE FECIT, PRODIGIA EIUS ET IUDICIA ORIS EIUS. Ne quis autem uni genti hoc tribueret Israelitarum secundum carnem, et non intellegeret magis esse semen Abrahae filios promissionis quam filios carnis, quibus apostolus dicit, cum gentibus loqueretur: *Vos ergo Abrahae semen estis, secundum promissionem heredes*, sequitur et dicit: **IPSE DOMINUS DEUS NOSTER, IN OMNI TERRA IUDICIA EIUS.** Hoc dicitur per Isaiam ad Ierusalem liberam, matrem nostram: *Et qui eruit te, ipse deus tuus universae terrae vocabitur.* An Iudaeorum deus tantum? Absit! IPSE DOMINUS DEUS NOSTER, IN OMNI TERRA IUDICIA EIUS, quia in omni terra ecclesia eius, ubi praedicantur iudicia

v. 6

v. 7

9–11 Exod. 3,15 **5, 7sq.** Gal. 3,29 **10** Ierusalem ... nostram] *cf.* Gal. 4,26 **10sq.** Is. 54,5 **11** an ... tantum] Rom. 3,29 **12** absit] Rom. 3,31

π (*α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (*P_6 T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X*

7 rara] pura α_2 *An_3*; pura *praem. N^1 Gt*; pura *add.* ζ **8** mens] enim *add. K*; si *add. S* | coepit δ (*ac. H_1*); capto *S* | omnes *coniecimus*; homines *codd. ma* **11** dixit deum *tr.* α | vivere dixit *tr.* δ **13** possit χ **15** mementote **rep.* δ **17** eius *om.* δ **5, 1** et *om.* δ | semini χ **3** eius[1] *om. H_1 S* **4** uni genti] unigenitis δ; unigeniti ε (*lnp. N*) **7** semen Abrahae *tr.* π *T* **9** omni] universa ε P_6 P_{23} **10** Isaiam] prophetam *add.* χ | matrem **rep.* δ | te *om. A S* **11** universae] deus *praem.* ζ **12** ipse] est *add.* V_2 F_2 δ ε *K* P_6 **13** eius[2] *om.* δ

eius. Quid ergo ait in alio psalmo: *Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias et iudicia sua Israel; non fecit sic omni genti, et iudicia sua non manifestavit eis*? Ideo dictum est, quia unam gentem voluit intellegi pertinentem ad semen Abrahae, quae vocata est quidem ex omnibus gentibus, et sic in ea dicuntur omnes gentes, ut una sit gens in adoptionem vocata. Extra istam nulli mi 1393
genti manifestavit iudicia sua, quoniam qui ea non crediderunt, etiamsi annuntiata sunt, manifestata eis utique non sunt, quia nisi credant, non intellegent.

v. 8 **(6.) MEMOR FUIT IN SAECULUM TESTAMENTI SUI.** Alii codices habent **IN AETERNUM**, quod ex ambiguo Graeco factum est. Sed si in hoc saeculum intellegendum est, non in aeternum, quomodo exponens cuius testamenti memor fuerit, adiungit et dicit: **VERBI QUOD MANDAVIT IN MILLE GENERATIONES**? Quod
v. 9-10 adhuc cum aliquo fine potest intellegi, sed deinde dicit: **QUOD DISPOSUIT AD ABRAHAM, ET IURAMENTI SUI AD ISAAC, ET STATUIT ILLUD IACOB IN PRAECEPTUM, ET ISRAEL IN TESTAMENTUM AETERNUM**, ubi nullus est ambiguitatis locus: αἰώνιον quippe habet Graecus, quod nusquam nostri nisi 'aeternum' interpretati sunt. Vix autem aliqui alicubi αἰώνιον 'aeternale' dixerunt; nisi forte quia αἰῶνα familiarius interpretantur 'saeculum', αἰώνιον non 'aeternum', sed 'saeculare' interpretari velint, cc 1539
quod neminem ausum fuisse commemini. Si autem hoc loco

14–16 Ps. 147,19-20 **21sq.** nisi ... intellegent] *cf.* Is. 7,9 (LXX)

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

14 quid ... 22 intellegent *om.* α_2 **15** iustitia A H_1 | sic fecit *tr.* CP_{23} Y **16** unam] ad *praem.* δ **18** dicuntur] vocabuntur χ **20** ea] eam δ ε χ **22** credent δ (*ac.* G; *pc.* H_1) **6, 2** quod ... aeternum *om.* δ **3** saeculo ε S **4** exponimus χ | adiungit ... dicit *pc.* H_1 (*ac. lnp.*); in saeculum dicens A; in saeculum dicit G **8** iacob *om.* V_2 δ K **9** aeonion π χ C; eonion ε ζ; HωNYωN P_{23} **10** habet quippe *tr.* δ **11** aeonion π ε χ ζ CP_{23} **12** nisi] in *add.* GH_1 | quia *om.* δ | aeona V_2 δ ε χ CP_{23}; eona α_2 ζ **13** aeonion V_2 δ ε χ ζ CP_{23} | saeculare α_2 CP_{23} *ma*; saeculari V_2 δ χ ζ; saecularem ε | vellent χ **14** commemini si] commeminisse χ

testamentum vetus intellegendum est propter terram Chanaan – sic enim sermo contexitur: ET STATUIT ILLUD IPSI IACOB IN PRAECEPTUM, ET IPSI ISRAEL IN TESTAMENTUM AETERNUM, *v. 11* **DICENS: TIBI DABO TERRAM CHANAAN, FUNICULUM HEREDITATIS VESTRAE** –, quomodo intellegendum est AETERNUM, cum terrena illa hereditas aeterna esse non possit? Et ideo vetus testamentum vocatur, quia per novum aboletur. MILLE vero GENERATIONES nec aeternum videntur aliquid significare, quia utique finem habent, et ad ipsa temporalia nimis multae sunt. Quamlibet enim paucis annis generatio determinetur, quam γενεάν Graeci dicunt, quam minimam quidam quindecim annis terminaverunt, ex qua homo incipit posse generare, quae sunt istae mille generationes, non solum a tempore Abraham, quando ei facta est ista promissio, usque ad tempus novi testamenti, sed ab ipso Adam, usque ad terminum saeculi? Quis enim audeat dicere quindecim annorum milibus hoc saeculum extendi?

(7.) Proinde mihi videtur non hic vetus testamentum intellegendum, quod novo esse tollendum dicitur per prophetam: *Ecce dies veniunt, dicit dominus, et confirmabo domui Iacob testamentum novum; non secundum testamentum quod constitui patribus eorum, cum eduxi eos de terra Aegypti*, sed testamentum fidei, quod laudat apostolus, cum Abraham nobis proponit imitandum, et de legis operibus gloriantes inde convincit, quod Abraham etiam ante circumcisionem *credidit deo, et deputatum est illi ad iustitiam*. Denique cum dixisset: MEMOR FUIT IN SAECULUM TESTAMENTI SUI, quod 'in aeternum' intellegere debemus,

---

6, 28 ista promissio] *cf.* Gen. 15,18 **7, 3–5** Ier. 31,31-32 **8sq.** Gal. 3,6

π (*α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (*P_6 T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X*

---

16 sermo] terra δ (*ac. uv. H_1*) | et *om.* $\varepsilon\zeta$ | ipse *bis* χ **23** multi χ **25** geneam An_3 *S*; IHNHAN P_{23}; genean *cett.* | Graeci γενεάν *tr. lo ma* | minimam] nimiam δ (*ac. uv. H_1*) **28** facta est ei *tr.* δ **7, 2** esse *ma*; esset *codd. lo* | tollendum] de quo *add.* V_2 (*pc.*) Mc_2 **3** domum $V_2\delta$ **4** non *om.* χ constituit $V_2\delta$ (*ac. uv. H_1*) **5** eduxi χ C P_{23} *X*; eduxit π *Y*; eduxissem $\varepsilon\zeta$ *ma* **8** circumcisione A H_1 (*ac.*) | reputatum $\varepsilon\zeta$ C Y X *ma*

testamenti scilicet iustificationis et hereditatis aeternae, quam fidei promisit deus, VERBI inquit QUOD MANDAVIT IN MILLE GENERATIONES. Quid est MANDAVIT? Quod enim ait: TIBI DABO TERRAM CHANAAN, non mandatum est, sed promissum, mandatum est autem quod facere debemus, promissum quod accipere. mi 1394
Mandatum ergo fides est, ut iustus ex fide vivat, et huic fidei hereditas aeterna promittitur. MILLE ergo GENERATIONES propter numeri perfectionem pro omnibus intellegendae sunt, id est quamdiu generatio generationi sequendo succedit, tamdiu mandatum est vivendum ex fide, quod observat populus dei, filii promissionis nascendo venientes, et moriendo abeuntes, donec omnis generatio finiatur, quod millenario numero significatum est, quia denarii numeri solidum quadratum decem decies, et hoc decies ad mille pervenit.

QUOD DISPOSUIT inquit AD ABRAHAM, ET IURAMENTI SUI cc 1540
AD ISAAC, ET STATUIT ILLUD IACOB, id est ipsi Iacob, IN PRAECEPTUM. Ipsi sunt tres patriarchae quorum specialiter se dicit deum, quos et dominus nominat in testamento novo, ubi dicit: *Multi ab oriente et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Iacob in regno caelorum*. Ista est hereditas aeterna. Nam et hic, ubi ait: STATUIT ILLUD IACOB IN PRAECEPTUM, manifestat praeceptum esse fidei; non enim promissum appellaret praeceptum. Si enim opus est in praecepto, merces in promisso. *Hoc est opus dei*, dominus ait, *ut credatis in eum quem ille misit*. Hoc ergo verbum quod mandavit, MEMOR IN AETERNUM TESTAMENTI SUI, *Hoc est verbum fidei quod praedicamus*. STATUIT ILLUD IPSI IACOB IN PRAECEPTUM, ET IPSI ISRAEL IN TESTAMENTUM AETERNUM, id

16 iustus ... vivat] *cf.* Rom. 1,17 **29sq.** Matth. 8,11 **33sq.** Ioh. 6,29 **36** Rom. 10,8

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

19 generationi] generationis δ **20** vivendo χ **22** omnis] communis A G; communes H_1 (*ac.*) | mille denario ε **23** quia] quod A; qui G H_1 | numeris δ **26** ad *om.* V_2 N Gt T **32** non] aliter *add.* ζ **33** praeceptum χ **35** verbo χ | memor] erit *add.* ε ζ P_{23}

est quod ex ipso verbo et praecepto impleto daturus esset aliquid aeternum. DICENS: TIBI DABO TERRAM CHANAAN, FUNICULUM HEREDITATIS VESTRAE. Quomodo ergo est hoc aeternum, nisi aliquid aeternum significet? Ipsa enim dicta est terra promissionis, terra fluens lac et mel. Quod totum significat gratiam, in qua gustatur *quam suavis est dominus*, ad quam non omnes homines pertinent, *non enim omnium est fides*. Ideo addidit: FUNICULUM HEREDITATIS VESTRAE. Unde in alio psalmo semen Abrahae, quod est Christus, intellegitur loqui, ubi dicit: *Funes ceciderunt mihi in praeclaris; etenim hereditas mea praeclara est mihi*.

Cur autem dicta sit terra Chanaan, interpretatio huius nominis aperit; Chanaan quippe interpretatur 'humilis'. Quod si ad illam referatur sententiam sancti Noe, qua eundem Chanaan dixit futurum servum fratrum suorum, hinc est etiam servilis timor. *Servus autem non manet in domo in aeternum; filius autem manet in aeternum.* Ideo excluso Chananaeo, datur terra promissionis semini Abrahae. *Consummata* enim *caritas foras mittit timorem*, ut filius maneat in domo in aeternum. Unde dictum est: ET ipsi ISRAEL IN TESTAMENTUM AETERNUM.

(8.) Deinceps exsequitur historiam in librorum sanctorum veritate notissimam. **CUM ESSENT NUMERO BREVI PAUCISSIMI ET INCOLAE IN EA**, id est in terra Chanaan. Quando ibi patres habitaverunt Abraham, Isaac et Iacob, antequam eam acciperent *v. 12*

41sq. terra ... mel] *cf.* Exod. 3,8.17 **43** Ps. 33,9 **44** 2 Thess. 3,2 **46sq.** Ps. 15,6 **49** Chanaan ... humilis] *cf.* Hier. nom. Hebr., p. 4,14*sq.* (Lagarde) **50sq.** Chanaan ... suorum] *cf.* Gen. 9,25 **52sq.** Ioh. 8,35 **54sq.** 1 Ioh. 4,18

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1P_{23} *lect.sel.*: YX

38 impleto] ut *add.* χ **39** dabo tibi *tr.* $\varepsilon\zeta$ **40** est ergo *tr.* ε | hoc est *tr.* δ **41** est *om.* ζ **44** pertinet δ | addit ε **45** unde An_3ma; et eundem P_{23}; eidem X; idem P_6; eundem *cett.* **48** interpretationem δ **52** filius ... aeternum *om.* α | autem2 *om.* $CP_{23}Yma$ **54** semine AG | foris χ **55** dictum est] dixit δ **56** testimonium χ **8, 1** sequitur ζ | in *om.* $V_2\delta$ **2** veritatem $N\chi$ | notissima $H_1\zeta P_{23}$ | breves $\delta\varepsilon\zeta$ **3** ubi δ **4** eam *om.* $V_2\delta CP_{23}Y$

hereditatem, in semine suo PAUCISSIMI erant, ET INCOLAE IN EA. mi 1395
Nonnulli autem codices habent non PAUCISSIMI ET INCOLAE, sed PAUCISSIMOS ET INCOLAS, ubi apparet eos qui ita interpretati sunt, Graecam fuisse locutionem secutos, quae transferri non cc 1541
potest in Latinum, nisi cum absurditate quae ferri omnino non possit. Si enim totam ipsam locutionem transferre conemur, 10
dicturi sumus: IN EO ESSE ILLOS NUMERO BREVI PAUCISSIMOS ET INCOLAS IN EA. Quod autem ait Graecus IN EO ESSE ILLOS, hoc est Latine CUM ESSENT; quod verbum non potest casus accusativus sequi, sed nominativus. Quis enim dicat: 'Cum essent paucissimos'? Sed CUM ESSENT PAUCISSIMI. 15

(9.) CUM ergo ESSENT NUMERO BREVES, vel NUMERO BRE-
v. 13 VI, PAUCISSIMI ET INCOLAE IN EA, **TRANSIERUNT DE GENTE IN GENTEM, ET DE REGNO IN POPULUM ALTERUM.** Repetitio est eius quod dixerat: DE GENTE IN GENTEM.

v. 14 **NON DIMISIT HOMINEM NOCERE ILLIS**, id est 'non permisit'. Graeca autem locutio est: NOCERE ILLOS; Latina vero: NOCERE ILLIS. 5

v. 15 **ET CORRIPUIT PRO EIS REGES: NOLITE** inquit **TANGERE CHRISTOS MEOS, ET IN PROPHETIS MEIS NOLITE MALIGNARI.** Verba dixit dei corripientis vel arguentis reges, ne laederent 10
sanctos patres, cum essent numero breves, et paucissimi atque incolae in terra Chanaan. Quae verba licet in libris eius historiae non legantur, tamen intellegenda sunt vel latenter dicta, sicut deus in hominum cordibus loquitur occultis et veracibus visis,

---

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

5 hereditatem] in *praem.* χ | ea] id est in terra Chanaan *add. A G* **6** sed ... 9,2 ea *om.* α_2 **7** paucissimos ... incolas *ita et Psalt.Ga.* | qui ita] cum statim V_2 δ (*lnp.* H_1); qui ista *C* P_{23} *X*; qui ista ita *lo ma* **8** fuisse Graecam *tr.* χ secutus χ **9** cum] ea *add. lo ma* **10** ipsam totam *tr.* ε ζ | transferri V_2 δ **11** illos numero brevi in eo esse *tr.* δ **12** eo] ea ε χ ζ **14** quis] quibus V_2 (*ac. uv.*) δ (*ac. uv.* *G* H_1) **15** cum] qui V_2 δ **9,3** et *om.* π | in] ad α_2 χ repetitio ... gentem *om.* δ **5** dimisit] reliquit π *C* P_{23} | homini ε | illis] eis δ ζ *X Psalt.Ver. ma*; illius *K* **10** ne laederent] neglegerent α *A* ε; ne neglegerent *G* H_1 *K* (*pc.*) P_{23} *Y X*; non neglegerent *K* **11** numero] in *praem.* V_2 δ

vel etiam per angelum expressa. Nam et rex Gerarum et rex Aegyptiorum divinitus admoniti sunt ne nocerent Abrahae, et rex alius ne noceret Isaac, et alii ne nocerent Iacob, cum essent paucissimi et incolae, antequam ad incolendam Aegyptum cum filiis suis transiret Iacob; quod intellegitur in eo commemoratum quod ait: TRANSIERUNT DE GENTE IN GENTEM, DE REGNO IN POPULUM ALTERUM. Sed quia occurrebat quaerere, antequam transirent et in Aegypto multiplicarentur, quomodo numero breves, paucissimi et incolae in aliena terra perdurare potuerunt, secutus adiunxit: non permisit HOMINEM NOCERE EIS, ET CORRIPUIT PRO EIS REGES: NOLITE TANGERE CHRISTOS MEOS, ET IN PROPHETIS MEIS NOLITE MALIGNARI.

(10.) Potest autem merito movere quomodo fuerint christi appellati, antequam esset unctio, ex qua hoc nomen impositum est regibus, quod a Saule coepit, cui David successit in regnum, atque inde ceteri et reges Iudae et reges Israel continuatione
cc 1542 sacratae consuetudinis unguebantur; in qua unctione figurabatur unus verus Christus, cui dictum est: *Unxit te, deus, deus tuus oleo exsultationis prae participibus tuis.* Unde ergo illi iam tunc christi appellabantur? Nam prophetas eos fuisse legimus de Abraham, et utique, quod de illo manifeste dictum est, hoc et in illis intellegendum est. An ideo christi, quia etiamsi latenter, iam tamen Christiani? Quamvis enim caro Christi ex illis, tamen Christus ante illos, quod et Iudaeis respondit dicens: *Antequam Abraham*

9, 15sq. rex[1] ... Abrahae] *cf.* Gen. 20,3; 12,17 **17** rex ... Isaac] *cf.* Gen. 26,8-11 | alii ... Iacob] *cf.* Gen. 31,24 **10, 3** a ... coepit] *cf.* 1 Reg. 10,1 David successit] *cf.* 1 Reg. 16,12 **6sq.** Ps. 44,8 **8** prophetas ... Abraham] *cf.* Gen. 20,7 **12sq.** Ioh. 8,58

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

19 quid δ (*ac. uv.* H_1) **20** in[2] ad $\varepsilon\chi\zeta$ **22** transierunt δ **23** terra aliena *tr.* δ An_3 **24** eis] *eos V_2 δ Gt An_3 χ C **25** eis] eos *A G* **10, 1** christi *om.* $\alpha_2\delta$ **2** appellati] nominati δ **3** regno *X ma* **4** et[1] *om.* π P_6 **5** sacrata δ (*ac. uv. G*) | consuetudines χ *C* **8** et *om. Gt* ζ P_{23}; *eras. N* An_3 **9** et *om. C* P_{23} *Y* in] de *N* An_3 *ma* **11** enim] ergo χ | Christus *om.* δ

fieret, ego sum. Quomodo autem hunc illi ignorarent, aut in eum mi 1396
non crederent, cum propterea prophetae dicerentur quia licet occultius, tamen dominum praenuntiabant? Unde aperte ipse dicit: *Abraham concupivit diem meum videre, et vidit, et gavisus est.* Non enim quisquam praeter istam fidem quae est in Christo Iesu, sive ante eius incarnationem, sive postea, reconciliatus est deo, cum sit ab apostolo veracissime definitum: *Unus enim deus, et unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus.*

(11.) Deinde iam narrare incipit quomodo factum sit ut transirent DE GENTE IN GENTEM, DE REGNO IN POPULUM AL-
v. 16-17 TERUM. **ET VOCAVIT** inquit **FAMEM SUPER TERRAM, OMNE FIRMAMENTUM PANIS CONTRIVIT. MISIT ANTE EOS VIRUM, IN SERVUM VENUNDATUS EST IOSEPH.** Per hoc factum est ut transirent DE GENTE IN GENTEM, DE REGNO IN POPULUM ALTERUM. Sed non sunt neglegenter praetereundae scripturarum sanctarum locutiones. VOCAVIT inquit FAMEM SUPER TERRAM: quasi fames aliqua persona sit, vel aliquod animatum corpus, vel aliqui spiritus qui oboedire posset vocanti, cum sit fames ex inedia contracta pernicies, atque ita sit in eis qui eam patiuntur, ut aliquis morbus. Sicut enim morbus ut esse desinat, fit plerumque per medicamentum, sic et fames sanatur quodammodo per alimentum. Quid est ergo VOCAVIT FAMEM? An forte ista mala quae patiuntur homines, habent quosdam praepositos suos angelos malos? Nam et in alio psalmo dicit immissione per angelos malos deum homines afflixisse, non utique errante iudicio; et hoc est forte VOCAVIT FAMEM, id est angelum praeposi-

---

16sq. Ioh. 8,56 **19sq.** 1 Tim. 2,5 **11, 16** in ... psalmo] *cf.* Ps. 77,49 **17sq.** non ... iudicio] *cf.* en. 77,28,14-17 (CC 39)

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

---

13 quomodo ... 1, 3 alterum *om.* α_2 **16** videre diem meum *tr.* An_3 *X ma* **11, 2** transiret ε | de²] et *praem.* P_6 *ma* **3** omne] et *praem.* δ ε ζ P_{23} *Y X* (*pc.*) *Psalt.Ro.* **5** per] pro χ **9** aliqui] aliquis Mc_2 P_6 P_{23} *Y X ma* **10** oboediri *N Gt* | possit ε χ ζ **13** sanetur δ **14** an] ante χ | quae patiuntur mala *tr.* δ **16** immissione *C X ma*; immissiones ε ζ *Y*; *om.* π χ P_{23} **17** hominem *N Gt*

tum famis, eius rei nomine cuius est praepositus appellatum. Ex qua opinione Romani veteres deos quosdam tales consecraverunt, sicut deam Febrem deumque Pallorem. An, quod est credibilius, VOCAVIT FAMEM intellegendum est: 'Dixit ut fames esset', ut hoc sit vocare quod appellare, hoc appellare quod dicere, hoc dicere quod iubere? Nam ille vocavit famem *qui vocat ea quae non sunt, tamquam sint*. Nec ibi apostolus dixit: '*Qui vocat ea quae non sunt*, ut sint', sed *tamquam sint.* Apud deum quippe iam factum est quod eius dispositione futurum est, quia de illo alibi dicitur: *qui fecit quae futura sunt.* Et hic quando fames facta est, tunc dicta est 'vocata', id est ut adesset quae iam fuerat in eius occulta gubernatione disposita. Denique quomodo vocaverit famem, statim exposuit dicens: OMNE FIRMAMENTUM PANIS CONTRIVIT. Et haec inusitata locutio est: CONTRIVIT enim dixit pro eo quod est 'consumpsit'.

cc 1543

(12.) MISIT ANTE EOS VIRUM. Quem virum? Ioseph. Quomodo misit? IN SERVUM VENUNDATUS EST IOSEPH. Nempe quando factum est, peccatum erat fratrum, et tamen deus misit in Aegyptum Ioseph. Intuenda est ergo res magna et pernecessaria, quomodo deus bene utatur malis operibus hominum, sicut illi contra male utuntur bonis operibus dei.

mi 1397

(13.) Contexit deinde narrationem, commemorans quae pertulerit Ioseph in humilitate sua, et quomodo fuerit sublimatus. **HUMILIAVERUNT IN COMPEDIBUS PEDES EIUS; FERRUM PERTRANSIIT ANIMAM EIUS, DONEC VENIRET VERBUM EIUS.** *v. 18-19*

24–26 Rom. 4,17 **28** Is. 45,11 (LXX)

π (*α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (*P_6 T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X*

---

19 fami π *C P_{23}*; famem χ | eius] et *praem.* ε *Y X ma* **20** quosdam deos *tr. Y ma* | consecrarunt *lo ma* **24** ea] et *praem.* α_2 **25** tamquam] ea quae *add.* π (*exc. Mc_2*); quae *add. C ma* | sint] sunt π (*exc. Mc_2*) *ma* | nec ibi] sicut δ **26** quippe *om.* δ | factum est iam *tr.* δ **28** futura] ventura *Mc_2* δ ε **32** est[2] *om.* δ **12, 1** quomodo] Ioseph *add.* δ **2** misit *om.* α_2 | ioseph *om.* δ **3** deus tamen *tr.* δ | misit deus *tr.* ε ζ | Ioseph in Aegyptum *tr. lo ma* **4** ergo est *tr.* δ **13, 1** narratione *A H_1 (ac.)*

Compedes quidem Ioseph accepisse non legimus, sed factum esse minime dubitandum est. Aliqua enim praetermitti potuerunt in illa historia, quae tamen sanctum spiritum non laterent, qui in his loquitur psalmis. Ferrum autem quod dicit pertransisse animam eius, tribulationem durae necessitatis accipimus; non enim corpus, sed ANIMAM dixit. Talis quaedam locutio est in evangelio, ubi Simeon dixit ad Mariam: *Ecce positus est hic in ruinam, et resurrectionem multorum in Israel, et signum cui contradicetur; et tuam ipsius animam pertransiet gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.* Passio quippe domini, quae multis ruina fuit, et in qua multorum cordium occulta patuerunt, quoniam expressum est quid de domino sentiebant, et ipsam eius matrem graviter carnali orbitate percussam sine dubio contristavit. In illa vero tribulatione fuit Ioseph, DONEC VENIRET VERBUM EIUS quo fuerat interpretatus veraciter somnia; unde commendatus est regi, ut etiam illi de somniis eius futura praediceret. Sed quoniam dixit: DONEC VENIRET VERBUM EIUS, ne omnimodo EIUS sic intellegeremus, ut quisquam rem tantam homini tribuendam putaret, continuo subiecit: **ELOQUIUM DOMINI INFLAMMAVIT EUM**, vel quod magis de Graeco expressum alii codices habent: ELOQUIUM DOMINI IGNIVIT EUM, ut etiam ipse inter eos computaretur, quibus dictum est: LAUDAMINI IN NOMINE SANCTO EIUS. ELOQUIUM DOMINI IGNIVIT EUM. Merito spiritus sanctus quando a domino missus est, visae sunt illis linguae cc 1544

13, 11–14 Luc. 2,34-35 **18–20** in ... praediceret] *cf.* Gen. 41 **26sq.** Ps. 104, 3 **27–29** spiritus ... ignis] *cf.* Act. 2,3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

5 accepisse Ioseph *tr.* V_2 δ *C* P_{23} *Y X ma* **7** spiritum sanctum *tr.* α_2 *T X ma* **9** eius] in *add.* δ | tribulatione *A* H_1 (*ac.*) | duram ε **10** talis] enim *add. C X ma* | locutio est quaedam *tr. X ma* **11** ecce] et V_2 δ | est *om.* δ **12** resurrectionem] in *praem.* Mc_2 H_1 (*pc.*) *X* (*pc.*) *ma* | signum] in *praem.* α_2 ε ζ P_{23} *Y X ma* **17** contristavit] contrivit δ **19** quod ε *T* **25** ignivit *ita Psalt. Ver.* **27** sanctus spiritus *tr.* δ **28** visi χ

divisae velut ignis; et apostolus dicit: *spiritu ferventes.* A quo igne discedunt de quibus dicitur: *Refrigescet caritas multorum.*

(14.) Denique **MISIT REX, ET SOLVIT EUM PRINCEPS POPULORUM, ET DIMISIT EUM.** Ipse est REX, qui PRINCEPS POPULORUM SOLVIT compeditum, DIMISIT inclusum. *v. 20*

CONSTITUIT EUM DOMINUM DOMUS SUAE, ET PRINCIPEM OMNIS POSSESSIONIS SUAE, UT ERUDIRET PRINCIPES EIUS SICUT SEMETIPSUM, ET SENES EIUS PRUDENTIAM DOCERET. Graecus habet: ET SENIORES EIUS SAPIENTIAM DOCERET. Quod omnimodo ad verbum ita dici posset: 'erudiret principes eius sicut semetipsum, et seniores eius sapientes faceret'; πρεσβυτέρους enim habet, quos dicere solemus seniores, non γέροντας, id est SENES; σοφίσαι autem, quod uno verbo Latine dici non potest, a sapientia dictum est, quae σοφία Graece dicitur, non a prudentia, quae φρόνησις appellatur. Neque hoc tamen legimus in illa sublimitate Ioseph, sicut nec compedes in eius humilitate. Sed unde fieri posset ut vir tantus, unius veri dei cultor, in Aegypto alendis tantummodo corporibus, et rebus tantum corporalibus
mi 1398 gubernandis esset intentus, et quo eos meliores redderet, curam non gereret animorum? Sed ea conscripta sunt in illa historia, quae secundum intentionem scribentis, in quo erat spiritus sanctus, rebus futuris illa narratione significandis sufficere iudicata sunt. *v. 21-22*

---

29 Rom. 12,11 **30** Matth. 24,12 **14, 15–17** in ... intentus] *cf.* Gen. 41,47-57

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

30 refrigescit *εχ* **14, 1** denique] sequitur *add. εζ* P_{23} *X ma* **2** qui *om. δ*; *et *add. εζ* P_{23} *Y* **3** conclusum *δ* **6** seniores *ε* (*lnp. N*) *T* **7** et] eius *δ* | eius *om. C* P_{23} **8** dicit *δ* (*ac. uv. G* H_1) | possit *ε* (*lnp. N*) | erudire *δε* **9** presbiteros *codd.* **10** enim] autem *δ* | gerontes *N Gt*; gerontos H_1 *T*; gerontas *cett.* **11** cωφιε *εζ*; sophise *cett.* | latino V_2 *δ C* P_{23} *Y X* **12** σοφισαι *lo ma*; σωφια *ε*; sophia *cett.* **13** φρωNHcis *ε* P_{23}; φρωNNca *Gt*; fronesis V_2 P_6; phronesis H_1 (*pc., ac. lnp.*) *K*; prohonesis *A G*; pronesis *S C* **15** possit *ε* (*lnp. N*) vir ... unius *pc.* H_1 (*ac. lnp.*); unius (unus *pc.*) vir tantus *A*; unus vir tantus *G* **18** gererit *K*; egeret *A*; geret H_1; ageret *G* (*uv.*)

v. 23 **(15.) ET INTRAVIT ISRAEL IN AEGYPTUM, ET IACOB ACCOLA FUIT IN TERRA CHAM.** Quod est Israel, hoc est Iacob; et quod est Aegyptus, hoc est terra Cham. Hic enim apertissime demonstratum est de semine Cham filii Noe, cuius primitivus fuit Chanaan, exortam fuisse etiam gentem Aegyptiorum. Proinde in quibus codicibus hoc loco legitur CHANAAN emendandum est. Melius autem interpretatum est ACCOLA FUIT, quam, sicut alii codices habent, INHABITAVIT: quod tantundem esset si et incola diceretur; nihil enim aliud significat. Nam idipsum est verbum in Graeco isto loco, quod est et superius, ubi dictum est: PAUCISSIMI ET INCOLAE IN EA. Incolatus porro, vel accolatus, non indigenam, sed advenam ostendit. Ecce quomodo TRANSIERUNT DE GENTE IN GENTEM, DE REGNO IN POPULUM ALTERUM. Quod breviter propositum fuerat, breviter narrando explicatum est. Sed de quo regno transierunt in populum alterum, merito quaeri potest. Nondum enim regnabant in terra Chanaan, quia nondum ibi fuerat regnum constitutum populi Israel. Quomodo ergo potest intellegi, nisi forte secundum anticipationem, quia ibi regnum futurum erat seminis eorum? cc 1545

v. 24 **(16.)** Deinceps narrantur quae in Aegypto gesta sunt. **ET AUXIT** inquit **POPULUM SUUM VEHEMENTER, ET FIRMAVIT EUM SUPER INIMICOS EIUS.** Etiam hoc breviter totum propositum est, ut quemadmodum factum sit, deinde narretur. Non enim tunc firmatus est populus dei super Aegyptios inimicos suos, quando

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

15, 1 accola *om.* δ **2** cham] Chanaan *Psalt.Ver. Psalt.Ro.* **5** exortam ... Chanaan *om.* δ **6** legitur Chanaan *sicut in Psalt.Ver. Psalt.Ro.* (*cf. s. app. ad l. 2*) **7** autem] enim εχζ | est autem interpretatum *tr.* δ **9** nam] et *add.* χ idipsum] in *praem.* δ | verbum est *tr.* δ **11** indigeam A H_1 **13** quod] non δ (*lnp.* H_1); nam V_2 **17** constitutum] consonitum δ **16, 1** deinceps] *deinde α_2 εχζ | gestata χ | sunt] sint A G (*uv.*) ε P_6 P_{23} Y **2** inquit *om.* εζ **3** hoc etiam *tr.* δ | totum breviter *tr. lo ma*

eorum masculini fetus necabantur, vel quando in faciendis lateribus conterebantur, sed quando in manu potenti, per signa et portenta domini dei sui, metuendi et honorandi facti sunt, donec duri regis contentio vinceretur, et Mare Rubrum persecutorem cum exercitu eius obrueret.

(17.) Quod ergo breviter positum est: FIRMAVIT populum suum SUPER INIMICOS EIUS, velut quaereremus quomodo factum sit, incipit dicere, donec etiam id narrando determinet: **ET CONVERTIT COR EORUM, UT ODISSENT POPULUM EIUS ET DOLUM FACERENT IN SERVOS EIUS.** Numquidnam intellegendum est vel credendum quod deus cor hominis ad facienda peccata convertat? An peccatum non est, vel parvum peccatum est odisse populum dei et dolum facere in servos eius? Quis hoc dixerit? Numquid ergo istorum tam gravium peccatorum auctor est deus, qui nullius, vel levissimi peccati auctor credendus est? *Quis sapiens, et intelleget haec?* Nam ipsa est illa mirabilis dei bonitas, qua bene utitur etiam malis, vel angelis vel hominibus. Cum enim ipsi vitio suo mali sunt, ille de malo eorum bene facit. Non enim antequam odissent populum eius boni erant, sed maligni et impii tales erant, qui facile incolis suis felicibus inviderent. In eo ergo
mi 1399 quod populum suum multiplicavit, hoc beneficio suo malos ad invidendum convertit. Invidia est enim odium felicitatis alienae. Sic ergo convertit cor eorum, ut per invidentiam ODISSENT

v. 25

16, 6 eorum ... necabantur] *cf.* Exod. 1,22 **6sq.** quando ... conterebantur] *cf.* Exod. 1,14 **7sq.** per ... sui] *cf.* Exod. 7,8-11,10 **9** duri ... vinceretur] *cf.* Exod. 12,31 **9sq.** Mare ... obrueret] *cf.* Exod. 14,27-28 **17, 10sq.** Ps. 106,43

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

6 masculi ε | fedus χ | negabantur χ | in *om.* π **8** portenta] potentia *A K*; potentiam V_2 *G* **9** duri *om.* $V_2\delta$; dure χ | reges *C*; hostis α_2 **10** exercitum χ | obruerit χ **17, 1** quo δ **2** suum *om.* ε; eius *A G* (suum *ir.* H_1) | eius] suos *A G* **4** odissent $\alpha_2\chi$ *Prosp.*; odisset *Psalt.Ver.*; odiret V_2; odirent *cett. Psalt.Ga. Psalt.Ro. ma* **6** hominum χ **9** ergo] hoc δ; iustorum *A G* **10** quis] quia χ **11** intellegit $V_2 Mc_2 \delta\chi C$ **13** sint ε *Y X ma* **18** ergo] enim χ | invidiam χ

POPULUM EIUS, ET DOLUM FACERENT IN SERVOS EIUS. Non itaque cor illorum malum faciendo, sed populo suo benefaciendo cor illorum sponte malum convertit ad odium. Non enim rectum cor pervertit, sed sponte perversum ad odium populi, ubi eo malo bene uteretur, convertit, non illos malos faciendo, sed istis bona, quibus mali facillime possent invidere, largiendo. Quo illorum odio, et ad exercitationem populi sui, et ad gloriam, quae nobis est utilis, nominis sui, quomodo sit usus, consequentia docent, quae in eius laude commemorantur, cum cantatur ALLELUIA. cc 1546

v. 26 **(18.) MISIT MOYSEN SERVUM SUUM, AARON QUEM ELEGIT IPSUM.** Sufficeret QUEM ELEGIT, sed nihil in eo quaerendum est quod additum est IPSUM: locutio scripturarum est, sicuti est *in qua habitabunt in ea*; qua locutione divinae paginae plenae sunt.

v. 27 **(19.) POSUIT IN EIS VERBA SIGNORUM SUORUM ET PRODIGIORUM IN TERRA CHAM.** Non ita debemus accipere VERBA SIGNORUM ET PRODIGIORUM quasi verba, quibus verbis fierent signa et prodigia. Multa enim sine verbis facta sunt, vel virga, vel manu extenta, vel favilla in caelum missa. Sed quia illa ipsa quae facta sunt, non erant alicuius significationis inania, sicut verba quae loquimur, ideo et ipsa dicta sunt verba, non vocum et sonorum, sed signorum et prodigiorum. POSUIT IN EIS, id est fecit per eos.

18, 3sq. Lev. 18,3 (LXX); Num. 13,19 (LXX): *cf.* doctr. Christ. 2,13,20 **19, 4** virga] *cf. e.g.* Exod. 7,12.20; 10,13; 17,5 **5** manu extenta] *cf.* Exod. 14,21.27; 17,11 | favilla] *cf.* Exod. 9,8-9

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

20 eorum δ | faciendum $\varepsilon\chi$ **23** male ε | non] enim *add.* $\varepsilon\chi$ | faciendos V_2 δ **24** isti A (*ac.*) H_1 (*ac.*) | possent *om.* $V_2\delta$; possint $\varepsilon\chi$ | quod $\varepsilon\chi$ **25** odium εK | ad[1] *om.* $\alpha_2\delta$ | nominis sui quae nobis est utilis *tr. lo ma* **26** nomini δ **27** docet $V_2\chi$ **18, 1** suum] et *add.* $V_2F_2\chi TC$ **2** eum χ **3** ipsa χ in qua *om.* ε **19, 4** prodigia] id est quae dicerent ut fierent signa et prodigia *add.* $\varepsilon\chi\zeta CP_{23}YX$ *ma* **5** ipsa illa *tr.* $AH_1\chi$ **6** verba] et *praem.* X *ma* **7** et ideo *tr.* δ **8** id est] *et V_2 (*uv.*) $\delta\chi CX$

(20.) **MISIT TENEBRAS ET OBSCURAVIT**. Scriptum est et hoc *v. 28*
inter plagas quibus Aegyptii percussi sunt. Quod autem sequitur, in diversis codicibus varie legitur. Alii namque habent: **ET EXACERBAVERUNT SERMONES EIUS,** alii vero: **ET NON EXACERBAVERUNT SERMONES**, sed quod prius dixi, in pluribus invenimus; ubi autem addita est negativa particula, vix duos codices potuimus reperire. Sed ne forte mendositas propter sensum faciliorem abundaverit – quid enim facilius intellegitur quam id quod dictum est: EXACERBAVERUNT SERMONES EIUS, utique contumacibus contradictionibus suis? – conati sumus secundum aliquam rectam sententiam etiam illud exponere, et hoc interim occurrit: NON EXACERBAVERUNT SERMONES EIUS, id est in Moysen et Aaron, quia eos etiam durissimos patientissime pertulerunt, donec omnia quae deus in eis facere disposuerat, ex ordine complerentur.

(21.) **CONVERTIT AQUAS EORUM IN SANGUINEM, ET OCCIDIT PISCES EORUM. DEDIT TERRAM EORUM RANAS IN PENETRALIBUS REGUM IPSORUM**, tamquam diceret: 'Terram eorum convertit in ranas'. Tanta enim ranarum fuerat multitudo, ut hoc per ὑπερβολήν convenienter dicerentur. *v. 29-30*

cc 1547 (22.) **DIXIT, ET VENIT CYNOMYIA ET SCINIPHES IN OMNIBUS FINIBUS EORUM**. Si quaeritur quando dixerit, in verbo eius mi 1400 erat antequam fieret, et sine tempore ibi erat quo tempore fieret; *v. 31*

20, 1 scriptum est] *cf.* Exod. 10,22

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

20, 1 obscuravit] eos *add.* V_2 δ *Psalt.Ro.* **3** et *om.* V_2 δ C **4** et non *ita et Psalt.Ga.* **5** sermones] eius *add.* ε χ P_{23} Y *ma* **6** vix *om.* δ **9** exacerbaverunt] et *praem. ma* **11** hoc et *tr.* ε **12** non] nam A G | in *om.* δ **13** Moyse C P_{23} X | quia] qui δ **14** in eis *om.* δ **21, 2** edidit δ | terra π **3** compenetrabilibus A H_1; compenetralibus G **4** ranae V_2 δ **5** per ὑπερβολήν] per yperbolen V_2 Mc_2 G H_1 K (*pc.*) C; per uberrimam K; per yperuolen S; per yperbolon A; per yperbolem P_6; περΥΠΕΡΒΩΛΗΝ yperbolen ε T; περΥΠΕΡΒΩΛΗΝ per yperbolen P_{23}; per hiperbolen X | diceretur ε ζ C X *ma* **22, 1** cynomyia π χ P_6 C; coenomia ε; cinomia T P_{23} | scinifes α G ε S T X; chinifes A; cyniphes H_1; schinifes K C; schynifes Y

quamquam et per angelos, et per servos suos Moysen et Aaron etiam tunc quodammodo dixit ut fieret, quando fuerat faciendum.

v. 32 **(23.) POSUIT PLUVIAS EORUM GRANDINEM.** Similis locutio est illi ubi ait: DEDIT TERRAM EORUM RANAS, nisi quod ibi non utique in ranas tota terra conversa est, pluvia vero in grandinem etiam tota potuit.

IGNEM COMBURENTEM IN TERRA IPSORUM: subauditur POSUIT.

v. 33 **(24.) ET PERCUSSIT VINEAS EORUM ET FICULNEAS EORUM, ET CONTRIVIT OMNE LIGNUM FINIUM EORUM.** Hoc vi grandinis et fulminibus factum est, unde et IGNEM dixit COMBURENTEM.

v. 34 **(25.) DIXIT, ET VENIT LOCUSTA ET BRUCHUS, CUIUS NON ERAT NUMERUS.** Una plaga est locustae et bruchi, quoniam altera est parens, altera est fetus.

v. 35 **(26.) ET COMEDIT OMNE FENUM IN TERRA EORUM, ET COMEDIT OMNEM FRUCTUM TERRAE EORUM.** Et fenum fructus est, sicut loqui scriptura consuevit, quae fenum appellat etiam segetes frugum, sed ut duo diceret, duobus fortasse quae dixerat, numero voluit consonare, id est locustae et brucho. Hoc autem totum pertinet ad elocutionis varietatem medentem fastidio, non ad diversitatem sententiarum.

v. 36 **(27.) ET PERCUSSIT OMNE PRIMOGENITUM IN TERRA EORUM, PRIMITIAS OMNIS LABORIS EORUM.** Haec plaga novissima est, excepta morte in Mari Rubro. Primitias vero laborum propter primogenita pecorum dictum arbitror. Quae plagae cum sint decem, nec omnes commemoratae sunt, nec eodem ordine quo ibi factae leguntur. Libera est enim laudatio a lege narrantis

---

27, 4sq. plagae ... decem] *cf.* Exod. 7,20-12,30

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

5 quomodo δ **23, 2** ranas] quorum *add.* ε T **3** terra *om.* δ | pluviam χ **24, 2** omne *om.* G P_6 **26, 1** et^2 ... eorum *om.* V_2 δ **27, 4** propter] pro δ **5** commoratae δ **6** enim est *tr.* X *ma*

et texentis historiam. Cuius laudationis auctor et dictor cum sit per prophetam spiritus sanctus, eadem utique auctoritate qua per eum egit hominem qui illam scripsit historiam, et commemorat aliquid factum quod ibi non legitur, et quod ibi legitur praeterit.

(28.) Adiungit autem etiam hoc laudibus dei, quod argento et auro ditatos Israelitas eduxit ex Aegypto, quia et ipsi tales erant, qui nondum possent contemnere laborum suorum licet temporalem, tamen debitam iustamque mercedem; nec in eo cc 1548 quod Aegyptios deceperunt, a quibus sibi ut commodaretur aurum argentumque petiverunt, putandus est deus huiusmodi dolos eis qui sursum cor habent, vel iubere, vel, si fecerint, adprobare. Magis enim per illa dei verba, utique ab illo qui cor eorum videbat et cupiditates examinabat, permissi sunt facere ista quam iussi; non tamen sine aliquo provectu animae carnalis, quod et his fecerunt qui talia iure passi sunt, et quamvis per dolum, ab iniquis hominibus tamen quod sibi reddi debuit, abstulerunt. Sicut autem Aegyptiorum iniquitate, sic istorum infirmitate ad id quod opus erat illis factis figurandum et praenuntiandum divine usus est deus.

ET EDUXIT EOS IN ARGENTO ET AURO. Et ista locutio *v. 37* scripturarum est. Pro eo quippe dictum est: IN ARGENTO ET AURO, ac si diceretur: 'cum argento et auro'.

mi 1401 **ET NON ERAT IN TRIBUBUS EORUM INFIRMUS:** sed corpore, non animo. Etiam hoc magnum dei beneficium fuit, ut in illa necessitate migrandi nullus esset aegrotus.

(29.) LAETATA EST AEGYPTUS IN PROFECTIONE EORUM, *v. 38* **QUIA INCUBUIT TIMOR EORUM SUPER EOS,** timor utique He-

---

28, 1sq. argento ... ditatos] *cf.* Exod. 12,34-36 **8** illa ... verba] *cf. s. 19,1*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

8 qua] que K; quae S **9** homini χ **28, 3** qui *om.* α_2 δ; ut V_2; quia χ **5** commodarentur ε **6** petierunt $\varepsilon\chi$ **7** dolose ε P_{23} | corda δ **10** profectu $\varepsilon\chi$ **13** autem] enim $\varepsilon\chi\zeta$ | iustorum A G **17** auro et argento *tr.* δ **19** tribus $V_2\chi$ **20** in *om.* δ

braeorum super Aegyptios. Non enim TIMOR EORUM, quo timebant Hebraei, sed quo timebantur. Dicet aliquis: 'Quomodo ergo nolebant eos dimittere Aegyptii? Quomodo tamquam rediturosdimiserunt? Quomodo tamquam redituris et reddituris aurum et argentum petentibus commodaverunt, si LAETATA EST AEGYPTUS IN PROFECTIONE EORUM?' Sed intellegendum est, post illam ultimam Aegyptiorum mortem, et tantam stragem in Mari Rubro tam magni persequentis exercitus, Aegyptios timuisse residuos ne redirent Hebraei, et eorum reliquias magna facilitate contererent. Tunc impletum est quod superius cum dixisset: ET AUXIT POPULUM SUUM VEHEMENTER, mox addidit: ET FIRMAVIT EUM SUPER INIMICOS EIUS. Hanc enim sententiam uno versiculo propositam ut explicaret, quomodo id factum sit, adiunxit cetera quae in hac laude narravit, usque ad istum locum, ubi ait: LAETATA EST AEGYPTUS IN PROFECTIONE EORUM, QUIA INCUBUIT TIMOR EORUM SUPER EOS, velut assignans quod proposuerat, quia firmavit populum suum super inimicos eius.

v. 39 (30.) Proinde iam dixit quae iter agentibus in eremo beneficia divina collata sint. **EXPANDIT NUBEM IN PROTECTIONE EORUM, ET IGNEM UT LUCERET EIS PER NOCTEM.** Tam sunt haec manifesta quam nota.

v. 40 (31.) **PETIERUNT, ET VENIT COTURNIX.** Non coturnicem cc 1549 concupierunt, sed carnes. Quia vero et coturnix caro est, et in

---

29, 9 Aegyptiorum mortem] *cf.* Exod. 12,29 **9sq.** stragem ... exercitus] *cf.* Exod. 14,27-28 **18sq.** proposuerat] *cf. s.* 16, 3 (propositum est) **31, 1–4** non ... deo] *cf.* Exod. 16,2-3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

29, 4 Hebreis δ (*ac. uv. G*; *ac.* H_1) **5** ergo *om.* δ **6** redituris] redituros χ; reddituros V_2 ε **12** contenerent *A* H_1; continerent *G*; contegerent V_2 **14** enim] ergo χ **15** sit] est χ **16** laude] cladis *add. lo ma* **19** eius *pc.* H_1; suos δ (*ac. uv.* H_1) **30, 2** sunt *T X ma* | protectione δ *S Psalt.Ver. Psalt.Ro.*; protectionem *cett. Psalt.Ga.* **3** sint ε *Y* **31, 1** petierunt *C* P_{23} *X Prosp. Psalt.Ga. Psalt.Ver. ma*; carnes *add.* δ ζ *Psalt.Ro.*; et carnes *add.* χ; carnem ε *Y* | coturnicem] coturnices ε *X* | concupiverunt α *K C* P_{23} *ma*

isto psalmo non loquitur de amaricatione illorum in quibus non est beneplacitum deo, sed de fide electorum, quod est verum semen Abrahae, ipsi intellegendi sunt petisse ut veniret unde amaricantium murmura premerentur. Iam in versu qui sequitur, **ET PANE CAELI SATURAVIT EOS**, manna quidem non nominavit, sed nulli obscurum est qui illas litteras legit.

(32.) DISRUPIT PETRAM, ET FLUXERUNT AQUAE; ABIERUNT IN SICCO FLUMINA. Et hoc factum tam cito intellegitur, quam legitur. *v. 41*

(33.) His autem omnibus beneficiis suis deus commendat in Abraham meritum fidei. Sequitur enim et dicit: **QUONIAM MEMOR FUIT VERBI SANCTI SUI, QUOD HABUIT AD ABRAHAM PUERUM SUUM. ET EDUXIT POPULUM SUUM IN EXSULTATIONE, ET ELECTOS SUOS IN LAETITIA.** Quod ait POPULUM SUUM, hoc repetivit ELECTOS SUOS, et quod ait IN EXSULTATIONE, hoc repetivit IN LAETITIA. **ET DEDIT ILLIS REGIONES GENTIUM, ET LABORES POPULORUM POSSEDERUNT.** Quod sunt REGIONES GENTIUM, hoc sunt LABORES POPULORUM, et quod dictum est DEDIT ILLIS, hoc repetitum est POSSEDERUNT. *v. 42-43* *v. 44*

mi 1402 **(34.)** Et tamquam quaereremus cui bono ista data sunt, ne hoc ipsum putaretur summum bonum, quod ista felicitas rerum temporalium populo dei data est, continuo eam ad aliud rettulit, ubi summum bonum oportet inquiri: **UT CUSTODIANT** inquit **IUSTIFICATIONES EIUS, ET LEGEM EIUS REQUIRANT.** Ubi intellegendum est dei servos et electos filios promissionis, verum et germanum semen Abrahae, imitantes fidem Abrahae, propterea ista bona terrena sumere a deo, ut non in eis luxu diffluant, sive *v. 45*

---

7 manna] *cf.* Exod. 16,31 **32, 3** legitur] *cf.* Exod. 17,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

3 non[1] *om.* δ **6** murmur opprimeretur *C X ma* | verso χ **7** et] in δ saturavit eos] saturati sunt δ (*ac. uv.* H_1) **33, 1** omnibus *om.* δ **3** habuit] locutus est α_2 ε ζ **6** repetit δ (*pc. A*) **10** est] et χ **34, 1** bona χ **4** ubi] aliud χ | inquit *om.* V_2 δ *T* **8** sive] sibi χ

perversa securitate torpescant, sed ideo habeant divina misericordia haec omnia praeparata, in quibus quaerendis possent negotiosissimis laboribus occupari, ut ad hoc vacent unde bonum aeternum possit adquiri, hoc est: UT CUSTODIANT IUSTIFICATIONES EIUS, ET LEGEM EIUS REQUIRANT. Denique, quoniam semen Abrahae tales hic intellegi voluit, qui vere essent semen Abrahae, quales utique nec in illo populo defuerunt – quod etiam Paulus apostolus satis ostendit, cum dicit: *sed non in omnibus illis beneplacitum est deo*; si enim *non in omnibus,* profecto fuerunt ibi quidam in quibus *beneplacitum est deo* –, quia ergo tales psalmus iste commendat, nihil hic dixit de iniquitatibus et irritationibus cc 1550 et amaricatione eorum in quibus non est beneplacitum deo. Sed quia et iniquis non sola iustitia, verum etiam misericordia dei omnipotentis et clementis apparuit, de illis sequens loquitur psalmus cum laudibus dei. Et tamen utrique in uno populo fuerunt, nec istos illi suarum iniquitatum contagione polluerunt. *Novit* enim *dominus qui sunt eius*. Etsi in hoc saeculo non potest ab iniustis, *recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini.*

(35.) Ut ergo tamquam in corpore psalmi huius velut latentem quodammodo eius animam commendemus, hoc est in verbis quasi exterioribus interiorem intellectum: videtur mihi admoneri semen Abrahae, qui sunt omnes filii promissionis pertinentes ad aeternam hereditatem testamenti aeterni, ut, tamquam ipsam hereditatem sibi eligendum deum, et eum gratis colant, id est propter ipsum, non propter aliquod emolumentum mercedis extra ipsum, et hoc faciant laudantes, invocantes, annuntiantes,

34, 16sq. 1 Cor. 10,5 **25sq.** 2 Tim. 2,19 **35, 8 – 10** laudantes ... ferventes] *cf.* Rom. 12,11-12

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

10 requirendis χ | possent] possint χ P_{23} **14** tales] utique *add.* δ **15** utique *om.* δ | in *om.* δ | apostolus Paulus *tr. lo ma* **17** deo est *tr. A* H_1 | quidam ibi *tr.* δ **18** deo] in omnibus illi perfecto *add.* ε *T* **19** commendat iste *tr.* δ | dixit hic *tr.* ε ζ **24** illi suarum] illis aurum χ | polluerentur χ *C* (*uv.*) **35, 3** admonere χ *T* P_{23} **6** eligant α_2 ε ζ P_{23} *X ma* | deo χ

nec in suam, sed in eius gloriam per fidem bene operantes, spe gaudentes, caritate ferventes. Hoc totum sonat his verbis: CONFITEMINI DOMINO ET INVOCATE NOMEN EIUS, ANNUNTIATE IN GENTIBUS OPERA EIUS. CANTATE EI ET PSALLITE EI, NARRATE OMNIA MIRABILIA EIUS. LAUDAMINI IN NOMINE SANCTO EIUS; LAETETUR COR QUAERENTIUM DOMINUM. QUAERITE DOMINUM, ET CONFIRMAMINI, QUAERITE FACIEM EIUS SEMPER. *v. 1-4*

(36.) Deinde ad parvulorum corda nutrienda, ut roborentur in fide, de patriarchis proponuntur exempla et illorum fidei et promissionis dei, ut imitando et sperando simus semen illorum, non de sola gente Hebraeorum, sed quotquot istam gratiam suscipiunt in omni terra. Quod totum his versibus continetur: MEMENTOTE MIRABILIUM EIUS QUAE FECIT, PRODIGIA EIUS ET IUDICIA ORIS EIUS. SEMEN ABRAHAM SERVI EIUS, FILII IACOB ELECTI EIUS. IPSE DOMINUS DEUS NOSTER, IN OMNI TERRA IUDICIA EIUS. MEMOR FUIT IN SAECULUM TESTAMENTI SUI, VERBI QUOD MANDAVIT IN MILLE GENERATIONES. QUOD DISPOSUIT AD ABRAHAM, ET IURAMENTI SUI AD ISAAC. STATUIT ILLUD IPSI IACOB IN PRAECEPTUM, ET IPSI ISRAEL IN TESTAMENTUM AETERNUM, DICENS: TIBI DABO TERRAM CHANAAN, FUNICULUM HEREDITATIS VESTRAE. Quae omnia, pro modulo meo, quemadmodum accipienda essent, exposui. *v. 5-11*

(37.) Hic occurrebat animo parvulae fidei: 'Si ergo deus gratis est colendus, et testamenti aeterni hereditas ipse a seipso requirendus, mortalem istam vitam quaerentium eum, et temporales necessitates an et ipsa suae misericordiae multiplicatione

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

10 versibus *lo ma* **11** in gentibus] inter gentes *N* An_3 χ ζ **12** ei[1] *om.* δ P_{23} **15** confortamini *A G* **36, 1** ad *om.* χ **2** exempla V_2 (*pc.*) P_6 (*pc.*) *ma*; *om. cett.* | fidei] fides C P_{23} **3** promissiones C P_{23} | domini χ **4** quotquot] quod ε **5** suscipiant χ | verbis δ **6** prodigia ... 13 chanaan] usque α_2 **8** ipse] est *add.* V_2 C P_{23} Y | omni (*cf. s. 5, 9 et 12*) *Psalt.Ver. ma*; *universa *codd. Psalt.Ga.* **11** statuit] et *praem.* K *Psalt.Ver. ma* | ipsi] ipse χ; *om.* G **12** praecepto ε | ipsi] ipse χ; *om.* δ P_{23} **37, 1** anima χ **3** vitam] cur praestat *add.* α_2 ε K (*pc.*) ζ C (*pc.*) P_{23} Y X | quaerentibus ζ C (*pc.*)

non deserit?' Nam intente audite quid praestiterit patribus nostris, vel in quibus fidei exempla constituit, vel qui ex illorum
v. 12-15 carne propagati etiam fidem imitati sunt: CUM ESSENT IPSI NUMERO BREVI, PAUCISSIMI ET INCOLAE IN EA, id est in terra Chanaan, ET PERTRANSIERUNT DE GENTE IN GENTEM, ET DE REGNO IN POPULUM ALTERUM, NON RELIQUIT HOMINEM NOCERE EIS, ET ARGUIT PRO EIS REGES: NOLITE TANGERE CHRISTOS MEOS, ET IN PROPHETIS MEIS NOLITE MALIGNARI.

(38.) Si autem quaeritis quomodo TRANSIERUNT DE GENTE
v. 16-23 IN GENTEM, DE REGNO IN POPULUM ALTERUM, audite: VOCAVIT FAMEM SUPER TERRAM, OMNE FIRMAMENTUM PANIS CONTRIVIT. MISIT ANTE EOS VIRUM, IN SERVUM VENUNDATUS EST IOSEPH. HUMILIAVERUNT IN COMPEDIBUS PEDES EIUS; FERRUM PERTRANSIIT ANIMAM EIUS, DONEC VENIRET VERBUM EIUS. ELOQUIUM DOMINI IGNIVIT EUM; MISIT REX, ET SOLVIT EUM, PRINCEPS POPULORUM, ET DIMISIT EUM. CONSTITUIT EUM DOMINUM DOMUS SUAE, ET PRINCIPEM OMNIS POSSESSIONIS SUAE, UT ERUDIRET PRINCIPES EIUS SICUT SEMETIPSUM, ET SENIORES EIUS PRUDENTIAM DOCERET. ET INTRAVIT ISRAEL IN AEGYPTUM, ET IACOB ACCOLA FUIT IN TERRA CHAM. Ecce quomodo PERTRANSIERUNT DE GENTE IN GENTEM, ET DE REGNO IN POPULUM ALTERUM.

v. 24 **(39.)** ET AUXIT POPULUM SUUM VEHEMENTER, ET FIRMAVIT EUM SUPER INIMICOS EIUS. Si autem scire vultis quomodo eum
v. 25-38- firmaverit super inimicos eius, audite: CONVERTIT COR EORUM, UT ODISSENT POPULUM EIUS, ET DOLUM FACERENT IN SERVOS EIUS. MISIT MOYSEN SERVUM SUUM, AARON QUEM ELEGIT IPSUM.

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

38, 1 transierint V_2 δ χ **2** de] et *praem.* K T *ma* | vocavit] et *praem. ma* **7** ignivit] inflammavit δ **8** constituit ... 40, 10 possederunt *om. ac.* H_1 (et reliqua *add. im.*) **10** senes A G P_{23} **12** accola] advena N Gt | transierunt A G ε ζ P_{23} **13** et *om.* ε | in²] ad χ **39, 1** et¹ ... 20 eorum] usque χ **4** odissent α A G ε ζ C Y *Prosp.*; odisset *Psalt.Ver.*; odirent P_{23} X *ma Psalt.Ga. Psalt.Ro.*; *deest* χ

POSUIT IN EIS VERBA SIGNORUM SUORUM ET PRODIGIORUM IN TERRA CHAM. MISIT TENEBRAS ET OBSCURAVIT, ET EXACERBAVERUNT SERMONES EIUS. CONVERTIT AQUAS EORUM IN SANGUINEM ET OCCIDIT PISCES EORUM. DEDIT TERRAM EORUM RANAS, IN PENETRALIBUS REGUM IPSORUM. DIXIT, ET VENIT CYNOMYIA ET SCINIPHES IN OMNIBUS FINIBUS EORUM. POSUIT PLUVIAS EORUM GRANDINEM, IGNEM COMBURENTEM IN TERRA IPSO- mi 1404 RUM. ET PERCUSSIT VINEAS EORUM ET FICULNEAS EORUM, ET CONTRIVIT OMNE LIGNUM FINIUM EORUM. DIXIT, ET VENIT LOCUSTA ET BRUCHUS, CUIUS NON ERAT NUMERUS, ET COMEDIT OMNE FENUM IN TERRA EORUM, ET COMEDIT OMNEM FRUCTUM TERRAE EORUM. ET PERCUSSIT OMNE PRIMOGENITUM IN TERRA EORUM, PRIMITIAS OMNIS LABORIS EORUM. ET EDUXIT EOS IN ARGENTO ET AURO, ET NON ERAT IN TRIBUBUS EORUM INFIRMUS. LAETATA EST AEGYPTUS IN PROFECTIONE EORUM, QUIA INCUBUIT TIMOR EORUM SUPER EOS. Ecce quomodo populum suum firmavit super inimicos eius.

(40.) Cum autem inimicis eorum ista mala iustitia eius inflixerit, quae ipsis largita sit etiam temporalia misericordia eius, accipite: EXPANDIT NUBEM IN PROTECTIONEM EORUM, ET *v. 39-44* IGNEM UT LUCERET EIS PER NOCTEM. PETIERUNT, ET VENIT cc 1552 COTURNIX, ET PANE CAELI SATURAVIT EOS. DISRUPIT PETRAM, ET FLUXERUNT AQUAE; ABIERUNT IN SICCO FLUMINA, QUONIAM MEMOR FUIT VERBI SANCTI SUI, QUOD HABUIT AD ABRAHAM PUERUM SUUM. ET EDUXIT POPULUM SUUM IN EXSULTATIONE, ET ELECTOS SUOS IN LAETITIA, ET DEDIT ILLIS REGIONES GENTIUM, ET LABORES POPULORUM POSSEDERUNT. Non ut propter ista eum colant, sed ut ea quoque ad bonum aeternum

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

6 prodigiorum] suorum *add.* V_2 A G **7** obscuravit] eos *add.* V_2 A G ε ζ **9** edidit A G **10** penetrabilibus V_2 A G **14** omne *om.* TP_{23} **40, 1** inimicis] eius *add.* χ **2** inflexerit χ | sit] sunt A G; sint V_2 χ | misericordiam A G χ | eius *om.* A G **3** et ... 10 et] usque χ **4** petierunt] carnem *add.* ε ζ; carnes V_2 **11** bona aeterna V_2 P_{23}; bonam aeternam δ

v. 45 referant atque convertant, id est UT CUSTODIANT IUSTIFICATIONES EIUS, ET LEGEM EIUS REQUIRANT. Quaecumque igitur alia bona dat deus, referenda sunt ad gratuitum cultum eius. Ipse autem cultus eius non est referendus ad alia bona, quae dat deus; tunc enim erit gratuitus. Ad quod certamen provocans hostis, ausus est dicere deo: *Numquid gratis Iob colit deum?* Porro si in servum venundatus Ioseph, et humiliatus, et exaltatus, locum fecit ad temporalia bona populo dei, ut firmaretur super inimicos eius, quanto magis Iesus venundatus et humiliatus a fratribus suis secundum carnem, et exaltatus in caelis, locum facit ad aeterna bona populo dei, triumphanti de diabolo et angelis eius? Audi ergo, semen Abrahae, non de carne glorians, sed imitans fidem; audite, servi dei, et electi dei, promissionem habentes vitae praesentis et futurae. Si tentationes durae sunt in hoc saeculo, Ioseph in carcere, Iesum in cruce cogitate. Si temporalium rerum prosperitas adiacet, non propter ipsam deo, sed ipsa utimini propter deum; nec eum existimetis propter vitae huius necessaria necessarium cultoribus suis, quae donat et blasphematoribus suis, sed *quaerite primum regnum dei et iustitiam eius, et haec omnia apponentur vobis*.

40, 17 Iob 1,9 **18** venundatus Ioseph] *cf.* Gen. 37,28 **18sq.** locum ... dei] *cf.* Gen. 42,25*sqq.* **24sq.** promissionem ... futurae] *cf.* 1 Tim. 4,8 **30sq.** Matth. 6,33

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

13 exquirant $\varepsilon\zeta$ **15** eius] dei χ **16** hostes χ **17** colit Iob *tr.* δ; Iob gratis colit *tr.* *C* P_{23} *Y X* **18** servo χ | venundatus *ma*; est *add. codd. lo* **20** venundatus] est *add.* $\alpha_2\delta$ **21** fecit $\varepsilon\zeta$ | aeterna] terrena δ **25** si] sed χ **26** rerum temporalium *tr. lo ma* **27** adiacit χ | ipsa] *ipsam V_2 (*uv.*) Mc_2 δ P_6 *C* **28** necessaria *om.* δ **29** necessarium] coli a *lo ma*; *om.* ε; *post* existimetis *tr.* *T* **31** apponuntur *Gt*; adicientur δ

IN PSALMUM CV

(1.) Psalmus centesimus quintus etiam ipse praenotatur *v. 1*
ALLELUIA, et hoc dupliciter. Sed quidam dicunt unum ALLELUIA pertinere ad finem psalmi superioris, alterum ad huius principium, et hoc asserunt quod omnes alleluiatici psalmi habeant in fine ALLELUIA, non omnes in capite; unde quicumque psalmus non habet in fine ALLELUIA, nec in capite eum volunt habere; quod autem in eius capite videtur esse, ad finem superioris pertinere. Sed nos, quousque nobis aliquibus certis documentis id
mi 1405 verum esse persuadeant, multorum consuetudinem sequimur, qui ubicumque legunt ALLELUIA, eidem psalmo attribuunt in cuius hoc capite inveniunt. Paucissimi enim codices sunt – quod quidem
cc 1553 in nullo Graecorum repperi, quos inspicere potui –, qui habeant ALLELUIA in fine centesimi et quinquagesimi psalmi, post quem iam nullus est qui ad eundem canonem pertinet. Sed neque hoc posset praescribere consuetudini, etiamsi omnes codices id haberent. Fieri enim potuit ut aliqua ratione laudationis dei totus psalmorum liber, qui libris quinque constare perhibetur – nam ubi scriptum est: FIAT, FIAT, ibi fines librorum esse dicunt –, post omnia quae cantata sunt, ultimo ALLELUIA clauderetur; nec propter finem centesimi et quinquagesimi psalmi necesse esse video, ut omnes alleluiatici in fine habeant ALLELUIA. Cum vero in capite psalmi geminatur ALLELUIA, cur dominus aliquando semel, aliquando bis dicit *amen*, et eo modo non possit aliquando semel, aliquando bis dici ALLELUIA, nescio, praesertim

---

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

1, 5 finem εζ **6** finem εP_6 | volunt eum *tr. lo ma* **7** esse] est χ (*ac. K*) **9** consuetudine δ | sequemur ε **10** alleluia *om.* δ **12** reperi *ma*; repperiri δ Y **13** finem εKζC | centesimi] praeter *praem.* $α_2$εζ | psalmi] contextionem *add.* $Mc_2$$H_1$ (*pc.*) *lo* **14** quam An_3K (*ac.*) **16** ut *om.* V_2δ | laudationes εP_6 **21** alleluiatici] psalmi *add.* εζP_{23} Y *ma* | finem $α_2$εζ | alleluia habeant *tr.* δ **22** vero] enim ε T | cur] eum $α_2$ **23** dicat $α_2$$H_1$ (*pc.*) εKζP_{23} | eo modo] quomodo εζP_{23} | posset δ S **24** alleluia dici *tr.* εζ *ma*

quia post numeri notam, quo psalmus inscribitur quotus sit, veluti iste centesimus quintus, utrumque ALLELUIA positum est. Debuit autem unum poni ante ipsum numerum, si ad finem pertinet superioris, et post numerum psalmi scribi alterum ALLELUIA, quod ad psalmum ipsius numeri pertinet. Sed fortasse et in hoc imperita praevaluit consuetudo, et aliquid afferri potest quod adhuc ignoramus, unde nos magis docere debeat iudicium veritatis quam praeiudicium consuetudinis. Nunc tamen antequam hoc perdiscamus, ubicumque post numerum psalmi, sive semel, sive bis conscriptum invenimus ALLELUIA, secundum celeberrimam ecclesiae consuetudinem ei psalmo tribuimus qui eodem numero praenotatur, confitentes nos arcana omnium titulorum, qui sunt in psalmis, et ordinis eorundem psalmorum, et magna esse credere et nondum, sicut volumus, penetrare potuisse.

(2.) Video autem istos duos centesimum quartum et centesimum quintum ita inter se coniunctos, ut in uno eorum, qui praecedit, commendetur populus dei in electis eius, de quibus nulla querela fit, quos ego arbitror ibi fuisse in quibus *beneplacitum est deo*, in isto autem qui sequitur, eos commemoratos qui in eodem populo amaricaverunt, nec tamen etiam ipsis dei misericordiam defuisse. Dicuntur autem ista ex eorum persona qui veniam conversi precantur, et exempla commemorantur illorum in quos etiam peccatores dives apparuit misericordia dei.

v. 1 Incipit ergo etiam iste psalmus sicut ille: **CONFITEMINI DOMINO.** Sed ibi sequitur: *et invocate nomen eius*, hic autem: **QUONIAM BONUS, QUONIAM IN SAECULUM MISERICORDIA EIUS.** Quapropter potest hic quidem intellegi etiam confessio

---

2, 4sq. 1 Cor. 10,5 **9** dives ... dei] *cf.* Eph. 2,4 **11** Ps. 104,1

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

25 quod ε | quotus] quo iussit V_2 Mc_2 δ **26** velut ε χ ζ **31** ducere π **2, 4** fit] fuit δ | ego] ergo α_2 δ χ **5** eos *om.* δ **7** autem] aut δ **13** quidem hic *tr.* V_2 A H_1 CP_{23} X

peccatorum; nam et post paucos versus sequitur: PECCAVIMUS *v. 6*
CUM PATRIBUS NOSTRIS, INIUSTE EGIMUS, INIQUITATEM FECI-
cc 1554 MUS. Sed in eo quod dicit: QUONIAM BONUS, QUONIAM IN
mi 1406 SAECULUM MISERICORDIA EIUS, laus utique dei est, atque in eius laude confessio; quamquam etiam cum sua confitetur quisque peccata, cum dei laude confiteri debet, nec aliter pia est confessio peccatorum nisi non desperans et poscens misericordiam dei. Habet ergo eius laudem, sive etiam in verbis, cum eum bonum et misericordem dicit, sive in solo affectu, cum hoc credit. Nam et ille publicanus, cuius sola illa verba commemorata sunt: *Domine, propitius esto mihi peccatori*, etsi non dixit: 'quoniam bonus et misericors es', vel aliquid huiusmodi, non tamen illud diceret, nisi hoc crederet, quoniam cum spe oravit, quae sine illa fide esse non posset. Potest ergo esse laus dei vera et pia, ubi non sit confessio peccatorum – quae laus multo crebrius in scripturis confessio vocatur –, nulla est autem peccatorum confessio pia et utilis, ubi non laudatur deus, sive corde sive etiam ore atque sermone.

Quod autem habent aliqui codices QUONIAM BONUS, alii habent QUONIAM SUAVIS, ita unum verbum Graecum, quod dicitur χρηστός, diversa interpretatio secuta est. Item quod dictum est: QUONIAM IN SAECULUM MISERICORDIA EIUS, Graecus habet εἰς τὸν αἰῶνα, quod potest etiam IN AETERNUM interpretari. Proinde si illa misericordia hic intellegitur, qua nemo sine deo esse beatus potest, melius accipimus IN AETERNUM; si autem illa est misericordia quae miseris exhibetur, ut vel conso-

23sq. Luc. 18,13

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

18 quisque confitetur *tr. lo ma* **20** non desperans] unde sperans V_2 δ **21** sive] sibi χ **24** peccatori] peccata A H_1 **26** fides V_2 P_{23} **27** esse ergo *tr.* V_2 χ C | laus esse *tr.* $α_2$ **29** confessio peccatorum *tr.* δ P_{23} X **31** alii Gt An_3 *ma* **32** quod] quo δ **33** CHRESTOC $α_2$; chrestos V_2 δ C; XPHCTOC Gt An_3 T; xps χ; XPyeωc P_{23}; christos Y; KRECTOC X **34** graecum χ **35** stoneona V_2 A G C; stonea H_1; istonaeona χ; EICTONAIωA $α_2$; KAIETCAIONA ε T **37** esset χ | beatus esse *tr.* $α_2$ ε ζ X *ma*

lentur in miseria, vel ab illa etiam liberentur, melius IN SAECULUM, hoc est 'usque in saeculi finem', in quo non deerunt miseri quibus misericordia praebeatur. Nisi forte quis audeat dicere, etiam his qui damnabuntur cum diabolo et angelis eius, aliquam misericordiam dei minime defuturam, non qua ex illa damnatione liberentur, sed ut eis aliquatenus mitigetur, atque ita aeternam posse intellegi dei misericordiam super illorum aeternam miseriam. Sed tolerabiliorem quosdam excepturos damnationem in quorundam comparatione legimus; alicuius vero mitigari eam cui est traditus poenam, vel quibusdam intervallis habere aliquam pausam, quis audacter dixerit, quandoquidem unam stillam dives ille non meruit? Sed de hac tanta re diligentius ex otio disserendum est; nunc quod ad istum psalmum attinet, hactenus de illa dictum esse suffecerit.

v. 2 **(3.) QUIS LOQUETUR POTENTIAS DOMINI?** Impletus consideratione divinorum operum, qui misericordiam eius exposcit, QUIS inquit LOQUETUR POTENTIAS DOMINI?

AUDITAS FACIET OMNES LAUDES EIUS. Subaudiendum est quod supra dictum est, ut etiam ista sententia ita sit plena: quis AUDITAS FACIET OMNES LAUDES EIUS? Id est, quisnam sufficiat auditas facere omnes laudes eius? AUDITAS FACIET dixit, id est, faciet ut audiantur, ostendens ita loquendas potentias domini et cc 1555
laudes eius ut praedicentur audientibus. Sed quis potest OMNES?

v. 3 An forte quia sequitur: **BEATI QUI CUSTODIUNT IUDICIUM, ET FACIUNT IUSTITIAM IN OMNI TEMPORE**, eas dixit laudes eius, quae intelleguntur opera eius in praeceptis eius? *Deus est enim* ait

---

47 legimus] *cf.* Matth. 11,22; Luc. 10.13 **49sq.** dives ille] *cf.* Luc. 16,24-26 **3, 12sq.** Phil. 2,13

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

40 finem saeculi *tr.* P_{23} *ma* **41** quibus] in *praem.* ε *T*; miseris *add.* δ **43** defuturum *N Gt* | qua] quasi δ; quia *K* **45** miseriam aeternam *tr.* δ **51** est] et V_2 δ **52** sufficeretur δ **3, 1** loquitur *N* (*ac.*) χ **3** loquitur χ **6** sufficiet *N* (*ac.*) An_3 (*ac.*) **7** dicit *N* An_3 ζ **11** iustitias V_2 ε χ | eius *om.* δ **12** qui δ | enim est *tr.* δ

apostolus *qui operatur in vobis*. Et dictum est semini Abrahae:
mi 1407 *Cantate ei et psallite ei*, quod intelleximus ita dictum ac si dicere-
15 tur: 'Bona in eius laudem et dicite, et facite'. Quibus duobus verbis, id est cantandi et psallendi, convenire duos consequentes versus, ut quod dictum est: *Narrate omnia mirabilia eius*, hoc sit: *Cantate ei*; quod vero dictum est: *Laudamini in nomine sancto eius*, hoc sit: *Psallite ei*. Huic quippe semini etiam ipse dominus
20 dicit: *Luceant opera vestra coram hominibus, ut videant bona facta vestra, et glorificent patrem vestrum qui in caelis est*. Hic ergo ipsa dei praecepta considerans, quorum praeceptorum opera laudes sunt eius qui operatur in suis, ait: QUIS LOQUETUR POTENTIAS DOMINI? – quoniam haec ineffabiliter operatur; quis AUDITAS
25 FACIET OMNES LAUDES EIUS? Id est, quis cum audierit, facit omnes laudes eius? Quae sunt opera praeceptorum eius, quia in quantum fiunt, etsi non omnia quae audita sunt fiunt, ille laudandus est, *qui operatur in nobis et velle et operari, pro bona voluntate*. Ideo, cum posset dicere: 'Omnia mandata eius', vel 'Omnia opera
30 mandatorum eius', maluit dicere: LAUDES EIUS, quia, ut dictum est, in quantum fiunt, ipse laudandus est. Quas tamen laudes quisnam sufficit auditas facere? Id est, cum auditae fuerint, facere omnes quis est idoneus?

(4.) BEATI QUI CUSTODIUNT IUDICIUM, ET FACIUNT IUSTITIAM IN OMNI TEMPORE: utique ex quo incipiunt et vivunt in tempore. *Qui enim perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*. Potest autem videri eiusdem sententiae repetitio, ut hoc sit facere
5 iustitiam, quod est custodire iudicium, ut etiam in superiore

---

14 Ps. 104,2 | intelleximus] *cf. s. en. 104,2,1* **17** Ps. 104,2 **18sq.** Ps. 104,3 **20sq.** Matth. 5,16 **28** Phil. 2,13 **4, 3** Matth. 10,22

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

13 nobis π **14** ei^2 ... facite *om.* δ | intelligimus An_3 X **15** laude α ε ζ **17** versus] intelligimus *add.* ζ **19** ei] et α_2 **20** vestra] bona *add.* An_3 (*ac.*) ζ **22** considerant χ **23** operantur α_2 | loquitur χ **24** operatur] opera eius ε T **25** id est *om.* V_2 δ | facit] faciat K; faciet ε S **28** et^2 *om.* δ **4, 4** videre V_2 (*ac.*) δ **5** superiori ε ζ X

versu subaudiatur IN OMNI TEMPORE, sicut in posteriore subauditur BEATI, et redditis quae subaudiuntur, ita dicantur BEATI QUI CUSTODIUNT IUDICIUM in omni tempore, beati QUI FACIUNT IUSTITIAM IN OMNI TEMPORE. Sed nisi aliquid interesset inter iudicium et iustitiam, non in alio psalmo diceretur: *quousque iustitia convertatur in iudicium*. Amat quidem scriptura ista duo simul ponere, sicuti est: *Iustitia et iudicium directio sedis eius*, et illud: *et educet sicut lumen iustitiam tuam, et iudicium tuum sicut meridiem*, cum et illic eiusdem sententiae repetitio videatur. Et fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero poni potest, vel iudicium pro iustitia, vel iustitia pro iudicio; tamen si proprie dicantur, aliquid interesse non dubito, ut iudicium custodire dicatur qui recte iudicat, iustitiam vero facere qui recte agit. Nec absurde existimo intellegi secundum illud quod dictum est: *quousque iustitia convertatur in iudicium*, etiam hic eos dictos beatos qui iudicium custodiunt in fide, iustitiam faciunt in opere. Veniet enim tempus ut iudicium, quod modo custoditur in fide, etiam exerceatur in opere, cum iustitia conversa fuerit in iudicium, id est, cum acceperint iusti potestatem iudicandi eos recte, a quibus modo non recte iudicantur. Unde alibi ipsum corpus Christi intellegitur dicere: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo*, quod verbum e verbo magis diceretur: ‘Aequitates iudicabo’. Non autem diceret: ‘Cum accepero

cc 1556 mi 1408

10sq. Ps. 93,15 **12** iustitia ... eius] Ps. 96,2 **13sq.** et[1] ... meridiem] Ps. 36,6 **20** Ps. 93,15 **26sq.** Ps. 74,3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

6 posteriori δ **7** dicatur Mc_2 Y (*pc.*) X *ma*; dicuntur G **12** sicut α_2 ε ζ | iustitiam N Gt χ | directio *om.* V_2 δ **13** edicit χ | sicut[2]] quasi δ **15** alterutrum δ **16** potest] est δ | iustitia[1]] iustitiam χ | iustitia[2]] iustitiam K **17** iudicio] et *praem.* α_2 | dicantur] dicuntur δ; dicatur ε ζ X **18** dicantur δ iudicant δ **21** dictus beatus χ **22** operatione δ **24** iudicio χ **26** intellegere V_2 δ **28** dixit *lo ma*

tempus, iustitiam faciam', quia omni tempore facienda est, sicut etiam hic dixit: QUI FACIUNT IUSTITIAM IN OMNI TEMPORE.

(5.) Deinde, quia deus iustificat, id est, iustos facit sanando eos ab iniquitatibus suis, sequitur oratio: **MEMENTO NOSTRI, DOMINE, IN BENEPLACITO POPULI TUI**, id est, ut in eis simus in quibus beneplacitum est tibi, quia non in omnibus illis *beneplacitum est deo*. *v. 4*

VISITA NOS IN SALUTARI TUO. Ipse est enim salvator, in quo peccata dimittuntur, et animae sanantur, ut possint custodire iudicium, et facere iustitiam; quos cum beatos esse intellegerent qui haec loquuntur, hoc sibi consequenter orando petunt. De isto salutari alibi dicitur: *ut cognoscamus in terra viam tuam*; et quasi quaereremus in qua terra, secutum est: *in omnibus gentibus*; rursum, quasi quaereremus quam viam, secutum est: *salutare tuum*. De illo quippe dixit Simeon senex: *quoniam viderunt oculi mei salutare tuum*, qui de seipso dixit: *Ego sum via*. VISITA ergo NOS IN SALUTARI TUO, hoc est in Christo tuo.

AD VIDENDUM IN BONITATE ELECTORUM TUORUM, AD LAETANDUM IN LAETITIA GENTIS TUAE, id est ad hoc NOS VISITA IN SALUTARI TUO ut videamus IN BONITATE ELECTORUM TUORUM, et laetemur IN LAETITIA GENTIS TUAE. Quod autem hic positum est IN BONITATE, alii codices habent IN SUAVITATE, sicut illud QUONIAM BONUS alii habent QUONIAM SUAVIS. Idipsum autem verbum in Graeco est quod et alibi legitur: *Dominus dabit suavitatem*, quam et aliqui interpretati sunt *bonitatem*, *v. 5*

5, 4sq. beneplacitum[2] ... deo] 1 Cor. 10,5 **10–13** Ps. 66,3 **13sq.** Luc. 2,30 **14** Ioh. 14,6 **22–24** Ps. 84,13

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

29 quia] quoniam $\varepsilon\zeta$ | omne NGt **30** dicit *lo ma* **5, 1** iustus χ | faciat N Gt **3** ut *om.* α_2 **7** possit ε **8** intellegere AH_1; intellegeret G **9** consequentur F_2 S **11** secutus KP_{23} *ma* **12** secutus KP_{23} *ma* **13** de ... via *om.* α_2 **14** *se ipse δ | via] veritas *add.* An_3 TX; et veritas NGt | nos ergo *tr.* $\varepsilon\zeta$ **16** ad laetandum] et laetemur δ **17** gentes K **18** salutare K **22** verbo χ et *om.* $\varepsilon\zeta$ **23** aliqui] alii α_2

aliqui *benignitatem*. Sed quid est VISITA NOS ut videamus IN BONITATE ELECTORUM TUORUM (id est in ea bonitate quam praestas electis tuis), nisi ut non remaneamus caeci? – sicut illi quibus dictum est: *Nunc autem dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet*. *Dominus* enim *illuminat caecos* non meritis cc 1557 eorum, sed IN BONITATE ELECTORUM SUORUM, id est quam exhibet vel donat electis suis, sicut *salus vultus mei*, non a meipso, sed *deus meus*, et *panem nostrum* dicimus *quotidianum*, sed tamen addimus: *da nobis*. VISITA ergo NOS IN SALUTARI TUO, AD VIDENDUM, id est 'ut videamus IN BONITATE ELECTORUM TUORUM', AD LAETANDUM, id est 'ut laetemur IN LAETITIA GENTIS TUAE'. Unam gentem dei intellegere debemus universum semen Abrahae, sed filios promissionis, non carnis. Hi ergo, quorum vox est, optant eiusdem gentis habere laetitiam. Et quae huius gentis laetitia, nisi deus eius? cui dicitur: *Exsultatio mea, redime me*, et cui dicitur: *Signatum est super nos lumen vultus tui, domine; dedisti laetitiam in corde meo*, summo scilicet, vero, incommutabili et beatifico bono, quod ipse deus est.

UT LAUDERIS CUM HEREDITATE TUA. Miror istum versum sic interpretatum et in multis ita esse codicibus, cum sit una atque eadem in tribus his versibus Graeca locutio, ut, si hoc recte dictum est quod legitur: UT LAUDERIS CUM HEREDITATE TUA, mi 1409 posset recte dici: 'ut videas IN BONITATE ELECTORUM TUORUM', et 'laeteris IN LAETITIA GENTIS TUAE', toto ipso sensu ita contexto: 'VISITA NOS IN SALUTARI TUO, ut videas IN BONITATE ELECTORUM TUORUM, ut laeteris IN LAETITIA GENTIS TUAE, et LAU-

27sq. Ioh. 9,41 **28** Ps. 145,8 **30sq.** salus ... meus] Ps. 42,5 **31sq.** panem ... nobis] Matth. 6,11 **38** Ps. 31,7 **39sq.** Ps. 4,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

24 in bonitate] bonitatem V_2 δ *C X* **26** nisi *om. G* H_1; *del. A* **38** exaltatio χ **40** corde meo α_2 *K* P_{23} *Psalt.Ver.* (*cf.* CSEL XCIII/1A, *p. 102,31*); cor nostrum ε (*lnp. N*) ζ *Y*; cor meum *cett. ma* | licet δ **43** et *om. C* P_{23} *ma* | ita *om. lo ma* **46** possit F_2 ε ζ **47** et] ut ε | toto ... 49 tuae *om.* α_2 | contextum ε P_6 **49** ut] et V_2 H_1 *K* | et] ut χ | et ... 52 tuae *om.* H_1 (*add. im.*)

DERIS CUM HEREDITATE TUA'. Secundum hoc autem quod diximus: 'VISITA NOS, ut videamus IN BONITATE ELECTORUM TUORUM, et laetemur IN LAETITIA GENTIS TUAE', consequenter et hic dici debuit: 'ut laudemur CUM HEREDITATE TUA'; cui hereditati dictum est: *Laudamini in nomine sancto eius*. Porro autem quoniam haec ambigua videtur locutio, si verus est iste sensus quo maluerunt interpretes dicere: UT LAUDERIS, etiam duo versus superiores ita intellegendi sunt, quia, ut dixi, una est in his tribus versibus Graeca locutio, ut hoc totum ita dictum accipiatur: 'VISITA NOS IN SALUTARI TUO, ut videas IN BONITATE ELECTORUM TUORUM', id est 'ad hoc nos visita, ut illic nos esse facias, et illic nos videas, ut laeteris IN LAETITIA GENTIS TUAE', id est 'tu dicaris laetari, cum illi laetantur ex te, ut lauderis cum hereditate tua', id est 'cum ea lauderis, quoniam non laudatur nisi propter te'. Sive ergo illo, sive isto modo intellegendum sit quod dictum est: AD VIDENDUM, AD LAETANDUM, AD LAUDANDUM, ideo se optant visitari in salutari dei, id est in Christo eius, ut non alienentur a populo eius, et ab eis in quibus beneplacitum est deo.

cc 1558 **(6.)** Quid autem deinceps confiteantur, audiamus: **PECCAVIMUS CUM PATRIBUS NOSTRIS, INIUSTE EGIMUS, INIQUITATEM FECIMUS.** Quid est CUM PATRIBUS NOSTRIS? An, sicut habet epistola ad Hebraeos, quia et Levi cum Abraham decimatus est, quoniam in lumbis eius fuit, quando decimas dedit sacerdoti Melchisedec, sic et isti peccaverunt cum patribus suis, in quorum lumbis erant quando illi in Aegypto fuerunt? Nam qui fuerunt eo tempore, cum psalmus iste conscriptus est, maximeque posteri *v. 6*

54 Ps. 104,3 **57** dixi] *cf. s. 43sq.* **6, 4–6** Levi ... Melchisedec] *cf.* Hebr. 7,9-10

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

50 autem hoc *tr.* α_2 T P_{23}; autem *om.* δ | quod autem *tr.* χ **51** nos] in salutari tuo *add.* F_2 A G **54** porro ... 64 te *om.* α_2 **57** duos χ **59** videamus ε (*lnp.* N) ζ **62** est] ut *add.* χ X | tu dicaris] iudicaris V_2 δ | laetare χ **66** salutare V_2 δ N An_3 P_6 **6, 7** illi *om.* Mc_2 δ P_{23} **8** psalmo A H_1 | posteri eorum] posteriorum T X

eorum – quia vel ab eis, qui tunc erant, dici vel de post futuris potuit prophetari –, longe aberant ab aetate illorum qui in Aegypto peccaverunt, non intellegentes mirabilia dei. Hoc enim
v. 7 sequitur, exponendo quomodo peccaverunt cum patribus suis: **PATRES NOSTRI** inquit **IN AEGYPTO NON INTELLEXERUNT MIRABILIA TUA**, et cetera quae de peccatis eorum multa commemorat. An sic potius accipiendum est quod ait PECCAVIMUS CUM PATRIBUS NOSTRIS, tamquam diceret: 'Peccavimus sicut patres nostri', eorum videlicet imitando peccata? Quod si ita est, astruendum est aliquo huiusmodi locutionis exemplo, quod cum in praesentia quaererem, non occurrit, ut cum illo se quisque peccasse vel cum illo se aliquid fecisse dicat, quem in simili facto etiam post multum temporis fuerit imitatus.

(7.) Quid est ergo: PATRES NOSTRI NON INTELLEXERUNT MIRABILIA TUA, nisi 'non cognoverunt quid per illa mirabilia eis praestare volueris'? Quid utique nisi vitam aeternam, et non temporale, sed incommutabile bonum, quod per patientiam exspectatur? Ideo impatienter murmuraverunt, et amaricaverunt, mi 1410 et bonis praesentibus fallacibus atque fugacibus beatos se fieri quaesierunt.

NON FUERUNT MEMORES MULTITUDINIS MISERICORDIAE TUAE. Et intellectum redarguit et memoriam. Intellectu quippe opus erat ut cogitarent ad quorum bonorum aeternitatem per illa temporalia vocaret deus, memoria vero ut saltem quae temporaliter mirabilia facta sunt, non obliviscerentur, fideliterque praesumerent quod eadem potestate quam fuerant iam experti, deus

7, 4sq. per ... exspectatur] *cf.* Rom. 8,25

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

9 ab eis] habens δ **10** prophetare χ **13** non intellexerunt in Aegypto *tr.* δ **14** illorum $\varepsilon\zeta$ **18** est *om.* δ **19** cum *om.* ε | quisquam *lo ma* **7, 2** quid] quod $V_2\,\delta\,P_6$ **3** et *om.* α_2 **4** temporales δ | patientia Mc_2 *S* **6** beatos] esse *add.* $\varepsilon\zeta$ | se *om.* α_2 **7** quaesiverunt $V_2\,\delta$ **9** intellectu $An_3\,\zeta\,P_{23}\,X$ *ma*; intellectum *cett.* **10** aeternitatem] eos *add.* $\varepsilon\,\zeta\,X$ **11** saltim δ *Gt* χ **13** eadem $\alpha_2\,\zeta$ *ma*; de *praem. cett.*

illos ab inimicorum persecutione liberaret; obliti sunt autem quid eis in Aegypto ad inimicos eorum conterendos per tanta prodigia praestitisset.

ET IRRITAVERUNT ASCENDENTES IN MARI, MARE RUBRUM. Codex quem intuebar, sic habebat, et his quidem duobus verbis ultimis, quod dictum est MARE RUBRUM, stella fuerat cc 1559 praenotata, qua significantur quae in Hebraeo sunt, et in interpretatione septuaginta non sunt. Plures autem codices, quos inspicere potui, et Graeci et Latini sic habent: ET IRRITAVERUNT, vel, quod expressius de Graeco est, ET AMARICAVERUNT ASCENDENTES IN RUBRO MARI. Qui illam legit historiam, quando exierunt de Aegypto, et per Rubrum Mare transierunt, dolet eorum infidelitatem, in quanta trepidatione et desperatione fuerint, post recentia tot et tanta miracula in Aegypto, cuius multitudinis misericordiae dei non eos fuisse memores dicit. 'Ascenderunt' autem propterea dictum est, quia ita est terrae positio, ut descensio dicatur in Aegyptum de terra Chanaan, et in eam illinc ascensio. Notandum est sane quemadmodum scriptura culpare voluerit non intellegere quod intellegendum, et non meminisse quod memoria retinendum est; quod homines suae culpae deputari nolunt, ad nihil aliud nisi ut minus supplicent, minusque sint humiles deo, in cuius conspectu confiteantur quod sunt, atque impetrato adiutorio possint esse quod non sunt. Nam etiam peccata ignorantiae vel neglegentiae melius accusantur ut pereant, quam excusantur ut maneant, meliusque purgantur invocato deo quam firmantur irato.

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

17 irritaverunt] eum *add.* ε K (*pc.*) ζ | mari mare rubrum N C Y *ma*; mare mare rubrum H_1 (*ir.*) Gt An_3 P_{23} X *Psalt.Ga.*; mare rubrum *K*; mare (-ri *ac.* A P_6) rubrum mare rubrum V_2 A G S (*ir.*) P_6 **18** codex ... 24 mari *om.* $α_2$ **20** notata V_2 δ | significatur V_2 δ | in^2 *om.* V_2 δ An_3 χ P_6 C (*uv.*) **24** mari rubro *tr.* ε K ζ Y **25** mare rubrum ε ζ Y **27** cuius] cum $α_2$ **29** ascendentes $α_2$ | terrae positio est *tr.* δ **32** culpam revolverit δ | intellegendum] est *add.* ε ζ Y X **33** memoriae δ **34** deputare An_3 χ | ut] ei *add.* χ **38** accusantur δ **39** irritato *lo ma*; deo *add. G lo*

(8.) Adiungit tamen non secundum eorum infidelitatem
v. 8 deum fecisse: **ET SALVAVIT EOS** inquit **PROPTER NOMEN SUUM, UT NOTAM FACERET POTENTIAM SUAM**, non propter ulla bona merita eorum.

v. 9 (9.) **ET INCREPAVIT MARE RUBRUM, ET SICCATUM EST.** Non legimus ullam, qua increparetur mare, emissam caelitus vocem, sed potentiam divinam, qua id factum est, increpationem appellavit; nisi forte quis dicat latenter increpatum, sic ut aqua posset audire, et homines non possent. Valde occulta et abstrusa vis est qua deus agit, ut etiam illa quae sensu carent, confestim eius obtemperent voluntati.

ET EDUXIT EOS IN ABYSSIS, SICUT IN DESERTO. Abyssus dixit multitudinem aquarum. Nam quidam istum versum volentes totum interpretari, dixerunt: ET EDUXIT EOS IN AQUIS MULTIS. Quid est ergo IN ABYSSIS, SICUT IN DESERTO, nisi quia factum erat siccitate velut desertum, ubi fuerant abyssi aquarum?

v. 10 (10.) **ET SALVAVIT EOS DE MANU ODIENTIUM.** Hunc ver- mi 1411
sum per circuitum quidam interpretati sunt verba minus Latina vitantes: ET SALVOS FECIT EOS DE MANU EORUM QUI ODERANT EOS.

ET REDEMIT EOS DE MANU INIMICI. Quid pretii datum est in hac redemptione? An prophetia est, quod in figura baptismi hoc factum est, ubi redimimur de manu diaboli magno pretio, cc 1560
quod sanguis est Christi? Unde non quocumque mari, sed Mari Rubro id convenientius figuratum est: sanguis enim rubrum colorem facit.

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

9, 1 increpuit ζ | exsiccatum *lo ma* **2** increpatur *G* H_1 **4** latenter *om. K* **5** obstrusa α_2 P_6 P_{23} **8** deduxit V_2 δ P_{23} | abyssus *cf. 106,12,19*; *134,16,23*; *148,9,37*; abyssos ε ζ *C* P_{23} *Y X ma* **9** quidem *S*; quid est *K* | volentes istum versiculum *tr. lo ma* | versiculum ε ζ P_{23} *X lo ma* **11** factum erat] aruerat α_2 ε ζ *C* (*pc.*) *Y X* **10, 2** quidam ... sunt *cf. Psalt.Ver.* (et salvos fecit eos de manu eorum qui eos oderunt) **3** oderunt Mc_2 δ *Psalt.Ver.* **5** datum] dat cum V_2 δ **7** ubi] ut V_2 δ | redimamur *G* H_1; redimitur α_2 *T* **9** id] ideo χ **10** facit] habet *X ma*

(11.) ET OPERUIT AQUA TRIBULANTES EOS: UNUS EX EIS NON REMANSIT. Non ex omnibus Aegyptiis, sed ex eis qui persequebantur profectos apprehendere vel interimere cupientes. *v. 11*

(12.) ET CREDIDERUNT IN VERBIS EIUS. Minus Latina videtur locutio, quia non ait: 'verbis eius', vel 'in verba eius', sed IN VERBIS EIUS, tamen scripturis usitatissima. *v. 12*

ET LAUDAVERUNT LAUDEM EIUS. Tales sunt locutiones, cum dicimus: 'Hanc servitutem servivit', 'Talem vitam vixit'. Laudem porro dei notissimam illam commemorat, ubi dicitur: *Cantemus domino; gloriose enim magnificatus est: equum et equitem proiecit in mare.*

(13.) CITO FECERUNT, OBLITI SUNT OPERUM EIUS – alii codices intellegibilius habent: FESTINAVERUNT, OBLITI SUNT OPERUM EIUS –, NON SUSTINUERUNT CONSILIUM EIUS. Debuerunt enim cogitare tanta erga se opera dei non esse inania, sed vocare ad aliquam sine fine felicitatem, quae per patientiam sustinenda est, sed festinaverunt beati fieri temporalibus rebus, quae ideo nemini conferunt veram felicitatem, quia non exstinguunt insatiabilem cupiditatem: *Qui* enim *biberit* inquit *ex hac aqua, sitiet iterum.* *v. 13*

(14.) Denique ET CONCUPIERUNT CONCUPISCENTIAM IN DESERTO, ET TENTAVERUNT DEUM IN INAQUOSO. Quod est IN DESERTO, hoc repetitum est IN INAQUOSO, id est in loco sine aqua. Quod vero CONCUPIERUNT CONCUPISCENTIAM, hinc TENTAVERUNT DEUM. Talis sane locutio est CONCUPIERUNT CONCUPISCENTIAM, qualis superior LAUDAVERUNT LAUDEM. *v. 14*

12, 7sq. Exod. 15,1 **13, 8sq.** Ioh. 4,13

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

11, 3 profectus χ **12, 1** videtur latina *tr.* Mc_2 G **3** tamen] in *add.* ζ **4** laudes $V_2\delta$ **5** servit α_2 **13, 1** defecerunt α_2 | alii ... 3 eius^2 *om.* α_2 **5** ad *om.* α_2 **7** conferat A G **8** qui] quia A H_1 **14, 3** in^1 *om.* $V_2\delta$ **4** hinc] hoc X *ma*

v. 15 **(15.) ET DEDIT EIS PETITIONEM IPSORUM**, id est quod petitione petierunt.

ET MISIT SATURITATEM IN ANIMAM EORUM. Nec ideo beatos fecit, quia non erat illa saturitas de qua dicitur: *Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Itaque hoc loco animam non secundum id quod rationalis est dixit, sed secundum id quod animans corpus animal facit, ad cuius animalis sustentationem pertinet cibus et potus. Secundum hoc in evangelio dicitur: *Nonne anima plus est quam esca, et corpus quam vestimentum?* tamquam ad animam pertineat vesci, ad corpus vestiri. cc 1561
Secundum hoc dicitur apud Isaiam: *Quid est quod ieiunavimus, et non vidisti, defraudavimus animas nostras, et nescisti?*

v. 16 **(16.) ET IRRITAVERUNT MOYSEN IN CASTRIS, AARON SANCTUM DOMINI.** Quam dicat irritationem, vel, sicut expressius alii interpretati sunt, amaricationem, consequentia satis indicant.

v. 17 **(17.) APERTA EST** inquit **TERRA, ET DEGLUTIVIT DATHAN,** mi 1412 **ET OPERUIT SUPER CONGREGATIONEM ABIRON.** Quod est DEGLUTIVIT, hoc est SUPEROPERUIT. Amborum autem, id est Dathan et Abiron, una erat causa superbissimi et sacrilegi schismatis.

v. 18 **(18.) ET EXARSIT IGNIS IN SYNAGOGA EORUM; FLAMMA COMBUSSIT PECCATORES.** Non est hoc nomen in scripturis usitatum eorum qui, licet iuste ac laudabiliter vivant, non sunt sine peccato. Magis enim sicut interest inter irridentes et irrisores, inter murmurantes et murmuratores, inter scribentes et

---

15, 4sq. Matth. 5,6 **9sq.** Matth. 6,25 **11sq.** Is. 58,3

π (*α: V₂ α₂* [=*F₂ Mc₂*] + *δ: A G H₁*) ε (*N Gt An₃*) χ (*K S*) ζ (*P₆ T*) *C Bn₂ Ly Br₁ P₂₃* *lect.sel.: Y X*

15, 2 petiverunt *δ* **3** animas *V₂ δ χ* **4** beatus *χ* **6** rationabilis *Mc₂ ε P₆* **7** fecit *α₂* **8** hoc] quod *add. ε K ζ P₂₃ X ma* **9** corpus] plus *add. π P₆ X ma* **10** ad²] aut *δ* | vestire *χ* **11** est] hoc *Mc₂ P₂₃* **16, 1** aaron] et *praem. α₂ χ* **4** indicat *V₂ K X* **17, 1** deglutinavit *δ* **2** operuit] superoperuit *lo ma* quod] quid *α₂* **4** sacrilegis *A G* **18, 1** et *om. α* | eorum] et *add. N* (*uv.*) *An₃ T* **2** in *om. α₂* **3** ac] hac *δ N* (*ac.*) | vivunt *α₂* **4** interest] est *δ* | ridentes *δ*

scriptores, et cetera similia, ita scriptura peccatores appellare consuevit valde iniquos et gravibus peccatorum sarcinis oneratos.

(19.) ET FECERUNT VITULUM IN HOREB, ET ADORAVERUNT SCULPTILE, ET MUTAVERUNT GLORIAM SUAM IN SIMILITUDINE VITULI COMEDENTIS FENUM. Non ait: 'in similitudinem', sed IN SIMILITUDINE. Talis est locutio, qualis illa ubi ait: ET CREDIDERUNT IN VERBIS EIUS. Eleganter sane non ait: 'Et mutaverunt gloriam dei', cum hoc fecerint, sicut etiam apostolus loquitur: *Et immutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*, sed GLORIAM SUAM dixit. Deus enim erat gloria eorum, si eius sustinerent consilium, et non festinarent, cui dicitur: *Gloria mea, et exaltans caput meum*. Istam GLORIAM SUAM, id est deum, MUTAVERUNT IN SIMILITUDINE VITULI COMEDENTIS FENUM, ut ab eo comederentur, a quo comeduntur qui sapiunt secundum carnem: *Omnis* enim *caro fenum.* *v. 19-20*

(20.) OBLITI SUNT DEUM QUI SALVAVIT EOS. Quomodo SALVAVIT? **QUI FECIT MAGNALIA IN AEGYPTO, MIRABILIA IN TERRA CHAM, TERRIBILIA IN MARI RUBRO.** Quae sunt mirabilia, ipsa sunt terribilia: nulla quippe admiratio est sine quadam formidine; quamvis ista etiam hinc terribilia dici potuerint, quod adversarios afflixerunt, et istis quid deberent timere monstrarunt. *v. 21-22*

(21.) ET DIXIT UT DISPERDERET EOS. Quia obliti sunt eum qui salvavit eos faciens magnalia, et fecerunt et adoraverunt *v. 23*

19, 7sq. Rom. 1,23 **10** Ps. 3,4 **13sq.** Is. 40,6

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

---

6 ita] ista α_2 **7** grandibus $V_2\,\delta$ (gravibus *ir. H*$_1$) *C P*$_{23}$ *Y*; grandinis *A* (*uv.*); grandis *G*; gradibus *Mc*$_2$ **19, 1** Cohreb $V_2 F_2 H_1 \chi P_{23}$ **2** similitudinem *Mc*$_2$ *T* **3** comedentes χ; manducantis α_2 | in *om.* α_2 | similitudinem] similitudine χ **4** similitudine] similitudinem χ **11** similitudinem *Mc*$_2$ *Gt* χ *T* **12** comedentes χ **20, 2** salvavit] eos *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *X ma* | magnalia] mirabilia δ | mirabilia] magnalia δ **4** formidinem χ **5** potuerunt α_2 *N* (*uv.*) *Gt* $\chi\,\zeta$ **6** quid] qui δ ε (*lnp. N*); quod α_2 | monstraverunt α_2 **21, 1** eum] deum δ *Gt* **2** salvavit] salvos fecit α *S P*$_{23}$ *X ma* | faciens] mirabilia *add.* δ

sculptile, hoc utique tam immani scelere et incredibili impietate digni fuerant qui perirent. DIXIT ergo UT DISPERDERET EOS.

SI NON MOYSES ELECTUS EIUS STETISSET IN CONFRACTIONE IN CONSPECTU EIUS. Non ita dixit stetisse IN CONFRACTIONE, quasi ut frangeret iram dei, sed IN CONFRACTIONE, id est in plaga qua erant illi feriendi, id est obiecisset seipsum pro eis dicens: *Si dimittis illis peccatum, dimitte, sin autem, dele me de libro tuo*. Ubi demonstratum est intercessio sanctorum quantum pro aliis valeat apud deum. Securus enim Moyses de iustitia dei, qua eum delere non posset, impetravit misericordiam, ne illos, quos iuste posset, deleret. Ita stetit IN CONFRACTIONE IN CONSPECTU EIUS, **UT AVERTERET IRAM EIUS, NE DISPERDERET EOS.**

v. 24 **(22.) ET PRO NIHILO HABUERUNT TERRAM DESIDERABILEM.** Sed numquid viderant eam? Quomodo ergo PRO NIHILO, quam non viderant, HABUERUNT, nisi quomodo sequitur: **NEC CREDIDERUNT IN VERBIS EIUS**? Profecto nisi terra illa significaret aliquid magnum, quae terra dicebatur fluens lac et mel, per quod visibile sacramentum ad invisibilem gratiam regnumque caelorum duceret eos qui mirabilia eius intellegebant, nullo modo isti culparentur quia pro nihilo habuerunt illam terram, cuius temporale regnum etiam nos pro nihilo habere debemus, ut Ierusalem liberam matrem nostram, quae in caelis est, vere desiderabilem diligamus. Sed potius hic infidelitas merito redarguitur, quia in eo quod terram desiderabilem pro nihilo habue- mi 1413

21, 9sq. Exod. 32,31-32 **22, 4sq.** terra ... mel] *cf.* Exod. 3,8 **10** Ierusalem ... est] *cf.* Gal. 4,26

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **21, 5** si] *inc. Flor* **14** eos] *des. Flor*

4 perierunt χ | perderet V_2 *A* $H_1\chi$ **6** fractione χ **7** ut] aut χ **8** qua] quae χ | obiecisse An_3 *T* P_{23}; nisi obiecisset *X ma* **13** possit ε *K* | delere $\alpha_2\varepsilon\chi X$; deleri δ | fractione χ **22, 2** viderunt ε **3** viderunt α_2 | nec] non δ P_6 *X* **4** in *om.* $\alpha_2\varepsilon\zeta$ **5** terra *om.* δ **7** qui *om.* $V_2\delta$ **8** isti] ira *N Gt* | illam *om.* $\alpha_2\delta$ | terram] desiderabilem *add.* α_2 **9** cuius ... debemus *om.* α_2 **10** Ierusalem] in *praem.* $V_2\delta$ *S* **11** infidelitas] eorum *add.* $\alpha_2\varepsilon\zeta X$

runt, verbis dei non crediderunt, per quaedam parva ducentis ad magna, et festinantes beari temporalibus rebus, quas secundum carnem sapiebant, NON SUSTINUERUNT, sicut supra dictum est, CONSILIUM EIUS.

(23.) ET MURMURABANT IN TABERNACULIS SUIS; NON EXAUDIERUNT VOCEM DOMINI, vehementer eos a murmuratione prohibentis. *v. 25*

(24.) ET ELEVAVIT MANUM SUAM SUPER EOS, UT PROSTERNERET EOS IN DESERTO: ET UT DEICERET SEMEN EORUM IN NATIONIBUS, ET DISPERGERET EOS IN REGIONIBUS. *v. 26-27*

cc 1563 **(25.)** Hic antequam diceret quod tantae indignationi dei quisquam intercesserit, eumque aliquo modo placaverit, secutus adiunxit: **ET INITIATI SUNT BEELPHEGOR,** id est idolo gentium consecrati, **ET MANDUCAVERUNT SACRIFICIA MORTUORUM, ET IRRITAVERUNT EUM IN ADINVENTIONIBUS SUIS, ET MULTIPLICATA EST IN EIS RUINA.** Tamquam ad hoc distulerit quod levaverat manum super eos prosternendos in deserto, et deiciendum semen eorum in nationibus, et dispergendos eos in regionibus, ut dati in reprobum sensum etiam illud admitterent, in quo immaniore crimine evidenti iustitia punirentur, quemadmodum dicit apostolus: *et sicut non probaverunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobam mentem, ut faciant quae non conveniunt*. *v. 28-29*

15sq. Ps. 105,13 **25, 11–13** Rom. 1,28

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

---

13 ducentes δ *S* (*pc.*) **14** magnam δ | beari] beatificari $\varepsilon\zeta$; beati fieri α_2 **23, 1** murmurabant $\pi\chi$ *P*$_{23}$ *X Psalt.Ver. lo*; murmuraverunt $\varepsilon\zeta$ (*lnp. T*); murmurarunt *ma* **3** prohibentes *F*$_2$ $\delta\chi$ **24, 2** et *om. F*$_2$ *N Gt T* **3** disperderet *V*$_2$ *A G* **25, 1** indignatione *N Gt* **2** eum quae α_2 | placuerit α_2 $\delta\varepsilon$ **3** id ... consecrati *om. G An*$_3$ | idola *A* χ | gentium *om. A H*$_1$ **4** manducaverunt] comederunt $\varepsilon\zeta$ **6** levaverit α_2 *P*$_{23}$ **7** manum α *P*$_{23}$ *ma*; suam *add. cett.* deiciendo χ **9** amitterent $\alpha_2\chi$ *C* | in maiore *F*$_2$ *An*$_3$ *P*$_{23}$ **10** evidentis ε *P*$_6$ **11** notitia *V*$_2$ δ

(26.) Denique tantum fuit scelus eorum, quod consecrati sunt idolo, et comederunt sacrificia mortuorum – id est quia mortuis hominibus tamquam diis sacrificabant gentes –, ut aliter se placari deus nollet, nisi quomodo eum placavit Phinees sacerdos, qui masculum et feminam in complexu adulterino deprehensos pariter interemit. Quod si odio eorum, non dilectione fecisset, dum eum comederet zelus domus dei, non ei reputaretur ad iustitiam. Hoc enim facto illum populum, cuius futurus erat maior interitus, tamquam unum hominem quasi virga percussit, ut animam eius salvaret a morte. Leniorem quidem revelato testamento novo dominus Christus esse voluit disciplinam, sed atrocior est comminatio gehennae, quam tunc in illis comminationibus dei pro temporum dispensatione non legimus. MULTIPLICATA EST ergo IN EIS RUINA, cum pro suis gravibus peccatis graviter vastarentur.

v. 30 **ET STETIT PHINEES, ET PLACAVIT, ET CESSAVIT QUASSATIO.** Breviter totum dixit, quia non hic nescientes docet, sed commemorat scientes. Quae autem hic posita est QUASSATIO, haec superius CONFRACTIO: nam in Graeco unum verbum est. mi 1414

v. 31 **(27.) ET REPUTATUM EST EI IN IUSTITIAM, IN GENERATIONEM ET GENERATIONEM USQUE IN SEMPITERNUM.** Deus hoc reputavit sacerdoti suo in iustitiam, non solum quamdiu generatio est, sed USQUE IN SEMPITERNUM, qui cor scrutatur, et novit appendere quanta id factum sit populi caritate.

26, 4–6 Phinees ... interemit] *cf.* Num. 25,7-8 **7** eum ... dei] *cf.* Ps. 68,10 **12** comminatio gehennae] *cf. e. g.* Luc. 12,5

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

26, 5 qui] quia $\varepsilon\chi T$ **6** interimit GH_1S **7** domini α_2 **10** anima F_2S quidam δ **12** atrocior est] atrociorem δ | communicatio $V_2\delta$ | communicationibus $V_2\delta$ **13** dispositione α_2 **14** est *om.* ε | ergo *om.* V_2P_{23} | gravibus] gravioribus α_2 **18** autem *om.* δ **27, 1** est *om.* δP_6 | in^1 *om.* δ generationem] generatione ζX **2** generationem] generatione GtX **5** apprehendere $\alpha_2 X$

(28.) **ET IRRITAVERUNT EUM AD AQUAM CONTRADICTIONIS, ET VEXATUS EST MOYSES PROPTER EOS, QUIA EXACERBAVERUNT SPIRITUM EIUS; ET DISTINXIT IN LABIIS SUIS.** Quid est DISTINXIT? Quasi illud non posset deus facere, qui tanta iam fecerat, ut aqua de petra proflueret. Dubitanter enim petram virga percussit, et ideo miraculum hoc distinxit a ceteris miraculis, in quibus non dubitaverat. Hinc offendit, hinc audire meruit ut moreretur, ne intraret in terram promissionis. Perturbatus enim murmure populi infidelis, non tenuit fiduciam qualem debuit. Cui tamen deus tamquam electo suo, etiam post mortem eius bonum perhibet testimonium, ut intellegamus illam fidei eius titubationem hac sola poena fuisse correptam, quod in eam terram, quo populum ipse ducebat, non est permissus intrare. Absit autem ut eum credamus alienatum a regno gratiae dei, quod significabat illa terra promissionis, unde lac et mel defluere dicebatur. Hoc est enim potius testamentum aeternum quod disposuit ad Abraham, non secundum carnem patrem nostrum, sed secundum fidem. *v. 32-33*

cc 1564

(29.) Illi autem de quorum iniquitatibus iste loquitur psalmus, cum in illam temporalem terram promissionis intrassent, **NON DISPERDIDERUNT GENTES, QUAS DIXIT DOMINUS ILLIS, ET COMMIXTI SUNT INTER GENTES, ET DIDICERUNT OPERA EORUM, ET SERVIERUNT SCULPTILIBUS EORUM, ET FACTUM EST ILLIS IN SCANDALUM.** Illud quod eas non disperdiderunt, sed eis commixti sunt, FACTUM EST ILLIS IN SCANDALUM. *v. 34-36*

28, 5 aqua ... proflueret] *cf.* Exod. 17,5; Num. 20,11 **7sq.** audire ... promissionis] *cf.* Deut. 32,49-52 **8–10** perturbatus ... debuit] *cf.* Num. 19,12-13 **15sq.** terra ... dicebatur] *cf.* Exod. 3,8 **17sq.** non ... fidem] *cf.* Rom. 4

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

28, 1 aquas χ P_6 **6** virgam α_2 | hoc miraculum *tr.* α_2 X *ma* **7** hinc[1]] hic χ **8** moriretur H_1 S | intret α_2 **9** murmuratione δ **12** titubatione F_2 Gt **13** quo] qua ε χ P_6; ad quam Mc_2 T | deducebat N^1 Gt ζ **14** eam N Gt **15** fluere α_2 ε ζ **16** est *om.* δ | potius] et *add.* α_2 **29, 2** repromissionis ε **3** dixerat α_2 **7** est *om.* A H_1

v. 37-38 **(30.) ET IMMOLAVERUNT FILIOS SUOS ET FILIAS SUAS DAEMONIIS, ET EFFUDERUNT SANGUINEM INNOCENTEM, SANGUINEM FILIORUM SUORUM ET FILIARUM SUARUM, QUAS SACRIFICAVERUNT SCULPTILIBUS CHANAAN.** Immolasse filios suos et filias suas daemoniis et idolis non eos illa narrat historia, sed neque iste psalmus mentiri potest, neque prophetae, qui hoc dicunt multis increpationum suarum locis. Habuisse vero istam consuetudinem gentes, nec eorum litterae tacuerunt.

(31.) Sed quid est quod sequitur: **ET INTERFECTA EST TERRA IN SANGUINIBUS**? Putaremus enim scriptoris errorem, eumque diceremus pro eo quod est 'infecta' fecisse INTERFECTA, nisi haberemus beneficium dei, qui scripturas suas in multis linguis esse voluit, atque ita esse scriptum INTERFECTA EST TERRA IN SANGUINIBUS inspectis Graecis codicibus videremus. Quid est ergo INTERFECTA EST TERRA, nisi hoc referatur ad homines qui habitabant in terra tropica locutione, qua significatur per id quod continet, id quod continetur, sicut dicimus malam domum, in qua mali habitant, et bonam in qua boni? Ipsi namque interficiebant animas suas immolando filios suos, et effundendo sanguinem parvulorum a consensione illius sceleris alienorum; unde dictum est: EFFUDERUNT SANGUINEM INNOCENTEM. Ergo

v. 39 INTERFECTA EST TERRA IN SANGUINIBUS, **ET CONTAMINATA EST IN OPERIBUS EORUM**, cum ipsi interfecti sunt in anima, et contaminati in operibus suis.

cc 1565
mi 1415

ET FORNICATI SUNT IN ADINVENTIONIBUS SUIS. Has dicit adinventiones, quas Graeci ἐπιτηδεύματα appellant; nam hoc

---

30, 6sq. prophetae ... dicunt] *cf.* Ier. 7,31; Ez. 16,20

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

30, 3 quas] quod χ **6** mentire χ **8** earum α_2 *ma* **31, 2** enim] hic α_2 errorem] esse *add.* α_2 ε (*lnp. N*) ζ C X | eumque] atque α_2 **6** sanguinibus] eorum *add.* δ **8** *habitant V_2 δ C **11** exeffundendo χ | sanguinem *om.* δ **15** interfecti sunt ipsi *tr.* δ **16** contaminata α_2 **18** quas] quae A G επitNeΔeyMata ε (*lnp. N*); anitna aeumata α_2; epite deumata V_2 δ S C Y; epiti deumata K; epuqhedaeumaqa P_{23}; eNthedeymata T; spitnedaimata P_6

verbum est in codicibus Graecis et hoc loco, et superius, ubi dictum est: IRRITAVERUNT EUM IN ADINVENTIONIBUS SUIS, cum et illic et hic eas dicat adinventiones in quibus alios imitati sunt. Non itaque sic dictas arbitremur adinventiones, quasi ab ipsis institutas, nullo in aliis praecedente quod imitarentur exemplo. Unde alii interpretes nostri, non adinventiones, sed studia, alii vero affectiones, vel affectationes, alii voluptates dicere maluerunt; et iidem ipsi qui dixerunt adinventiones, alio loco studia posuerunt. Hoc commemorare volui, ne quaestionem faceret nomen adinventionis in ea re quam non a seipsis excogitaverunt, sed alios imitati sunt.

(32.) ET IRATUS EST FURORE DOMINUS IN POPULUM SUUM. Noluerunt quidam interpretes nostri 'iram' ponere in eo quod Graecus habet θυμός, sed quidam posuerunt, quidam vero 'indignationem', quidam 'animum' interpretati sunt. Quodlibet autem horum dicatur, perturbatio non cadit in deum, sed de consuetudine translatum potentia vindicandi hoc nomen accepit. *v. 40*

(33.) ET ABOMINATUS EST HEREDITATEM SUAM, ET TRADIDIT EOS IN MANUS GENTIUM, ET DOMINATI SUNT EORUM QUI ODERANT EOS, ET TRIBULAVERUNT EOS INIMICI EORUM, ET HUMILIATI SUNT SUB MANIBUS EORUM. Quando eos hereditatem dei vocavit, manifestum est quod non ad perditionem, sed ad disciplinam eos abominatus est, et tradidit in manus inimicorum. Denique sequitur: **SAEPE LIBERAVIT EOS.** *v. 41-42* *v. 43*

31, 20 Ps. 105,29

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

20 irritaverunt] et *praem.* α_2 ε χ ζ **21** dicit ε (*lnp.* N) ζ **23** imitaretur ε ζ **25** affectationes] affectiones H_1 (*ac.*) N (*ac.*) C (*ac.*) | voluntates α_2 χ **26** idem *codd.* | studia] custodia χ **32, 1** furore (*ita et Psalt.Ga.*)] *ira *Psalt.Ver.* dominus ... suum] in populo suo furore dominus δ | populum suum α P_{23} Y *Psalt.Ver. ma*; populo suo *cett.* **2** ira χ **3** thymos α C; thimos δ | posuerunt] iram *add* α_2; iram *praem.* ε χ ζ C P_{23} Y (*pc.*) X; mentem *add. mi cc* **5** de *om.* Mc_2 G **6** potentia F_2 ζ C P_{23} Y *ma*; potentiam *cett.* **33, 3** *oderunt π S P_6 X **6** tradidit] eos *add.* α_2 | manu G H_1

(34.) IPSI AUTEM EXACERBAVERUNT EUM IN CONSILIO SUO. Hoc est quod superius ait: NON SUSTINUERUNT CONSILIUM EIUS. Perniciosum autem est consilium hominis ipsi homini, quo ea quaerit quae sua sunt, non quae dei sunt. In cuius hereditate, quod ipse nobis est, cum ad fruendum se praebere dignatur, cc 1566
nullas patiemur cum sanctis societatis angustias dilectione rei nostrae quasi privatae. Gloriosissima quippe illa civitas adepta promissam hereditatem, in qua nullus morietur, nullus orietur, non habebit cives qui singuli gaudeant suis rebus, quia deus erit omnia in omnibus. Cuius societatem quisquis in hac peregrina- 10
tione fideliter et flagranter desideraverit, assuescit privatis praeferre communia, non sua quaerendo, sed quae Iesu Christi, ne sibi sapiens et sibi consulens, exacerbet deum consilio suo, sed sperans quod non videt, non festinet fieri de his quae videntur beatus, atque illud aeternum, quod non videtur, patienter exspec- 15
tans, eius in promissionibus sequatur consilium, cuius in tentatio- mi 1416
nibus precatur auxilium. Ita erit et humilis in confessionibus suis, ne fiat istorum similis, de quibus dicitur: **ET HUMILIATI SUNT IN INIQUITATIBUS SUIS.**

v. 44-45 **(35.)** Deus tamen plenus misericordia, non neglexit eos, **ET VIDIT CUM TRIBULARENTUR, CUM AUDIRET ORATIONEM EORUM, ET MEMOR FUIT TESTAMENTI SUI, ET PAENITUIT EUM SECUNDUM MULTITUDINEM MISERICORDIAE SUAE.** PAENITUIT dictum est, quia mutavit quod eos perditurus videbatur. Et apud 5

34, 3sq. quo ... sunt[2]] *cf.* Phil. 2,21 **9sq.** deus ... omnibus] *cf.* 1 Cor. 15,28 **14** sperans ... videt] *cf.* Rom. 8,25

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **34, 3** perniciosum] *inc. Flor* **19** suis] *des. Flor*

34, 3 est autem *tr.* Mc_2 δ **4** sunt dei *tr.* ζ | sunt[2] *om.* α_2 **5** fruendum] struendum δ **6** societates δ *Gt* | dilectioni δ P_{23}; delectatione α_2 **8** promissa hereditate α_2 **9** habet P_{23} *X* **11** assuescet α_2; assuescat ζ | praeferre privatis *tr.* δ **12** sed] quaerendo *add.* χ | Christi] sunt *add.* χ **14** de his quae videntur fieri *tr. X ma* **17** et *om.* V_2 δ P_6 *X* **35, 1** neglegit δ **5** perdituros V_2 Mc_2 ε χ *X*

deum quidem disposite fixa sunt omnia, nec aliud facit quasi consilio repentino, quod non ex aeternitate se facturum esse praescivit, sed in creaturae temporalibus motibus, quam gubernat mirabiliter, ipse non temporaliter motus, quasi repentina voluntate facere dicitur quod ordinatis rerum causis consilii sui secretissimi immutabilitate disposuit, qua suis quaeque temporibus agnita, et praesentia facit, et futura iam fecit. Et ad haec quis idoneus? Audiamus itaque scripturam humiliter excelsa dicentem, cum et parvulis nutriendis sumenda porrigit, et maioribus exercendis perscrutanda proponit. ET VIDIT CUM TRIBULARENTUR, CUM AUDIRET ORATIONEM EORUM, ET MEMOR FUIT TESTAMENTI SUI – utique testamenti aeterni *quod disposuit ad Abraham*, non veteris quod aboletur, sed novi quod etiam in veteri absconditur – ET PAENITUIT EUM SECUNDUM MULTITUDINEM MISERICORDIAE SUAE. Hoc fecit quod disposuerat, sed contribulatis et orantibus se id concessurum esse praesciverat, quia et ipsa oratio eorum, cum adhuc non esset, sed futura esset, deum procul dubio non latebat.

(36.) ET DEDIT EOS IN MISERICORDIAS: ut essent non vasa irae, sed vasa misericordiae. Ideo autem puto pluraliter MISERICORDIAS dictas, in quas eos dedit, quia *unusquisque proprium donum habet a deo, alius sic, alius autem sic*. DEDIT ergo EOS IN MISERICORDIAS, **IN CONSPECTU OMNIUM QUI CEPERANT EOS.** Age nunc, quisquis haec legis, et gratiam dei, qua in aeternam *v. 46*

cc 1567

35, 14 parvulis ... porrigit] *cf.* 1 Cor. 3,1 **17sq.** Ps. 104,9 **36, 1sq.** non ... misericordiae] *cf.* Rom. 9,22-23 **3sq.** 1 Cor. 7,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **36, 6** quisquis] *inc. Flor*

---

6 dominum δ | disposite] disposita et $\varepsilon\zeta P_{23}$ *Y ma* | aliud] aliquid ζ **7** non *om.* δ | facturum se *tr.* $Mc_2\varepsilon\chi T$ **8** creatura $\alpha_2\varepsilon\zeta$ | qua *A G* (*pc.*) **10** secretissime χ **11** immutabilitatem ε **12** agnita] agit ita $V_2 Mc_2 \delta P_{23}$; agitata χ futuram $V_2\delta$ **13** scripturarum α_2 | humiliter] et *add.* $\varepsilon\zeta X$ | excelsam δ **19** vetere *A* $H_1 P_{23}$ **23** latuerat $V_2\delta$ (latebat *ir.* H_1) **36, 2** misericordias pluraliter *tr.* α_2 **3** habet donum *tr.* $Mc_2 P_{23}$ **4** autem] vero $G P_6$ **6** qua] quia χ | aeternum χ

vitam per dominum nostrum Iesum Christum redimimur, legendo in apostolicis litteris, in propheticis autem scrutando cognoscis, et vetus testamentum in novo revelatum, in veteri novum velatum vides. Recole quem dixerit apostolus Paulus principem potestatis aeris, *qui operatur in filiis infidelitatis*, et illud ubi ait de quibusdam, *ut resipiscant de diaboli laqueis, captivati ab ipso secundum ipsius voluntatem*, et verba domini Iesu Christi, ubi eum expellens de fidelium cordibus ait: *Nunc princeps huius mundi missus est foras*, et ipsius itidem apostoli dicentis: *Qui eruit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii caritatis suae*.

Haec atque huiusmodi ratiocinatus, intende animum et in litteras veteris testamenti, et vide quid cantetur in eo psalmo cuius est titulus: *Quando domus aedificabatur post captivitatem*; ibi enim dicitur: *Cantate domino canticum novum*. Et ne existimes ad Iudaeorum populum tantummodo pertinere, *Cantate* mi 1417 inquit *domino, omnis terra; cantate domino, benedicite nomen eius, nuntiate*, vel potius *bene nuntiate*, immo ut ipsum verbum quod in Graeco positum est, transferam, *evangelizate diem ex die, salutare eius*. Hinc enim evangelium nuncupatum est, in quo annuntiatur dies ex die, dominus Christus, lumen ex lumine, filius ex patre. Hoc enim est et salutare eius, quia salutare dei Christus est, sicut et superius iam demonstravimus.

11 Eph. 2,2 **12sq.** 2 Tim. 2,26 **14sq.** Ioh. 12,31 **15–17** Col. 1,13 **20–26** Ps. 95,1-2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **29** est] *des. Flor*

7 redimemur χ **8** litteris] et *add.* χ | prophetis δ *Gt* **9** revelatum] et *add.* ε *T* | vetere δ *T X Flor* **10** velatum] revelatum α_2 *K* | vides] fuit δ **12** captivitati *A* (*ac.*) H_1 (*ac.*) **13** domini] nostri *add.* α_2 δ ε ζ *Flor* **14** nunc ait *tr.* δ χ; id *praem.* χ **15** itidem] quidem *add. N Gt* **16** claritatis Mc_2 P_6 P_{23} | suae charitatis *tr.* δ **20** titulus est *tr.* F_2 ζ **22** domino inquit *tr.* ε *T* **23** domino[2]] et *add.* V_2 δ | nomini δ **24** nuntiate[1]] annuntiate α_2 ε *Y X Flor* **25** evangelizare δ (*uv.* H_1) **27** Christus] Iesus *praem.* δ **28** hoc] esse *add.* ζ | est enim *tr.* V_2 ε χ P_{23} *X Flor*; est *om.* δ | et *om.* V_2 δ **29** et *om.* V_2 δ χ *C* P_{23}

Annuntiate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius, quoniam magnus dominus et laudabilis valde, terribilis est super omnes deos, quoniam omnes dii gentium daemonia. Isti ergo inimici cum rege suo diabolo captivum tenebant populum dei. De qua captivitate cum redimimur, et princeps huius mundi mittitur foras, aedificatur domus post captivitatem, cuius lapis angularis est Christus, qui duos condidit in se in unum novum hominem faciens pacem, quam dies ex die veniens evangelizavit eis qui erant prope, et eis qui erant longe, faciens utraque unum, et adducens alias oves *quae non sunt de hoc ovili, ut sit unus grex, unus pastor.*

Et ita DEDIT deus IN MISERICORDIAS praedestinatos suos, quia *non volentis neque currentis, sed miserentis est dei*, IN CONcc 1568 SPECTU OMNIUM QUI CEPERANT EOS. Hi ergo inimici, diabolus et angeli eius, captivaverant praedestinatos in dei regnum et gloriam; a redemptore autem nostro foras missi qui dominari infidelibus solebant intrinsecus, fideles oppugnant extrinsecus. Sed oppugnant, non expugnant eos qui apprehendunt turrem fortitudinis a facie inimici. Ut autem oppugnent, sentiunt in nobis esse infirmitatis reliquias, propter quas dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, propter quas dicimus: *Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo.* His itaque inimicis eiectis, perfecit dominus Christus sanitates in corpore, cui caput est ipse salvator

30–32 Ps. 95,3-5 **34sq.** princeps ... foras] *cf.* Ioh. 12,31 **36** lapis angularis] *cf.* Eph. 2,20 **36sq.** qui ... pacem] *cf.* Eph. 2,14-15 **38** qui[1] ... longe] *cf.* Eph. 2,13 **38sq.** faciens ... unum] *cf.* Eph. 2,14 **39sq.** adducens ... pastor] Ioh. 10,16 **42** Rom. 9,16 **47sq.** turrem ... inimici] *cf.* Ps. 60,4 **49–51** Matth. 6,12-13 **52sq.** caput ... corporis] *cf.* Eph. 5,23

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **33** isti] *inc. Flor* **40** pastor] *des. Flor* **43** hi] *inc. Flor* **51** malo] *des. Flor*

30 in[2]] et χ **35** dimittitur ε T | aedificatur] et *praem.* V_2 δ χ **39** de] ex δ ovile χ **40** grex] et *add.* ε ζ X **41** et *om.* V_2 δ | deus dedit *tr.* X *ma* **42** volentes χ | currentes χ | deus χ | in] et *praem.* V_2 δ χ **44** regno α_2 **46** fidelis χ **49** infirmitates ε χ | reliquas ε_1 (*pc.* An_3) χ | dimitte ... dicimus *om.* α_2 A **50** dicimus] et *add.* ζ **51** perficit V_2 δ **52** ipse *om.* δ

corporis, ut in eo ipso corpore suo tertia consummetur. Sic enim dixit: *Ecce eicio daemonia, et sanitates perficio hodie et cras, et tertia consummor*, id est 'perficior occurrentibus omnibus nobis *in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*'.

(37.) Itaque eiectis daemoniis, a quibus captivi tenebamur, perficit sanitates. Ideo et hic cum dixisset: ET DEDIT EOS IN MISERICORDIAS, IN CONSPECTU OMNIUM QUI CEPERANT EOS, tamquam eiectis daemoniis qui ceperant, fit oratio ut perficiat sanitates: **SALVOS FAC NOS, DOMINE DEUS NOSTER, ET CONGREGA NOS DE NATIONIBUS** – vel, sicut alii codices habent, DE GENTIBUS – **UT CONFITEAMUR NOMINI SANCTO TUO, ET GLORIEMUR IN LAUDE TUA.** Deinde breviter subiecit ipsam laudem: **BENEDICTUS DOMINUS DEUS ISRAEL, A SAECULO ET USQUE IN SAECULUM**, quod intellegimus 'ab aeterno usque in aeternum', quia sine fine laudabitur ab eis de quibus dicitur: *Beati qui habitant in domo tua, in saecula saeculorum laudabunt te*. Ipsa est tertia consummatio corporis Christi, eiectis daemoniis et perfectis sanitatibus, usque ad ipsius corporis immortalitatem, regnum sempiternum perfecte laudantium, quia perfecte amantium; perfecte autem amantium, quia facie ad faciem contemplantium.

v. 47 *v. 48* mi 1418

Tunc enim perficietur quod in primordio psalmi huius oratum est: MEMENTO NOSTRI, DOMINE, IN BENEPLACITO POPULI TUI; VISITA NOS IN SALUTARI TUO, AD VIDENDUM IN BONITATE ELECTORUM TUORUM, AD LAETANDUM IN LAETITIA GENTIS TUAE, UT LAUDERIS CUM HEREDITATE TUA. Non enim DE GENTIBUS solas congregat oves *quae perierunt domus Israel*, sed eas

54sq. Luc. 13,32 **55sq.** Eph. 4,13 **37, 11sq.** Ps. 83,5 **16** facie ad faciem] *cf.* 1 Cor. 13,12 **22** quae ... Israel] Matth. 15,24

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

53 tertia] terra δ | consumetur α_2 *N Gt K* **54** tertio δ **55** consumetur *N* (*uv.*) *Gt* | nobis omnibus $\varepsilon\zeta$ **37, 1** tenebantur *K* P_{23} **2** et[1] *om.* $V_2\delta$ **5** nos fac *tr.* V_2 F_2 δ *Y X ma* **10** saeculum] fiat fiat *add.* ε P_6 *C X* | aeterno] et *add.* P_6 P_{23} **12** tertio δ **14** usque] quae χ | immortalitatem corporis *tr.* δ **16** autem *om.* ζ **22** perierant χ | eas *om. Gt* P_{23} | etiam eas *tr.* Mc_2 *ma*

etiam quae non sunt de illo ovili, *ut sit unus grex*, ut dictum est, *et unus pastor*. Iudaei vero cum putant ad suum regnum visibile istam pertinere prophetiam, quia spe invisibilium bonorum gaudere non norunt, in laqueos illius ruituri sunt, de quo dominus ait: *Ego veni in nomine patris mei, et non suscepistis me; alius* cc 1569 *veniet in nomine suo, hunc suscipietis*. De quo et Paulus apostolus dicit quia revelabitur *homo peccati, filius interitus, qui adversatur et superextollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tamquam sit deus*. Et paulo post: *Tunc revelabitur* inquit *iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, et evacuabit illuminatione praesentiae suae eum, cuius est praesentia secundum operationem Satanae, in omni virtute et signis et prodigiis mendacii, et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent; et ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, et iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati*. Per istum refugam, per istum qui se extollit supra omne quod dicitur deus, et quod colitur, videtur mihi populum Israelitarum carnalium putaturum impleri istam prophetiam qua dictum est: SALVOS NOS FAC, DOMINE DEUS NOSTER, ET CONGREGA NOS DE GENTIBUS, quod illo duce, velut in conspectu inimicorum suorum visibilium, qui eos visibiliter captivaverant, habituri sint visibilem gloriam. Sic credent menda-

23sq. Ioh. 10,16 **23** ut dictum] *cf. s. 36, 40* **27sq.** Ioh. 5,43 **29–31** 2 Thess. 2,3-4 **32–39** 2 Thess. 2,8-12

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX **37, 24** Iudaei] *inc. Flor*

23 grex unus *tr. ma* **24** cum putant] computant δ **28** veniet] venit δ de ... 39 iniquitati *om.* α_2 | et *om.* χ CY *ma* | apostolus Paulus *tr.* ε $TCYX$ *ma* **29** homo] ille *praem.* δ **30** super CX **31** ostentans V_2KC **32** iniquus] ille *praem.* $\varepsilon\zeta$ **34** omnem virtutem χ **37** mittit ε; mitteret AG erroris *om.* δ **38** mendatium $V_2\delta$ (-tio *ir.* H_1) | et] ut δ (et *ir.* H_1) **39** fugam χ | per istum^2 *om.* α_2 **40** extollet $\alpha AH_1\chi$ | super χ | et] aut GC (*pc.*) *ma* **41** implere χ **42** qua] quia $\delta\varepsilon$ | fac nos *tr.* $\varepsilon\zeta$ **43** gentibus] nationibus $F_2\zeta X$ | quod ... 57 unum *om.* α_2 **45** sunt $G\chi C$

cio, quia dilectionem veritatis non receperunt, ut non bona carnalia, sed spiritalia concupiscerent. Sic enim a diabolo decepti sunt ut occiderent Christum, quando dixerunt: *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent nostrum et locum et gentem,* quando *Caiphas unus ex ipsis, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: 'Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat'. Hoc autem*, sicut evangelista intellexit, *non a seipso dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit quia Iesus moriturus erat pro gente*; *et non tantum pro gente*, id est pro ovibus quae perierant domus Israel, *sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum*. Habebat enim alias oves quae non erant de illo ovili: mi 1419 istas universas oves, et de Israelitis, et de gentibus, diabolus et eius angeli captivaverant. Expulso itaque ab eis diaboli dominatu, in conspectu malorum spirituum qui eas captivaverant, ut salventur et perficiantur in aeternum, vox earum est in prophetia: SALVOS FAC NOS, DOMINE DEUS NOSTER, ET CONGREGA NOS DE GENTIBUS. Non sicut per Antichristum compleri existimant Iudaei, sed per Christum dominum nostrum venientem in nomine patris sui, *diem ex die, salutare eius*, de quo et hic dictum est: VISITA NOS IN SALUTARI TUO.

ET DICET OMNIS POPULUS – iste populus praedestinatorum de circumcisione et praeputio, gens sancta, populus in adoptionem **– FIAT, FIAT.**

48–57 Ioh. 11,48-52 **55sq.** pro[3] ... Israel] *cf.* Matth. 10,6; 15,24 **65** Ps. 95,2

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.:* YX **53** pereat] *des. Flor*

---

49 credunt $V_2H_1\chi C$ **52** unus moriatur homo *tr.* δP_6X; moriatur unus homo *tr.* α_2N **54** Iesus] unus δ (Iesus *ir.* H_1) **56** sed] et *add.* $V_2\chi$ | ut] et *add.* ε **58** istas] sunt *add.* χP_{23} **59** angeli eius *tr.* $F_2\zeta$ | captivaverunt δ | ab eis itaque *tr.* α_2 **60** malignorum CX **62** *nos fac *tr.* πSCX **63** aestimant α_2 **67** populus[1] *om.* $V_2F_2KCP_{23}$ | populus[2] *om.* $Mc_2\delta X$ **69** fiat[2]] amen *add.* $V_2AG\varepsilon SX$

IN PSALMUM CVI

cc 1570 **(1.)** Psalmus iste miserationes dei commendat nobis, probatas in nobis, et ideo expertis est dulcior. Et mirum si poterit suavis esse cuilibet, nisi illi qui quod in isto audit, in se didicit. Non tamen uni alicui vel duobus, sed populo dei conscriptus est, et ad se agnoscendum tamquam in speculo propositus. Cuius titulus non nunc tractandus est. Est enim **ALLELUIA**, et bis *v. 1* **ALLELUIA**, quod nobis cantare certo tempore sollemniter moris est, secundum antiquam ecclesiae traditionem; neque enim et hoc sine sacramento certis diebus cantamus. ALLELUIA certis quidem diebus cantamus, sed omni die cogitamus. Si enim hoc verbo significatur 'Laus dei', etsi non in ore carnis, certe in ore cordis *Semper laus eius in ore meo*. Quod autem non semel, sed bis habet ALLELUIA titulus iste, non huius psalmi proprium est, sed et alius superior sic habet. Et quantum apparet ex eius textu, cantatus est ille de populo Israel; cantatur autem iste de universa ecclesia dei diffusa toto orbe terrarum. Forte non immerito bis habet ALLELUIA, propter quod clamamus et *Abba, pater*. Cum aliud nihil sit *abba* quam *pater*, non tamen frustra dixit apostolus: *In quo clamamus*: *Abba*, *pater*, nisi quia unus quidam paries veniens ad lapidem angularem clamat: *Abba*; alius ex alio latere clamat: *Pater*, in illo utique lapide angulari qui est *pax nostra, qui fecit utraque unum*.

1, 12 Ps. 33,2 **13** et alius] *cf.* en. 105,1 1*sq.* **17–20** Rom. 8,15 **21** lapide angulari] *cf.* Eph. 2,20 **21sq.** Eph. 2,14

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

1, 2 potuerit C X *ma* **3** nisi] et *praem.* χ | quod] id *praem.* V_2 δ χ C *ma* isto] psalmo *add.* ε ζ C (*pc.*) Y *ma* | dicit ε **5** ad] a ε | cognoscendum δ praepositus A G **8** ecclesiae antiquam *tr.* X *ma* **10** omne χ | si] sic ε **13** est *om.* δ **15** dei *om.* Mc_2 T **17** et *om.* δ ζ **19** quidem ε ζ *ma* **21** itaque ε C (*pc.*) | angulare χ

Videamus ergo hic quid admoneamur, et unde gratulemur, et unde gemamus, et unde auxilium postulemus, unde deseramur, unde nobis subveniatur, quid simus per nos, quid per misericordiam dei, quomodo nostra superbia conteratur, ut illius gratia glorificetur. Unicuique hominum quod dicturus sum, si fieri potest, occurrat in se. Loquor autem hominibus qui ambulant viam dei, et constituti sunt in aliquo provectu spiritali; unde si qui forte propter hoc minus me intellegunt, inveniant ubi sint, et proficiendo ad intellectum festinent. Non autem arbitror desertorum deum conatum nostrum, ut ad omnes perveniat quod loquimur, sive expertos sive inexpertos, ut experti approbent, inexperti desiderent, et omnibus suavis sit disputatio mea, quae primum domino suavis erit, si veridica erit; veridica autem erit, si non mihi a me, sed ab illo erit. mi 1420

Sic coepit psalmus:

(2.) CONFITEMINI DOMINO, QUONIAM SUAVIS EST, QUONIAM IN SAECULUM MISERICORDIA EIUS. Hoc confitemini, quoniam suavis est: si gustastis, confitemini. Non potest autem confiteri qui gustare noluit; unde enim dicturus est suave esse quod nescit? Vos autem *si gustastis quam suavis est dominus*, CONFITEMINI DOMINO, QUONIAM SUAVIS EST: si gustastis aviditate, confessione eructate. IN SAECULUM enim MISERICORDIA EIUS, id est 'in aeternum'. Hic enim ita positum est SAECULUM, quia et in nonnullis scripturae locis *in saeculum*, id est quod Graece εἰς αἰῶνα dicitur, 'in aeternum' intellegitur. Neque enim misericordia eius ad tempus est, et non in aeternum, cum ideo sit cc 1571

2, 5 Ps. 33,9; 1 Petr. 2,3

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [= *F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

23 admoneatur *ε* **24** postulemur *N Gt* | deseramus *N Gt* **28** occurrat] conferatur *ε P*$_6$ *C* (*pc.*) **29** in viam *N Gt*; in via *An*$_3$ | profectu *ε χ ζ* | si *om. δ* **33** expertus sive inexpertus *χ* **2, 7** confessionem *Mc*$_2$ *G* | *ructate *π S P*$_{23}$ **8** saeculum] in *praem. An*$_3$ *X ma* **10** eicaiona *ε ζ*; iscona *V*$_2$ *H*$_1$; iseona *A G S C*; inseona *An*$_3$ *K*

super homines haec eius misericordia, ut vivant cum angelis in aeternum.

(3.) DICANT QUI REDEMPTI SUNT A DOMINO. Redemptus quidem videtur et populus Israel de terra Aegypti, de manu servitutis, ex laboribus infructuosis, ex operibus luteis; videamus tamen utrum ipsi sint qui haec dicunt, qui ab Aegypto liberati sunt a domino. Non ita est. Sed qui sunt isti? **QUOS REDEMIT DE MANU INIMICORUM.** Adhuc potest quisque et illos accipere redemptos de manu inimicorum, hoc est Aegyptiorum. Proprie exprimantur qui sint, propter quos haec vult psalmus iste cantari: **DE REGIONIBUS CONGREGAVIT EOS.** Possunt esse adhuc regiones Aegypti: multae enim etiam unius provinciae regiones sunt. Aperte dicat: **AB ORIENTE ET OCCASU, AB AQUILONE ET MARI.** Istos ergo nunc redemptos intellegimus in toto orbe terrarum. Populus hic dei de magna et lata Aegypto liberatus, tamquam per Mare Rubrum ducitur, ut in baptismo finiat inimicos. Sacramento enim tamquam Rubri Maris baptismo, scilicet Christi sanguine consecrato, insequentes Aegyptii, peccata, delentur, et te evadente nullus qui te premebat remanet inimicus. Isti ergo dicant haec, et audiamus iam, fratres, quoniam dicitur iste populus dei, quid hic agatur in congregatione omnium gentium redempta per Christum, non quasi simul contingant haec quae cantantur in omnibus, sed in singulis quibusque credentibus, in populo autem illo aliter. Totus enim populus, tota illa gens ex semine Abrahae secundum carnem, tota multitudo domus Israel semel educta est ex Aegypto, semel per Rubrum Mare ducta, semel ad terram promissionis perducta. Simul enim omnes erant

v. 2

v. 3

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

12 misericordia eius *tr.* ζ **3, 7** de ... inimicorum] de manu inimicorum *rep.* ε P_6 Y X **8** sunt A H_1 | vult] libet V_2 δ | cantare χ **12** nunc] iam $α_2$ ε χ ζ P_{23} X *ma*; *om.* C **14** baptismum $α_2$ ε ζ | finiat] *puniat π **17** premat δ remanet] relinquitur ε ζ **18** ducitur N Gt χ ζ C P_{23} *ma* **19** hic *om.* δ **20** per] post V_2 δ | contingunt δ χ C P_{23} | hae N Gt **21** omnibus] gentibus *add.* ε χ ζ **24** mare rubrum *tr.* δ An_3 ζ

in quibus haec contingebant: *Haec autem in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos finis saeculorum obvenit.* Nos vero non simul omnes, sed paulatim singillatimque credentes congregamur in unam quandam civitatem et in unum populum dei; sed in unoquoque nostrum etiam⟨si⟩ singulo contingunt haec quae scripta sunt, contingunt in populo. Etenim populus de singulis, non singuli de populo. Numquid enim unus homo ex populis? Sed populus ex singulis hominibus constat. Quidquid ergo, cum loquor, agnoveris in te, quisquis expertus es, noli cogitando quasi remanere in te, et putare quod in solo te contingit, sed crede ista contingere aut in omnibus, aut prope in omnibus qui veniunt ad hunc populum, et de manu inimicorum pretioso sanguine redimuntur.

(4.) Repetiturus est enim assidue quod cantavimus modo:
v. 8 CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS, ET MIRABILIA EIUS FILIIS HOMINUM. Istos versus, quantum advertere potui, quod potestis et vos, quater repetit; in quo numero, quantum domino adiuvante scrutari valuimus, significat nobis quattuor quasdam tentationes, ex quibus nos liberat cui confitentur suae miserationes. Fac enim hominem primo nihil quaerentem, secundum vitam veterem seductoria securitate viventem, nihil putantem aliud esse post hanc vitam quandoque finiendam, neglegentem quendam et socordem, obrutum cor habentem illecebris

3, 26–28 1 Cor. 10,11

π (*α*: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + *δ*: *A G* H_1) *ε* (*N Gt* An_3) *χ* (*K S*) *ζ* (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

26 autem] omnia *add.* *δ* | in² *om.* *π X* **27** fines α_2 *A* H_1 An_3 *χ C* **28** non *om.* α_2 *δ* **29** quadam *δ* **31** si *addidimus* | singula *ε K* (*pc.*) *ζ* **32** etenim] haec (est An_3 *pc.*) enim *ε* **36** putari *χ* | contingere ista *tr.* *δ* **37** quae *A* H_1 **4, 1** repetitur est *A* (*ac.*) H_1 (*ac. uv.*); repetitur *G* | cantabimus *δ* | modo] miserationes eius *add.* *ε ζ X* **2** miserationes] misericordiae *ε ζ* **3** advertere V_2 *δ N ma*; *animadvertere *Gt* An_3 *χ ζ* P_{23} *X*; animi advertere α_2 **4** quater repetit] qui ferre potest V_2 *δ*; quater repetiti *N* (*uv.*) *Gt Y X*; sunt quater repetiti An_3; repetet *χ* **5** scrutare *δ* **6** confitenter *χ* **8** seductoria] sed victoria *α* **9** vitam *om.* *δ* **10** suo corde α_2 *δ*

mundi, et mortiferis delectationibus consopitum, ut excitetur iste ad quaerendam gratiam dei, ut fiat sollicitus, ut tamquam de somno evigilet: nonne manus dei excitat eum? Sed tamen a quo sit excitatus ignorat. Incipit autem esse iam dei, cum cognoverit veritatis fidem. Sed antequam cognoscat, dolet errorem suum. Invenit enim se in errore, vult cognoscere veritatem, pulsat ubi potest, tentat quod potest, vagatur qua potest, famem etiam patitur ipsius veritatis. Prima ergo tentatio est erroris et famis. Ubi in hac tentatione fatigatus exclamaverit ad deum, perducitur ad viam fidei, unde incipiat pergere ad civitatem quietis. Perducitur ergo ad Christum, qui dixit: *Ego sum via*.

(5.) Cum ibi fuerit, iam sciens quid observare debeat, nonnumquam multum sibi tribuendo, et quasi de suis viribus praesumendo, incipit confligere velle contra peccata, et propter superbiam superari. Invenit ergo se ligatum difficultatibus cupiditatum, et non posse viam propter compedes ambulare; inclusum se sentit difficultate vitiorum, et tamquam muro impossibilitatis erecto portisque clausis, qua evadat, ut recte vivat, non invenit. Iam scit quomodo vivere debeat: prius enim in errore erat, et famem veritatis patiebatur; accepit autem iam cibum veritatis, et positus est in via. Audit: 'Vive bene, secundum quod nosti: ante enim non noveras quemadmodum viveres, modo accepisti et nosti'. Conatur, non potest; ligatum se sentit, exclamat ad
cc 1573 dominum. Secunda ergo tentatio est difficultatis in bene operando, sicut illa prima erroris et famis. Exclamat et in hac ad dominum: liberat dominus de necessitatibus, rumpit vincula difficulta-

4, 21 Ioh. 14,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

12 ut[2]] et ε ζ *C* (*pc.*) **16** errorem ε **17** qua] quam δ **19** fatigatur ε P_6 *C* dominum *G* ε (*lnp. N*) *S* ζ **5, 1** ibi] ergo *add. ma* **2** tribuendum χ **3** velle] bella *add.* ε *X* **7** quo vadat V_2 *A* (*pc.*) | evadat] evadet *ma* | vivi δ *C* **10** antea α_2 χ *C ma* **11** enim *om.* ζ **13** deum α_2 δ **14** exclamet α_2 ζ; exclama ε χ | et[2] *om.* π | hac] hora *add.* δ **15** dominus *om.* δ | rumpit] sumpsit χ

tis, constituit in operatione aequitatis. Incipit ei iam facile esse quod difficile fuerat, abstinere a malis, non adulterare, non furtum facere, non homicidium, non sacrilegium, non alienum concupiscere: facta est facultas quae fuerat antea difficultas. Potuit dominus hoc sine difficultate praestare; sed si hoc sine difficultate haberemus, largitorem huius boni non agnosceremus. Si enim primitus cum vellet posset, et non sentiret adversus se obnitentes cupiditates, nec vinculis suis gravata anima collideretur, suis viribus tribueret quod se posse sentiret, et non confiterentur domino miserationes eius. mi 1422

(6.) Post has duas tentationes, primam erroris atque inopiae veritatis, secundam difficultatis bene operandi, tertia tentatio excipit hominem: ei loquor qui iam transiit has duas. Nam istae duae, fateor, multis notae sunt. Quis enim nescit se ab ignorantia venisse ad veritatem, ab errore ad viam, a fame sapientiae ad verbum fidei? Deinde multi luctantur cum difficultatibus vitiorum suorum, et adhuc consuetudine colligati gemunt tamquam in clusura et compedibus. Agnoscunt et istam tentationem, quamvis iam dicant, si forte dicunt: *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Nam vide artissima vincula: *Caro* inquit *concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, ut non ea quae vultis faciatis.* Proinde qui iam est adiutus spiritu, ut quemadmodum noluit esse adulter, sic non sit, quomodo noluit esse fur, sic non sit, et cetera illa omnia, quae volunt homines vincere, et saepe inflexi superantur, ut exclament ad dominum, et de necessitatibus eorum eruat eos, et inde liberati CONFITEANTUR

6, 9sq. Rom. 7,24 **10–12** Gal. 5,17

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

16 constituet δ | ei] et χ **19** ante fuerat ζ **20** hoc dominus *tr.* χ T *ma* **6, 1** temptationis χ **7** ad hoc δ | consuetudini δ **8** clausura ζ *ma* **9** homo] ego *praem.* α_2 ε χ ζ *ma* | liberavit α_2 χ **11** et *om.* V_2 δ **12** quae vultis *om.* δ; illa *add.* ε ζ *ma* | qui iam] quia δ **13** fur esse *tr.* ζ **15** inplexi δ clamant N Gt | deum C Y X *ma* | et[2]] ut C *ma* **16** eruet (vel eruat An_3 *sl.*) ε | inde liberati P_{23} *ma*; *de liberatis π χ C X; liberati ε ζ Y

DOMINO MISERATIONES EIUS – quisquis ergo talis est, evicit illas difficultates, et probabiliter iam conversatur inter homines sine ulla querela malorum morum; excipitur tentatione tertia taedii cuiusdam in moram huius vitae, ita ut aliquando eum nec legere nec orare delectet. Tertia tentatio priori contraria: prius enim periclitabatur fame, postea fastidio. Unde et hoc, nisi de quodam languore animae? Iam non te illicit adulterium, nec tamen delectat dei verbum. Iam post periculum imperitiae et concupiscentiae, de quibus duobus te evasisse laetaris, vide ne taedium fastidiumque te necet. Non est et ista levis tentatio: agnosce te in illa, exclama ad dominum, ut de necessitatibus tuis etiam hic liberet te, et de hac tentatione liberatus cum fueris, CONFITEANTUR illi MISERATIONES EIUS.

(7.) Liberatus autem ab errore, liberatus a difficultate bene operandi, liberatus a taedio fastidioque verbi dei, fortassis dignus cc 1574 eris cui populus committatur: constituaris in gubernaculis navis, recturus ecclesiam. Ibi quarta tentatio tempestatis maris quatientis ecclesiam, turbantis gubernatorem. Denique tres illas tentationes experiri potest omnis pius fidelis in populo dei, quarta ista nostra est. Quanto enim plus honoramur, tanto plus periclitamur. Metuendum est ne avertat aliquem vestrum a veritate periculum erroris; metuendum est ne vincat unumquemque cupiditas sua, et eligat eam sequi, quam ex eius difficultatibus exclamare ad dominum; metuendum est ne unusquisque vestrum minus sapiat verbum dei, et fastidio moriatur; tentatio vero

---

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

17 evicit] et vincit ε T; et vicit P_6 *ma* **19** temptationem ε **20** mora χ ζ P_{23} Y; morem α_2 | neglegere δ N Gt **21** ne conare A G; nec conari H_1 **23** langore ε | animae] est *add.* ζ | iam] otio δ (iam non te *ir.* H_1) | non te] mentem non ζ | delectet N Gt **24** dei **om.* π χ C **25** laetares χ **26** necet te *tr.* δ | agnoscere δ **27** exclama] et *praem.* ε ζ C (*pc.*) *ma* | deum ε T **7, 4** tempestatis V_2 δ ε; tempestates *cett. ma* | quatientis V_2 δ An_3 P_6; quatientes *cett. ma* **5** turbantis δ An_3; turbant *cett. ma* | illas tres *tr.* ε ζ **7** quantum δ **9** periculum] ad *praem.* ε **11** deum α_2 ε ζ | est] enim *add.* ε *unicuique *lo ma* **12** minus *om.* V_2 δ

gubernandi, tentatio periculorum in regenda ecclesia nos potissimum tangit. Sed quomodo et vos alieni eritis, si navis tota periclitabitur? Quod ideo dixi, ne in hac quarta tentatione, tamquam nostra propria, minus solliciti sitis, et pro nobis minus oretis. mi 1423 Quid enim, fratres, quia ad eadem gubernacula non sedetis, non in eadem navi navigatis?

(8.) Post has quattuor tentationes, quattuor exclamationes, quattuor liberationes, quattuor miserationum dominicarum confessiones, generaliter in hoc psalmo consequenter ipsa commendatur ecclesia, ut evidentissime noveritis de qua psalmus ab exordio loquebatur. Commendatur autem ita ut nobis in omnibus dei gratia praedicetur, qui *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, quia ideo ille venit, *ut qui non vident, videant, et qui vident, caeci fiant*, quia *omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur*. Quo commendato, dicitur aliquid quod etiam de haereticis intellegatur, quibus tamquam civilibus bellis quatitur ecclesia, et concluditur psalmus, quem iam exposui brevius fortasse quam putabatis. Nam usque adeo me istum totum psalmum aliquantum prolixum exposuisse arbitror, ut iam officium a me non exspectetis disputatoris, sed paene lectoris, si tenetis quae dixi. Puto enim, sunt ante vestros oculos constituta, sed ut melius commendentur, breviter replicentur. Prima tentatio erroris et famis verbi, secunda difficultatis vincendarum concupiscentia-

8, 6sq. Prov. 3,34; Iac. 4,6; 1 Petr. 5,5 **7sq.** ut ... fiant] Ioh. 9,32 **8sq.** Is. 40,4

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

14 eritis] geritis δ | tota navis *tr. lo ma* **16** nostram propriam ε | propria] opus est ut ab orationibus non desistatis (et ut *add.* An_3) non vos primo naufragatis (naufragetis *X*) *add.* ε *C* (*pc.*) *Y X*; ubi opus est non desistatis nam (non *lo*) vos primo naufragatis (naufragetis *lo*) *add. lo ma* | oretis minus *tr.* *A* H_1 **17** fratres *om.* π **18** navi *om.* π | navigatis] opus est ut ab orationibus non desistatis nam vos primo naufragatis *add.* χ *T* (*cf. s. ad l. 16*); nam vos primo naufragatis *add.* P_{23} **8, 5** itaque χ **9** qui commendatum χ **12** putabatur δ | me] et χ **14** bene δ (pene *ir.* H_1) **15** oculos vestros *tr. T ma* **16** et *om.* χ **17** verbi] dei *add.* χ P_6

rum, tertia taedii atque fastidii, quarta tempestatis et periculorum in gubernandis ecclesiis. Et in his omnibus exclamationes et liberationes et miserationum dei confessiones. Ad extremum ipsius ecclesiae fit commendatio, quae salva facta est per gratiam dei, non per meritum suum, et commemoratur inimicorum afflictio propter superbiam, quibus exstinctis erecta est ecclesia; et propter insidias quasdam deminutionis ab haereticis et detri-
cc 1575 mentorum quodammodo domesticorum, et ex his circa ecclesiam divina beneficia, et psalmi conclusio.

Legamus iam magis quam disseramus.

(9.) DICANT QUI REDEMPTI SUNT A DOMINO, QUOS REDEMIT DE MANU INIMICORUM; DE REGIONIBUS CONGREGAVIT EOS, AB ORIENTE ET OCCASU ET AQUILONE ET MARI. Christiani ergo ipsi dicant, de toto orbe convocati. **ERRAVERUNT IN SOLITUDINE, IN SICCITATE, VIAM CIVITATIS HABITATIONIS NON INVENERUNT.** Errorem miserabilem audivimus. Quid de inopia? **ESURIENTES ET SITIENTES, ANIMA EORUM IN IPSIS DEFECIT.** Sed quare defecit? Cui bono? Non enim crudelis est deus, sed se commendat quod expedit nobis, ut nobis deficientibus rogetur, et subveniens ametur. Et ideo post hunc errorem et famem et sitim **EXCLAMAVERUNT AD DOMINUM, CUM TRIBULARENTUR, ET DE NECESSITATIBUS EORUM ERUIT EOS.** Et quid illis praestitit, quia errabant? **ET DEDUXIT EOS IN VIAM RECTAM.** Viam civitatis habitationis non inveniebant, fame et siti aestuabant, et deficiebant, ET DEDUXIT EOS IN VIAM RECTAM, **UT IRENT IN CIVITA-**
mi 1424 **TEM HABITATIONIS.** Quomodo subvenerit fami et siti nondum

v. 4 *v. 5* *v. 6* *v. 7*

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

21 salva] et *praem.* $\varepsilon\zeta$ *ma* **22** dei] nostri *add.* $\varepsilon\zeta$ *ma* **24** deminutiones χ **25** et *om.* δ **9, 3** et[2]] ab α_2 *T*; ab *add.* χ P_6 **5** in] et *praem.* ε | siccitatem χ **7** sitientes] erant *add.* $\varepsilon\zeta$ | defecit] et miserationem dei confessionis ad extremum *add.* χ **8** bonum $\alpha_2\chi$ **9** et] ut *add.* ε *T ma*; sed δ **10** hanc *N Gt* | et clamaverunt *G X* (*pc.*) *Psalt.Ga. ma* **12** eripuit $G\varepsilon\zeta X$ *Psalt.Ga. ma* **13** civitatis ... inveniebant] habitationis non invenerunt nec civitatis δ **15** et *om.* $\delta\chi$ | eos *om.* δ **16** fame $\delta\zeta CP_{23}$ | nondum] nomen dum *A* H_1 (*ac.*) χ

v. 8 dicit, sed et hoc exspectate: **CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS, ET MIRABILIA EIUS FILIIS HOMINUM.** Dicite experti inexpertis, iam in via positi, iam ad civitatem inveniendam
v. 9 directi, iam denique a fame et siti liberati: **QUONIAM SATIAVIT ANIMAM INANEM, ET ANIMAM ESURIENTEM IMPLEVIT BONIS.**

(10.) Vive ergo bene: iam in via positus es, iam audisti quid agere debeas, quid sperare. Quid aliud excipit? Quoniam conaris
v. 10 et superaris: **SEDENTES IN TENEBRIS ET UMBRA MORTIS, COMPEDITOS IN MENDICITATE ET FERRO.** Unde hoc, nisi quia tibi tribuebas, quia gratiam dei non agnoscebas, quia consilium
v. 11-12 domini circa te reprobabas? Nam vide quid adiungat: **QUONIAM INAMARICAVERUNT ELOQUIA DOMINI** – per superbiam iustitiam domini nescientes, et suam volentes constituere – **ET CONSILIUM ALTISSIMI EXACERBAVERUNT. ET HUMILIATUM EST IN LABORIBUS COR EORUM.** Et nunc pugna contra concupiscentiam. Deo desistente ab adiutorio laborare potes, vincere non potes. Et cum fueris pressus consuetudine tua prava, humiliabitur cor tuum in laboribus, ut iam corde humiliato discas clamare: *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* HUMILIA- cc 1576
TUM EST ergo IN LABORIBUS COR EORUM; **INFIRMATI SUNT, NEC FUIT QUI ADIUVARET EOS.**

Quid ergo restat, nisi quare factum est? *Si enim data esset lex quae posset vivificare, omnino ex lege esset iustitia; sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Lex subintravit, ut abundaret delictum.* Accepisti

10, 7sq. iustitiam ... constituere] *cf.* Rom. 10,3 **14** Gal. 3,21 **17–20** Gal. 3,22 **20** Rom. 5,20

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 $LyBr_1P_{23}$ *lect.sel.*: YX

17 et] ex V_2H_1 | miserationes] miseratio *praem.* AH_1 **18** dicit $V_2\delta$ **21** implevit] satiavit δ **10, 3** umbra] in *praem.* Tma | mortis *om.* δ **4** ferro] in *praem.* $\varepsilon\chi$ | tribuebas tibi *tr.* δ **7** eloquium $\varepsilon\zeta$ | iustitiam **rep.* δ **8** dei χ **10** nunc et pugna *tr.* V_2 (*pc.*) P_{23}; nunc expugna α_2; in hunc et pugna $AG\chi P_6C$ **13** in laboribus cor tuum *tr.* ζ **14** homo] ego *praem.* $\alpha_2\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) *ma* **15** ergo *om.* δ **20** lex] autem *add.* $\alpha_2\varepsilon\zeta ma$

verbum, accepisti praeceptum, nec desinis facere quod male faciebas; et accepto praecepto auges peccata per praevaricationem superbiae. Si te ignorabas, vel disce te humiliatus! Clamabis, a necessitate liberaberis: liberatus, miserationes domini confiteberis.

EXCLAMAVERUNT AD DOMINUM, CUM TRIBULARENTUR, ET DE NECESSITATIBUS EORUM SALVOS FECIT EOS. Liberati sunt de secunda tentatione, restat taedii atque fastidii. Sed primo quid istis praestitit liberatis, videte: **ET EDUXIT EOS DE TENEBRIS ET UMBRA MORTIS, ET VINCULA EORUM DISRUPIT. CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS, ET MIRABILIA EIUS FILIIS HOMINUM.** Quare? Quas difficultates vicit? **QUIA CONTRIVIT PORTAS AEREAS, ET VECTES FERREOS CONFREGIT, SUSCEPIT EOS DE VIA INIQUITATIS EORUM.** *v. 13* *v. 14-15* *v. 16-17*

PROPTER INIUSTITIAS ENIM SUAS HUMILIATI SUNT. Quia sibi tribuebant, non deo, quia suam iustitiam constituebant, ignorantes dei iustitiam, humiliati sunt. Invenerunt se non posse sine eius adiutorio, qui de suis solis viribus praesumebant.

(11.) Sed quod aliud genus restat? **OMNEM ESCAM ABOMINATA EST ANIMA EORUM.** Iam fastidium patiuntur, fastidio languent, fastidio periclitantur: nisi forte putas occidi eos fame potuisse, et non posse fastidio. Vide quid sequatur. Cum dixisset: OMNEM ESCAM ABOMINATA EST ANIMA EORUM, ne quasi eos putares de satietate securos, non magis videres de fastidio morituros, **ET APPROPINQUAVERUNT** inquit **USQUE AD PORTAS MORTIS.** *v. 18*

36sq. quia ... iustitiam[2]] *cf.* Rom. 10,3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

23 superbiam α; superbe *ma* **26** exclamaverunt] et *praem.* χ C P_{23} Y X; et clamaverunt *lo ma* **29** vide χ C P_{23} X **34** de via *om.* δ | iniquitates δ K ipsorum χ **37** iustitiam dei *tr.* δ **38** adiutorio eius *tr.* δ **11, 2** fastidium] fastidio χ **6** putaris χ | videris χ

Quid ergo restat? Ut et quod te delectat verbum dei, non tibi tribuas, neque hinc aliqua infleris arrogantia, et avidus cibi in eos qui fastidio periclitantur superbe insilias. Intellege etiam tibi praestitum esse hoc, non a te tibi esse. *Quid enim habes quod non accepisti*? Hoc ergo intelligens, et hoc vitio atque languore periclitans, fac quod sequitur: **EXCLAMAVERUNT AD DOMINUM, CUM TRIBULARENTUR, ET DE NECESSITATIBUS EORUM LIBERAVIT EOS.** Et quia languor erat non delectari: **MISIT VERBUM SUUM, ET SANAVIT EOS.** Vide quid mali habeat fastidium; vide unde liberat ille ad quem clamat fastidiens. MISIT VERBUM SUUM, ET SANAVIT EOS. **ET ERUIT EOS.** Unde? Non de errore, non de fame, non de difficultate vincendi peccata, sed **DE CORRUPTELA EORUM.** Quaedam corruptela mentis est fastidire quod dulce est. Ergo et de hoc beneficio, sicut de ceteris superioribus, **CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS, ET MIRABILIA EIUS FILIIS HOMINUM, ET SACRIFICENT SACRIFICIUM LAUDIS.** Iam enim ut laudetur, suavis est dominus.

v. 19 *v. 20* *v. 21-22* cc 1577

ET ENUNTIENT OPERA EIUS IN EXSULTATIONE, non cum taedio, non cum maerore, non cum anxietate, non cum fastidio, sed IN EXSULTATIONE.

(12.) Quarta illa restat, in qua omnes periclitamur. Omnes enim in navi sumus: alii operantur, alii portantur; simul tamen omnes et in tempestate periclitantur, et in portu salvantur. Post haec enim omnia sequitur: **QUI DESCENDUNT MARE IN NAVIBUS, FACIENTES OPERATIONEM IN AQUIS MULTIS**, id est in populis multis. Aquas enim saepe pro populis poni, testis est

v. 23

11, 12sq. 1 Cor. 4,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

9 et *om. C ma* | delectet *ε* **11** praestitum tibi *tr. ε χ ζ* **13** langore *ε* **14** exclamaverunt] et *praem. χ ζ P_{23} Y X ma*; et clamaverunt *C* **16** langor V_2 *ε* **17** male *χ* **19** eruet α_2; eripuit *ε ζ C ma* | non[1] ... fame] non de fame non de errore *tr. χ* **23** miserationes *ε χ ζ C P_{23} Y X Psalt.Ver. ma*; misericordia *π* **24** et] ut *α* **26** adnuntient *K (pc.) ζ* **12, 4** mare] in *praem. δ χ* **5** operationes *α A H_1* **6** poni] consuevit *add. δ*

Apocalypsis Iohannis, ubi interrogans Iohannes quid illae aquae essent, responsum est ei: *Populi sunt*. Qui ergo faciunt operationem in aquis multis, **IPSI VIDERUNT OPERA DOMINI ET MIRABILIA EIUS IN PROFUNDO**. Quid enim profundius cordibus humanis? Inde plerumque venti erumpunt, tempestates seditionum et dissensionum navem perturbant. Et quid agitur in his? Volens deus ut ad eum clamarent et hi qui gubernant, et hi qui portantur, **DIXIT, ET STETIT SPIRITUS PROCELLAE**. Quid est STETIT? Permansit, perduravit: adhuc turbat, diu iactat, saevit, et non transit. DIXIT enim, ET STETIT SPIRITUS PROCELLAE. Et quid egit iste spiritus procellae? **ET EXALTATI SUNT FLUCTUS EIUS. ASCENDUNT USQUE AD CAELOS** audendo, **DESCENDUNT USQUE IN ABYSSUS**, timendo. ASCENDUNT USQUE IN CAELOS, DESCENDUNT USQUE IN ABYSSUS: *foris pugnae, intus timores*.

v. 24 *v. 25* *v. 26*

ANIMA EORUM IN MALIS TABESCEBAT, TURBATI SUNT ET MOTI SUNT SICUT EBRIUS. Qui sedent ad gubernacula, et qui fideliter navem amant, sentiunt quod dico: TURBATI SUNT ET MOTI SUNT SICUT EBRIUS. Certe quando loquuntur, quando legunt, quando tractant, sapientes apparent: vae a tempestate! **ET OMNIS** inquit **SAPIENTIA EORUM ABSORPTA EST**. Aliquando
cc 1578 deficiunt omnia humana consilia; quacumque se quisque converterit fluctus fremunt, tempestas saevit, brachia deficiunt; quo prora impingatur, cui fluctui latus non detur, quo navis impulsa

v. 27

12, 8 Apoc. 17,15 **20** 2 Cor. 7,5

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

7 apocalypsis] in *praem.* δ | interrogat $\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ | Iohannes *om.* δ | quid] quae δ **8** responsum] et *praem.* χ | operatione χ **13** hi[1]] hii *A S* P_{23} | hi[2]] hii *K* P_{23} **14** quid ... 16 procellae *om.* α_2 **16** transivit ε | enim *om.* $\alpha_2\delta$ | et[1] *om.* $V_2\delta$ *C* | et[2] *om.* δ **18** audiendo *N Gt* | descendunt] ergo *praem.* ε | in] ad ε ζ P_{23} *X* **19** abyssus (*cf. 105,9,8*; *134,16,23*; *148,9,37*) χ; abyssos *cett. ma* | in] ad *Gt* χ P_{23} **20** in] ad $\varepsilon\zeta$ | abyssus χ; abyssos *cett. ma* | tumoris χ **21** animas $V_2\delta$ | tabescebant δ **25** vae a] heu pro dolor ea ε P_6 **27** quocumque δ; quaecumque χ **29** aelatus χ | non detur] nudetur $\varepsilon\zeta$ *C* P_{23} *Y X ma*

dimittatur, a quibus saxis ne pereat refrenetur, omnino a rectori-
v. 28-29 bus non videtur. Et quid restat, nisi quod sequitur? **ET EXCLAMAVERUNT AD DOMINUM CUM TRIBULARENTUR, ET DE NECESSITATIBUS EORUM EDUXIT EOS, ET IMPERAVIT PROCELLAE, ET STETIT IN AURAM.** Non stetit in tempestate, sed IN AURAM. **ET SILUERUNT FLUCTUS EIUS.** Audite de hac re vocem cuiusdam gubernatoris periclitati, humiliati, liberati: *Nolo* inquit *vos ignorare, fratres, de pressura nostra quae facta est in Asia, quia supra vires et supra modum gravati sumus* – vide omnem sapientiam eius absorptam – *ita ut taederet nos* inquit *vivere*. Et quid vivere? Et quid? Ille ita deficientes desereret? Aut non propterea illi defecerunt, ut ille apud eos gloriam reperiret? Denique quid sequitur? *Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non fidentes in nobis simus, sed in deo qui suscitat mortuos*. ET IMPERAVIT PROCELLAE, ET STETIT IN AURAM. Iam illi de se apud se responsum mortis habuerant, quorum omnis sapientia absorpta erat. ET
v. 30-31 SILUERUNT FLUCTUS EIUS, **ET IUCUNDATI SUNT QUONIAM SILUERUNT, ET DEDUXIT EOS IN PORTUM VOLUNTATIS EORUM.**

CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS. Ubique omnino, ubique CONFITEANTUR DOMINO, non merita nostra, non vires nostrae, non sapientia nostra, sed MISERATIONES EIUS. Ille ametur in omni nostra liberatione, qui est invocatus in omni nostra tribulatione. CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS, **ET MIRABILIA EIUS FILIIS HOMINUM.**

mi 1426

36–43 2 Cor. 1,8*sq.*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

30 dimittatur] non *praem.* χ **31** clamaverunt δ T *Psalt.Ga.* **34** auram[1]] aura V_2 H_1 (*pc.*) χ; aulam *Psalt.Ver.* | tempestatem T *ma* | auram[2]] aura V_2 δ; aurem N χ **35** cuiusdam vocem *tr.* χ P_{23} **36** vos *om.* A H_1 **38** gravati sumus et supra modum *tr.* X *ma* | video N ζ C (*pc.*) *ma* **39** absorta χ vivere[1]] etiam *praem.* α_2 ε χ ζ C (*pc.*) P_{23} X *ma, Vulg.* | et[1] ... vivere *om.* α_2 ε χ P_{23} X *ma* **44** aura α_2 χ | ille χ **45** habuerunt α_2 ε T **51** invocandus α

(13.) Et videte unde dicat, unde omnia ista praelocutus sit, unde haec omnia enumeraverit, ubi agantur haec: **EXALTENT EUM IN ECCLESIA POPULI, ET IN CATHEDRA SENIORUM LAUDENT EUM.** Et EXALTENT EUM, hoc est LAUDENT EUM, et LAUDENT EUM, hoc est EXALTENT EUM. Exaltent, laudent populi et seniores, negotiatores et gubernatores. Quid enim fecit in hac ecclesia? Quid constituit? Unde illam eruit? Quid ei praestitit? Quemadmodum superbis restitit, humilibus gratiam dedit – superbis, scilicet primo populo Iudaeorum, arroganti et extollenti se de genere Abrahae, et quod illi genti sint credita eloquia dei: non eis haec valebant ad sanitatem, sed ad exaltationem cordis, ad tumorem potius quam ad magnitudinem – quid ergo fecit deus, superbis resistens, humilibus dans gratiam, ramos naturales cc 1579 propter superbiam amputans, oleastrum propter humilitatem inserens? Quid fecit deus? *v. 32*

Audite haec duo, deus primo quemadmodum superbis resistat, deinde quemadmodum humilibus det gratiam: **POSUIT FLUMINA IN DESERTUM.** Currebant ibi aquae, currebant prophetiae: quaere modo apud Iudaeos, non invenis. POSUIT enim FLUMINA IN DESERTUM, **ET EXITUS AQUARUM IN SITIM.** POSUIT FLUMINA IN DESERTUM. Dicant: *Iam non est propheta, et nos non cognoscet adhuc.* POSUIT FLUMINA IN DESERTUM, ET EXITUS AQUARUM IN SITIM, **TERRAM FRUCTIFERAM IN SALINAS.** Quae- *v. 33* *v. 34*

13, 8 superbis ... dedit] *cf.* Prov. 3,34; Iac. 4,6; 1 Petr. 5,5 **10** illi ... dei] *cf.* Rom. 3,2 **13–15** ramos ... inserens] *cf.* Rom. 11,17-24 **21sq.** Ps. 73,9

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

13, 2 unde] et *praem.* χ | omnia haec *tr.* X *ma* | innummeraverit χ | exaltent] et *praem.* ε X *ma* **3** populi] plebis δ S *Psalt.Ga.* | et ... eum *om.* δ **4** et[1] *om.* V_2 K **6** hac ecclesia] hac saecula A G; hoc saeculo *pc.* A G; *ac.* H_1 **8** humilibus] autem *add.* α_2 | dat gratiam α_2 **9** adrogante χ | extollente χ **10** sint] sit δ (sint *ir.* H_1) | credit δ **13** humilibus] autem *add.* α_2 **16** primum V_2 δ **19** Iudaeos] prophetam *add.* ε ζ C (*pc.*) P_{23} *ma* | enim *om.* α **20** et *om.* δ | posuit ... desertum *om.* α **21** nos *om.* δ **22** agnoscit δ; cognoscit χ; agnoscet C | adhuc] amplius *praem.* ε ζ C (*pc.*) Y | deserto χ

ris ibi fidem Christi, non invenis; quaeris prophetam, non invenis; quaeris sacerdotem, non invenis; quaeris sacrificium, non mi 1427
invenis; quaeris templum, non invenis. Quare hoc? Quia POSUIT FLUMINA IN DESERTUM, ET EXITUS AQUARUM IN SITIM; TERRAM FRUCTIFERAM IN SALINAS. Unde? Quo merito? **A MALITIA INHABITANTIUM IN EA**. Ecce quomodo superbis resistit.

v. 35 Audi quomodo humilibus det gratiam: **POSUIT DESERTUM IN STAGNA AQUARUM, ET TERRAM SINE AQUA IN EXITUS AQUARUM, ET HABITARE FECIT ILLIC ESURIENTES**, quoniam illic dictum est: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec*. Quaeris enim sacrificium apud Iudaeos? Non habes secundum ordinem Aaron, quia POSUIT FLUMINA IN DESERTUM. Quaeris secundum ordinem Melchisedec? Apud illos non invenis, sed per totum orbem celebratur in ecclesia: *A solis ortu usque ad occasum laudatur nomen domini*. Et dicit deus illis quorum flumina posuit in desertum: *Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus, nec accipiam sacrificium de manibus vestris, quoniam ab ortu solis usque ad occasum sacrificium mundum offertur nomini meo*. Ubi erant omnia immunda sacrificia, quando desertum erant, quando squalebant, quando salinae erant omnes gentes, ibi nunc fontes, ibi nunc flumina, ibi nunc stagna aquarum, et exitus aquarum. Ergo superbis restitit, humilibus autem dedit gratiam.

v. 36 **ET HABITARE FECIT ILLIC ESURIENTES**, quia *edent pauperes, et saturabuntur*.

ET CONSTITUERUNT CIVITATEM HABITATIONIS: interim habitationis in spe, quoniam *qui me audit inquit habitabit in spe*.

33sq. Ps. 109,4 **37sq.** Ps. 112,3 **39–42** Mal. 1,10-11 **46sq.** Ps. 21,27 **49** Prov. 1,33

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

---

24 prophetiam ε **25** non invenis^2 *om.* δ **27** et *om.* δ **30** dat $\varepsilon \chi \zeta P_{23}$ **33** illic $\alpha_2 \delta$ *Tma*; illi *cett.* **37** usque ... occasum] et occasu δ **38** posuit flumina *tr.* $\varepsilon \zeta P_{23}$ **39** in vobis dicit dominus voluntas *tr.* δ **40** quoniam] quo χ **42** sacrificia] sacrificium δ **45** gratiam dedit *tr.* εP_6 **46** et^1] iam *praem.* $V_2 \delta$ **49** habitat δP_6

ET CONSTITUERUNT CIVITATEM HABITATIONIS, **ET SEMINAVERUNT AGROS, ET PLANTAVERUNT VINEAS, ET FECERUNT FRUCTUM FRUMENTI**, ad quem gaudet operarius ille qui dicit: *Non quia quaero datum, sed requiro fructum*. *v. 37*

ET BENEDIXIT EOS ET MULTIPLICATI SUNT NIMIS, ET IUMENTA EORUM NON SUNT DEMINUTA. Hoc stat. *Firmum* enim *fundamentum dei stat,* quia *novit dominus qui sunt eius.* Iumenta et pecora dicuntur in ecclesia simpliciter ambulantia, sed utilia; non multum docta, sed fide plena. Ergo et spiritales et carnales. BENEDIXIT EOS ET MULTIPLICATI SUNT NIMIS, ET IUMENTA EORUM NON SUNT DEMINUTA.

(14.) ET PAUCI FACTI SUNT, ET VEXATI SUNT. Unde hoc? De transverso? Immo de interno. Ut enim pauci fierent, *ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.* Ideo autem tamquam de his dicit, de quibus antea loquebatur, ut cum intellectu discernantur, quia tamquam de eisdem loquitur, propter communia sacramenta. Ad populum enim dei pertinent, etsi non per virtutem, certe per speciem pietatis. De illis enim audivimus apostolum: *In novissimis temporibus instabunt tempora saeva; erunt enim homines seipsos amantes*. Primum malum: *seipsos amantes*, utique sibi placentes. Utinam sibi displicerent, et deum amarent! Utinam in difficultatibus exclamarent, et a necessitatibus liberarentur! Sed multum de se praesumentes PAUCI FACTI SUNT. Manifestum est, fratres, omnes qui se dividunt ab unitate, pauci fiunt. Multi enim sunt, sed in unitate, dum non separantur ab unitate; cum enim coeperit ad eos non pertinere multitudo unitatis, in haeresi et in schismate pauci sunt. ET PAUCI FACTI SUNT, ET VEXATI SUNT. *v. 39*

cc 1580 mi 1428

52sq. Phil. 4,17 **55sq.** 2 Tim. 2,19 **14, 2sq.** ex ... nobis²] 1 Ioh. 2,19 **4** de ... loquebatur] *scil. de haereticis*; *cf. s. 8,10* **7–9** 2 Tim. 3,1-2

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

54 eis ε TP_{23} **55** deminuta] minorata α | hoc] est *add.* δ **14, 4** ante $V_2\delta$ **5** eisdem $\delta\zeta$; hisdem *cett. ma* **9** primum ... amantes *om.* $V_2\delta C$ **10** deum amarent] deo placerent $\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ *ma* **13** fratres] patres δ | fiunt] facti sunt δ **14** non] sunt *add.* $\varepsilon\chi P_{23}$ **16** et² ... sunt *om.* δ

v. 40 **A TRIBULATIONE MALORUM ET DOLORE, EFFUSUS EST CONTEMPTUS SUPER PRINCIPES.** Reprobati enim sunt ab ecclesia dei, et magis: quia principes esse voluerunt, ideo contempti sunt, et facti sunt sal infatuatus proiectus foras; ideo conculcatur ab hominibus. EFFUSUS EST CONTEMPTUS SUPER PRINCIPES.

ET SEDUXIT EOS IN INVIO, ET NON IN VIA. Illi superius IN VIA, illi ad civitatem directi, denique deducti, non seducti: isti autem IN INVIO seducti. Quid est SEDUXIT EOS? *Tradidit illos in concupiscentias cordis eorum*. Hoc est enim SEDUXIT, donavit illos sibi. Nam si proprie quaeras, ipsi se seducunt. Qui enim *putat se esse aliquid, cum sit nihil, seipsum seducit*. Quid est ergo SEDUXIT EOS? Dimisit eos. IN INVIO, ET NON IN VIA: quomodo enim IN VIA homines qui partem tenent et totum relinquunt? Quomodo IN VIA? Quae est enim via, aut ubi agnoscitur via? *Deus inquit misereatur nostri, et benedicat nos; illuminet vultum suum super nos, ut agnoscamus in terra viam tuam*. In qua terra? *In omnibus gentibus salutare tuum*. Utique tales ut minuantur, ut pauci fiant, hinc exeunt; a multitudine unitatis omnes exierunt, sicut paulo cc 1581 ante commemoravi dictum de illis: *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim ex nobis fuissent, permansissent utique nobiscum*. Sed si forte nostri sunt in occulta praescientia dei, necesse est ut redeant. Quam multi non nostri adhuc quasi intus, et quam multi nostri adhuc quasi foris! *Novit dominus qui sunt*

20sq. sal ... hominibus] *cf.* Matth. 5,13 **22** superius] *cf. s. 9, 13* **24sq.** Rom. 1,24 **26sq.** Gal. 6,3 **30–33** deus ... tuum] Ps. 66,2-3 **34sq.** paulo ante] *cf. s. 14,2sq.* **35–37** 1 Ioh. 2,19 **39sq.** 2 Tim. 2,19

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

17 dolorum α | effusa est contemptio ε X **20** *infatuatum proiectum ε χ ζ P_{23} Y X *ma* | conculcantur Gt (*pc.*) An_3 (*pc.*) ζ **22** eduxit N Gt **23** deducti] illi *praem.* ε ζ **24** invia χ | illos] eos α P_{23}; *om.* δ; deus *add.* ε ζ X (*pc.*) *ma* **25** est *om.* δ | seduxit] eos *add.* δ **26** proprie si *tr.* χ T | se putat *tr.* A H_1 **27** nihil sit *tr.* δ χ P_{23} *ma, Vulg.* **30** enim] ergo C X *ma* | via[2]] in *praem.* ε **31** nostri *om.* δ **32** ut *om.* V_2 δ **33** minuatur δ **38** multi *om.* V_2 δ C

eius. Et illi non nostri qui intus sunt, quando occasiones invenerint, exeunt; et illi nostri qui foris sunt, quando occasiones invenerint, redeunt. Illud ergo accipite quod novit deus, secundum hoc SEDUXIT EOS IN INVIO, ET NON IN VIA. Et quid de illis fecit? Quod dicere coeperam, quod attente audiatis. Potuit illos pati intus semper, sed nos de illis non proficeremus; cum autem separati sunt, et per quaestiones malignas inquietant nos, propositum est nobis ex illis et inquisitionis studium, et timoris exemplum. Unusquisque tremit, cum alterum videt exisse, tamquam ex illius exitu dicatur illi: *Quapropter qui se putat stare, videat ne cadat*. Prosunt ergo quia exeunt; nam si intus essent, et tam mali essent, nihil de illis prodesset. Quid de illis dictum est in quodam psalmo? *Congregatio taurorum,* id est cervicatorum et superborum, *congregatio taurorum inter vaccas populorum*. Vaccas dicit seductiles animas, quae facile consentiunt seductoribus tauris. Sed quare hoc? *Ut excludantur hi qui probati sunt argento*. Quid est ut
mi 1429 excludantur? Ut appareant, ut emineant illi qui sunt probati in eloquio dei. Cum enim respondetur haereticis ex necessitate, aedificantur catholici ex utilitate. Hanc sententiam plane Paulus expressit: *Oportet enim* inquit *haereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis*. Oportet et tauros seducentes esse, ut qui probati sunt argento, manifesti sint, hoc est *excludantur*. Quid est argento probati? *Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum terrae, purgatum septuplum*. Quicumque sunt probati in hoc argento, id est in eloquio domini, non possunt plene exercere

49sq. 1 Cor. 10,12 **52–55** Ps. 67,31 **59sq.** 1 Cor. 11,19 **62sq.** Ps. 11,7

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

40 sunt intus *tr.* χ **47** inquisitiones *K C* **49** exitu] exiri V_2 (*ac.*) δ **50** tam] tamquam δ **51** prodessent δ | praedictum δ **55** ut[1] *om.* V_2 δ | hii χ **57** respondeatur ε P_6; responditur *K* | haereticis] tamquam *add.* ε ζ *Y* **58** plane sententiam *tr.* ε **59** expressit] dicens *add.* δ | probati] qui *praem.* χ **60** qui *om.* δ **61** sint] fiant ε ζ | hoc] id ζ **64** argentum ε | in eloquio] eloquia V_2 *A* H_1; in eloquia α_2 | exerceri An_3 (*pc.*) P_6; exerere χ

hoc argentum, nisi quaestionibus inquietati haereticorum. Et hic attendite quia non praetermissum est: ecce EFFUSUS EST CONTEMPTUS SUPER PRINCIPES, super illos tauros. Quare contempti sunt? Aliud annuntiantes. Quid sunt contempti? Anathematizati. *Quisquis enim vobis annuntiaverit praeterquam quod accepistis, anathema sit*. Quid tam contemptum quam sal infatuatum, quod foras proiectum conculcatur? Et videte si non principes sunt; ipsum Paulum audite: *Licet si nos, aut angelus de caelo evangelizaverit vobis praeterquam quod accepistis, anathema sit*. Principes sunt, docti sunt, magni sunt, lapides pretiosi sunt. Quid adhuc dicturus es? Numquid angeli sunt? Et tamen, *si angelus de caelo vobis annuntiaverit praeterquam quod accepistis, anathema sit*: quia et ipse diabolus angelus de caelo lapsus est. EFFUSUS EST ergo CONTEMPTUS SUPER PRINCIPES. cc 1582

v. 41 **ET ADIUVIT PAUPEREM A MENDICITATE.** Quid est hoc, fratres? Contempti sunt principes, et adiutus est pauper. Abiecti sunt superbi, et instructus est humilis. Hoc fecit, et hoc faciendo ADIUVIT PAUPEREM A MENDICITATE. Mendicus ille est, nihil sibi tribuens, totum de misericordia dei exspectans, ante ianuam dominicam quotidie clamat, pulsans ut aperiatur ei, nudus et tremens ut vestiatur, oculos in terram deiciens, et pectus tundens. Istum mendicum, hunc pauperem, hunc humilem adiuvit deus plurimum, etiam de ipsa separatione haereticorum, qui PAUCI

69sq. Gal. 1,9 **70sq.** quam ... conculcatur] *cf.* Matth. 5,13 **72sq.** Gal. 1,8-9 **82** mendicus ille] *cf.* Luc. 16,20

$\pi(\alpha: V_2\ \alpha_2\ [=F_2\ Mc_2] + \delta: A\ G\ H_1)\quad \varepsilon(N\ Gt\ An_3)\quad \chi(K\ S)\quad \zeta(P_6\ T)\quad C\ Bn_2\ Ly\ Br_1\ P_{23}\quad$ *lect.sel.: Y X*

65 argento $\alpha_2\varepsilon$ **68** anathemati $V_2\delta\varepsilon\chi$ **69** annuntiaverit] evangelizaverit $\varepsilon\ \zeta$ **70** infatuatus qui foras proiectus $V_2\delta\ C\ X\ ma$ **72** angelos χ **73** quod *om.* δ **75** si] etsi $\chi\ T\ X\ ma$ **77** diabolus *om.* ζ | angelos $K\ C$ | est^2 *om.* δ **78** principes] eorum *add.* $\varepsilon\ C\ (pc.)$ **81** sunt *om.* ε | instructi sunt humiles $\varepsilon\ \zeta$ | est *om.* δ | fecit] et hoc facit *add.* χ **82** medicus $\delta\ X$ | est ille *tr. lo ma* **84** dominicam] domini eam $V_2\delta$ **86** humilem ... mendicum *tr.* χ **87** qui] quia $\alpha_2\varepsilon\zeta\ C\ ma$

FACTI SUNT ET VEXATI SUNT, ET SEDUCTI IN INVIO ET NON IN VIA.

Denique quid postea? Ex illis deminutis, seductis, paucis factis, vexatis, in adiuto paupere quid fit? **ET POSUIT SICUT OVES FAMILIAS.** Quasi unum pauperem et unum mendicum intellegebas, de quo dixit: ET ADIUVIT PAUPEREM A MENDICITATE. Pauper iste multae familiae sunt, pauper iste multae plebes sunt: multae ecclesiae, una ecclesia, una plebs, una familia, una ovis est. ET POSUIT SICUT OVES FAMILIAS. Magna mysteria ista, magna sacramenta, quam profunda, plena mysteriorum. Quam dulciter inventa, quia diu latentia! Ergo **VIDEBUNT RECTI ET IUCUNDABUNTUR, ET OMNIS INIQUITAS OPPILAVIT OS SUUM.** Iniquitas illa garriens contra unitatem, et cogens manifestari veritatem, convicta OPPILAVIT OS SUUM. *v. 42*

(15.) QUIS SAPIENS ET CUSTODIET HAEC, ET INTELLEGET MISERATIONES DOMINI? Videte quo clausit: QUIS SAPIENS ET CUSTODIET HAEC. Quid custoditurus est sapiens? Id est, si pauper sit, custodit; si non sit dives, id est non sit superbus, non sit inflatus, custodit haec? Quare enim custodit haec? Quia intellegit MISERATIONES DOMINI, non merita sua, non vires suas, non potentiam suam, sed MISERATIONES DOMINI, qui errantem et egentem in viam deduxit et pavit, qui pugnantem adversus difficultatem peccatorum, et colligatum vinculis consuetudinis solvit et liberavit, qui fastidientem verbum dei, et taedio quodam *v. 43*

π (*α*: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + *δ*: *A G* H_1) *ε* (*N Gt* An_3) *χ* (*K S*) *ζ* (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

88 et[2] *om.* V_2 *δ χ C* | seducti] sunt *add.* α_2 *ε χ ζ* P_{23}; ducti V_2 *δ* **90** quid] quod *δ* | deminutis ... vexatis] deminuti sunt seducti pauci facti sunt vexati sunt *ε Y* | pauci *δ χ* **91** in] et *χ* P_{23} | adiutorio *ε* | pauperi *ε ζ* | fit] fecit *α* **93** a mendicitate] de inopia *ε* P_6 **96** ista mysteria *tr. δ* **98** quia] quam *δ* **99** oppilavit *δ χ C Psalt.Ver.*; oppilabit *cett. Psalt.Ga. ma* | iniquitas[2] ... 101 suum *om. δ* **101** victa *ε* P_6 | oppilabit *π ζ X ma* **15, 2** miserationes] misericordias *δ* | dei *A G* | quo] fine *add. ε ζ* P_{23} *X ma*; quod *K* **3** quid] et *praem. ε ζ C* (*pc.*) *ma* **4** custodiat *δ* **5** custodit[1]] cutodiat *δ* (*ac.uv.* H_1) | intelleget *ε S ζ C* P_{23} *ma* **6** merito sua *A*; merito suo *G* H_1 **8** egentem] gementem V_2 *δ χ C* P_{23} **10** taedium *N Gt*

paene morientem, missa medicina verbi sui recreavit, qui periclitantem inter naufraga et procellosa discrimina mari placato ad portum perduxit, qui eum denique constituit in eo populo ubi *humilibus dat gratiam*, non in illo ubi *superbis resistit*, et fecit eum suum, ut intus manens multiplicaretur, non ut foras exiens minueretur. Hoc vident recti, et iucundantur. OMNIS ergo INIQUITAS OPPILAVIT OS SUUM, et SAPIENS qui est, CUSTODIET HAEC. Unde custodiet? Per humilitatem intellegendo miserationes domini, cc 1583 quia ubique dictum est: CONFITEANTUR DOMINO MISERATIONES EIUS, ET MIRABILIA EIUS FILIIS HOMINUM.

IN PSALMUM CVII

Plena huius Psalmi explanatio hoc loco non datur (cf. 1,1–4)

(1.) Psalmum centesimum septimum exponendum non putavi, quia iam exposui eum in psalmo quinquagesimo sexto, et in psalmo quinquagesimo nono, ex quorum postremis partibus iste constat. Nam postrema pars quinquagesimi sexti, prima est *v. 6* huius, usque ad eum versum ubi dicitur: **ET SUPER OMNEM TERRAM GLORIA TUA**. Hinc autem usque in finem postrema pars est quinquagesimi noni; sicut postrema pars centesimi tricesimi

15, 14 Prov. 3,34
1, 4 postrema ... sexti] *cf.* Ps. 56,8-12 **6** hinc] *cf.* Ps. 107,7 **6sq.** postrema ... noni] *cf.* Ps. 59,6-14 **7sq.** postrema ... quarti] *cf.* Ps. 134,15-20

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

12 naufragia α_2 H_1 ε ζ C (*pc.*) P_{23} X | procellosa] maris huius *add.* ε ζ C (*pc.*) X **14** gratiam dat *tr.* δ **17** oppilabit ζ C P_{23} Y X *ma* | qui est sapiens *tr. lo ma* custodit ε
1, 1 exponendo V_2 δ **2** quia iam] quoniam V_2 δ C Y; qui iam K; quoniam iam H_1 (*pc.*) X *ma* **4** iste] ita δ (iste *ir.* H_1) K; *lnp.* S **6** autem] enim ε | in] ad ε ζ P_{23}

quarti eadem est quae centesimi tertii decimi ab eo versu ubi dicitur: *Simulacra gentium argentum et aurum*; sicut tertius decimus et quinquagesimus secundus, mutatis aliquibus mediis, eadem habent omnia a principiis usque in fines. Quaecumque igitur in hoc psalmo centesimo septimo aliquantulum aliter posita sunt, quam in illis duobus, ex quorum partibus constat, non habent intellectum difficilem; sicut in quinquagesimo sexto dicitur: *Cantabo, et psallam; exsurge, gloria mea,* in isto autem: **CANTABO, ET PSALLAM IN GLORIA MEA.** Ad hoc enim dictum *v. 2* est et illic: **EXSURGE,** ut in illa cantaretur et psalleretur. Item ibi: *v. 3*
cc 1584 *Quoniam magnificata est usque ad caelos misericordia tua*, vel, sicut alii interpretati sunt, *elevata est*; hic autem: **QUONIAM** *v. 5* **MAGNA EST SUPER CAELOS MISERICORDIA TUA.** Ideo enim magnificata est usque ad caelos, ut magna sit in caelis: hoc enim voluit dicere SUPER CAELOS; item in quinquagesimo nono: *Laetabor, et dividam Sichimam*; hic vero: **EXALTABOR, ET DIVIDAM** *v. 8* **SICHIMAM.** Ubi ostenditur quod de dividenda Sichima significatum est post domini exaltationem praedictum futurum, et illam laetitiam ad hanc exaltationem pertinere, ut ideo laetetur quia exaltatur. Unde alibi dicit: *Convertisti luctum meum in gaudium*
mi 1431 *mihi, conscidisti saccum meum, et accinxisti me laetitia.* Item ibi: *Et*

---

8 eadem ... decimi] *cf.* Ps. 113,12-19 **9** Ps. 113,12; 134,15 **15** Ps. 56,8-9 **18sq.** quoniam ... est[2]] Ps. 56,11 **22sq.** Ps. 59,8 **27sq.** Ps. 29,12 **28sq.** Ps. 59,9

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1P_{23} *lect.sel.*: YX

---

8 eandem AH_1 | quae] quale $NGtT$; qualis An_3 | decimi *om.* δ **9** sicut] sic δ **11** a *om.* $V_2\delta$ | in fines χP_{23} *ma*; ad finem $V_2\delta C$; in finem $\alpha_2\varepsilon\zeta YX$ **13** quorum] quibus α_2 | constant α_2 **14** habet AH_1 | difficile δ **17** et[1] *om.* α_2H_1 (*pc.*) | ut] et AH_1 **20** magna est] magnificata $\alpha_2\delta\chi$ *Psalt.Ver.* **21** ad] in $V_2\delta$ **22** in *om.* $V_2\delta C$ **23** Sichimam *cc*; siccimam $P_{23}YX$; sicimam *cett. ma* | hic ... sichimam *om.* H_1N (*im.*) | vero] autem Xma **24** sichimam ... Sichima *cc*; siccimam ... siccima $P_{23}YX$; sicimam ... sicima *cett. ma* | de *om.* εT **25** exaltationem] exaltatione K; resurrectionem α_2 **26** exultationem α_2 **28** concidisti ζ

v. 9 *Ephraem fortitudo capitis mei*; hic autem: **ET EPHRAEM SUSCEPTIO CAPITIS MEI.** Suscipiendo enim fit fortitudo, id est suscipiendo fortes facit, fructificans in nobis; interpretatur enim Ephraem 'fructificatio'. Susceptio autem ad utrumque referri potest, sive cum suscipimus Christum, sive cum ipse nos suscipit, qui est
v. 14 caput ecclesiae. Et quod ibi ait: *Tribulantes nos*, hic ait: **INIMICOS NOSTROS**; utique iidem ipsi sunt.

(2.) Admonemur sane isto psalmo eos titulos qui tamquam de historia positi sunt, rectissime fieri ut secundum prophetiam intellegamus, secundum quod videmus psalmos esse conscriptos. Quid enim tam diversum secundum historiam, quam id quod est in titulo quinquagesimi sexti: *In finem, ne corrumpas; ipsi David, in tituli scriptione, cum fugeret a facie Saul in speluncam*, et in titulo quinquagesimi noni: *In finem, his qui immutabuntur, in tituli scriptione, ipsi David, in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam, Syriam, et Syriam Sobal, et convertit Ioab, et percussit in valle salinarum duodecim milia*? Nam praeter id quod positum est: *in tituli scriptione*, et *ipsi David*, et *in finem*, cetera ita diversa sunt, ut ille habeat humilitatem David, iste fortitudinem; ille fugam, iste victorias. Et tamen ex istorum duorum posterioribus partibus, quorum tam diversi tituli sunt, psalmus iste componitur, ubi significatur ad unum aliquid utrumque concurrere, non

31sq. Ephraem fructificatio] *cf.* Hier. nom. Hebr. 5,26; 17,25 (Lagarde) **34** Ps. 59,14 **2, 5sq.** Ps. 56,1 **7–10** Ps. 59,1

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

29 effrem $F_2\varepsilon$; efrem *Psalt.Ver.*; efraim χ; effraim *Psalt.Ga.* | hic ... mei *om.* δ *K* | Efrem *Psalt.Ver.*; Effraim F_2 *S* P_{23} *Psalt.Ga.* **31** fortis χ | Efraim $V_2\delta\varepsilon\chi P_6$ *C*; Effraym F_2 *Gt* P_{23} *Y* **34** ait[2]] autem *X ma* **35** idem *codd.* **2, 6** scriptione *G* H_1 *C*; scriptionem V_2 H_1 (*pc.*) *Y*; inscriptione F_2 *A N S*; inscriptionem Mc_2 *Gt* An_3 *K* ζ P_{23} *X ma* | spelunca $\pi\varepsilon$ *C X* **8** titulis δ scriptione δ; scriptionem V_2 H_1 (*pc.*) *C Y*; inscriptione F_2 *A* (*pc.*) *N T*; inscriptionem Mc_2 *Gt* $An_3\chi\zeta P_{23}$ *X* | doctrina $F_2\delta\varepsilon\zeta$ *Psalt.Ga.* **9** Syriam[1]] Syriae An_3 P_6 *Y* | Ioab] Iobal δ **11** scriptione δ *X*; scriptionem V_2 H_1 (*pc.*) *C Y*; inscriptione *A* (*pc.*) *S*; inscriptionem $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ | fine *A* H_1 **13** posteriorum ε **14** patribus δ (*uv.* H_1) **15** concurrere utrumque *tr. X ma*

superficie historiae, sed altitudine prophetiae, copulatis utriusque finibus in hoc uno, cuius est titulus: **CANTICUM PSALMI IPSI DAVID**, neutro illi titulo similis, praeter quod etiam hic positum est IPSI DAVID, quoniam multis partibus et multis modis, sicut ad Hebraeos epistola loquitur, olim deus locutus est patribus per prophetas; eum tamen locutus est quem misit postea, ut complerentur eloquia prophetarum: *Quotquot enim promissiones dei, in illo etiam.* *v. 1*

IN PSALMUM CVIII

cc 1585 (**1.**) Psalmum istum de Christo habere prophetiam, quisquis Actus Apostolorum fideliter legit, agnoscit, ubi de Christi traditore Iuda prophetatum esse quod hic scriptum est: FIANT DIES EIUS PAUCI, ET EPISCOPATUM EIUS ACCIPIAT ALTER, quando Matthias in locum Iudae ordinatus numero apostolorum duodecimus adiunctus est, evidenter apparet. Sed si de illo uno homine omnia quae hic in malo dicta sunt intellegere conemur, expositionis ratio non omnimodo, aut vix valebit occurrere, si autem de tali genere hominum malorum, id est inimicorum Christi ingratorumque Iudaeorum, omnia mihi videntur posse clarius aperiri. Sicut enim quaedam dicuntur quae ad apostolum Petrum proprie pertinere videantur, nec tamen habent illustrem intellectum, nisi *v. 8*

19–21 quoniam ... prophetas] *cf.* Hebr. 1,1 **22sq.** quotquot ... etiam] 2 Cor. 1,20
1, 2 Actus Apostolorum] Act. 1,20 **3sq.** Ps. 108,8 **5sq.** Matthias ... est] *cf.* Act. 1,24-26

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

18 neutro α P_{23} (*pc.*) Y (*pc.*) *ma*; ne ultro *cett.* | hic etiam *tr. lo ma* **20** patribus *om.* δ; nostris *add.* χ | per] in δ (*ac. uv.* H_1) **21** eum] in eo ε χ ζ P_{23} Y X **23** etiam] sunt α; *om.* δ C
1, 3 iudae δ | esse] est π C **7** malo α T *ma*; illo δ χ C P_{23}; male ε Y X **9** tale χ **12** videntur G H_1

cum referuntur ad ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam, propter primatum quem in discipulis habuit – sicut est: *Tibi dabo claves regni caelorum*, et si qua huiusmodi –, ita Iudas personam quodammodo sustinet inimicorum Christi Iudaeorum, qui et tunc oderant Christum, et nunc per successionem perseverante genere ipsius impietatis oderunt. De quibus hominibus et de quo populo possunt non inconvenienter intellegi non solum ea quae apertius de ipsis in hoc psalmo legimus, verum etiam illa quae proprie de ipso Iuda dicuntur expressius, sicuti est quod commemoravi: FIANT DIES EIUS PAUCI, ET EPISCOPATUM EIUS ACCIPIAT ALTER. Quod apparebit, adiuvante domino, cum ad eos versus tractandi ordine venerimus. mi 1432

v. 2 **(2.)** Incipit ergo ita psalmus: **DEUS LAUDEM MEAM NE TACUERIS, QUIA OS PECCATORIS ET OS DOLOSI SUPER ME APERTUM EST.** Unde apparet et falsam esse vituperationem quam non tacet peccator et dolosus, et veram esse laudem quam non tacet deus. Deus enim verax, *omnis* autem *homo mendax*, quia non est homo verax, nisi in quo loquitur deus. Laus autem maxima est unigeniti filii dei, qua hoc ipsum quod est unigenitus dei filius praedicatur. Hoc autem non apparebat, sed apparente infirmitate eius latebat, cum os peccatoris et os dolosi super eum apertum est. Et ideo illud apertum est, quia operta huius virtus fuit. Ideo autem dicit apertum os dolosi, quia odium, quod dolo tegebatur, erupit in vocem. Hoc etiam consequentibus versibus planius dicitur.

---

15 Matth. 16,19 **2, 5** Rom. 3,4

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

14 sicuti ε *C ma* **17** Christum oderant *tr.* $\varepsilon\zeta$ **23** accipiet $\varepsilon\chi$ *T* | dum $\varepsilon\chi\zeta$ *Y* **2, 2** os^2 *om. A G* **3** et *om. C X* **5** mendax] quia non est homo mendax *add.* χ **7** qua] quia $\delta\varepsilon$ *X* **9** os^2 *om.* $\alpha_2\varepsilon$ **10** virtus huius *tr. ma* **11** apertum] *est *add.* $\varepsilon\zeta$ *ma* | odio $V_2\delta$ *C* **12** etiam] enim $\varepsilon\chi\zeta$ P_{23} | consequentibus] in *praem.* $\varepsilon\zeta$ P_{23}

cc 1586 **(3.) LOCUTI SUNT ADVERSUS ME LINGUA DOLOSA:** tunc *v. 3*
utique quando eum tamquam magistrum bonum captiosa adulatione laudabant. Unde alibi dicitur: *Et qui laudabant me, adversus me iurabant.* Deinde quia eruperunt clamantes: *Crucifige, crucifige!*, secutus adiunxit: **ET SERMONIBUS ODII CIRCUMDEDERUNT ME.** Illi qui lingua dolosa, quasi non odii, sed dilectionis verba locuti sunt, ideo ADVERSUM ME, quia hoc insidiando faciebant; postea SERMONIBUS, non falsae et dolosae dilectionis, sed aperti ODII CIRCUMDEDERUNT ME, **ET EXPUGNAVERUNT ME GRATIS.** Sicut autem pii gratis amant Christum, sic impii gratis oderunt, quia sicut veritas, nullo extra eam proposito commodo, propter seipsam expetitur ab optimis, ita iniquitas a pessimis. Unde et apud auctores saecularium litterarum dictum est de quodam pessimo: *Gratuito potius malus atque crudelis erat*.

(4.) PRO EO inquit **UT DILIGERENT ME, DETRAHEBANT** *v. 4*
MIHI. Sex sunt in isto genere differentiae, quae commemoratae animadverti facillime possunt: reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; reddere bona pro bonis, reddere mala pro malis; non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis. Horum duo prima bonorum sunt, et eorum duorum prius melius; postrema duo malorum, et eorum posterius deterius; duo media quodammodo mediorum, sed eorum prius propinquum
mi 1433 bonis, posterius propinquum malis. Haec in scripturis sanctis oportet attendere.

3, 2sq. tamquam ... laudabant] *cf.* Luc. 20,21 **3sq.** Ps. 101,9 **4sq.** Ioh. 19,6 **14** Sall. Catil. 16,3

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **4, 2** sex] *inc. Flor*

3, 1 adversus χ *Psalt.Ver.*; adversum *cett. Psalt.Ga. ma* **3** me laudabant *tr.* V_2 δ | adversus N An_3 χ ζ C *Psalt.Ga. Psalt.Ver. ma*; adversum *cett.* **7** adversus An_3 χ C *ma*; adversum *cett.* **11** eum ε (*lnp. N*) | commodo] quomodo V_2 δ K **14** gratuitu δ χ | malis α_2 ε **4, 1** me diligerent *tr.* An_3 Gt ζ **4** reddere[1] ... malis *om.* α_2 | malis G (*pc.*) An_3 S (*pc.*) ζ (*pc.* P_6) *ma*; bonis *cett.* **5** reddere[2]] sed *praem.* ε ζ | reddere[2] ... bonis *om.* α_2 **6** duo] duorum V_2 χ **8** mediorum] meliora ε T; meliorum P_{23} Y; mediocria *Flor*

Reddit bona pro malis ipse dominus, *qui iustificat impium*, et pendens in cruce dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Cuius vestigia secutus Stephanus fixo genu oravit pro lapidantibus dicens: *Domine, ne statuas illis hoc delictum*. Ad quam rem praeceptum pertinet: *Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui oderunt vos, et orate pro eis qui vos persequuntur*.

Mala pro malis non esse reddenda Paulus apostolus dicit: *Nulli malum pro malo reddentes,* et apostolus Petrus: *Non reddentes malum pro malo, vel maledictum pro maledicto*, unde et in psalmis legitur: *Si reddidi retribuentibus mihi mala*.

Duorum postremorum illud mitius ad novem leprosos pertinet, qui cum mundati essent a domino, gratias non egerunt: illud vero ultimum, quo nihil est peius, ad hos pertinet, de quibus in isto psalmo dicitur: PRO EO UT DILIGERENT ME, DETRAHEBANT MIHI. Dilectionem quippe debebant tantis domini beneficiis, quam non solum minime reddebant, verum etiam pro illo bono irrogabant malum.

Duo vero media, quae diximus hominum quodammodo cc 1587
esse mediorum, ita se habent, ut eorum prius, quod est reddere bona pro bonis, habeant et boni et mediocriter boni, vel mediocriter mali. Ideo dominus hoc non reprehendit, sed non vult in eo solo suos discipulos permanere, quos vult ad maiora provehere, quibus dicit: *Si dilexeritis eos qui vos diligunt,* id est reddideritis

---

4, 11 Rom. 4,5 **12sq.** Luc. 23,34 **14** Act. 7,60 **15sq.** Matth. 5,44 **18** Rom. 12,17 **18sq.** 1 Petr. 3,9 **20** Ps. 7,5 **21sq.** ad ... egerunt] *cf.* Luc. 17,12-18 **28** diximus] *cf. s. 7sq.* **33–35** Matth. 5,46

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

12 quid] quod χ **13** vestigio $V_2\delta$ | Stephanus] sanctus *praem.* $\varepsilon\chi\zeta$ *ma* **14** delictum] peccatum V_2 *T* P_{23} **16** eis[1]] his δ *ma* | eis[2] ... persequuntur] persequentibus δ **20** psalmo $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ *Y* **21** leprosus χ **23** quo] quod π χ | hos] nos *A* H_1 **24** psalmo *om.* δ | dicitur] *legitur $V_2\delta$ *C Y X ma | me diligerent *tr.* δ *Gt* **28** quodam modum δ **30** et[1] *om.* $V_2\delta$ | et[2] *om.* $V_2\delta$ boni[2] *om.* $V_2\delta$ **32** discipulos suos *tr. lo ma* **33** reddideritis] si *praem.* $\varepsilon\zeta$ *ma*

bona pro bonis, *quam mercedem habebitis?* Id est quid magnum facietis? *Nonne et publicani haec faciunt?* Vult autem illos et hoc facere, et longe amplius, id est ut non solum amicos, verum etiam inimicos diligant. Posterius autem, quod est reddere mala pro malis, habeant et mali et mediocriter mali, vel mediocriter boni, usque adeo ut lex eis dederit ulciscendi modum: *Oculum pro oculo, dentem pro dente.* Quae, si dici potest, iniustorum iustitia est, non quia iniquum est ut recipiat quisque quod fecerit, alioquin lex nequaquam id constitueret, sed quia ulciscendi libido vitiosa est, magisque ad iudicem pertinet inter alios hoc decernere, quam bonum hominem sibi expetere.

Quapropter impii ex illa benignitatis summitate delapsi, ubi redduntur bona pro malis, ad quantam malignitatis profunditatem venerunt, retribuendo mala pro bonis! Quanto praecipitio tot gradus interpositos transierunt! Nec parvum aliquid putari debet, quia non ait PRO EO UT DILIGERENT ME 'interficiebant me', sed DETRAHEBANT MIHI. Ideo quippe interfecerunt, quia detraxerunt, negantes filium dei, et dicentes quod *In principe daemoniorum eicit daemonia*, et *Daemonium habet, et insanit*: *Quid eum auditis,* et cetera talia. Qua detractione ab illo avertebant eos quorum conversionem ille quaerebat, et ideo potius hoc dixit, ut ostenderet magis eos nocere qui Christo detrahunt, et mi 1434 per hoc animas interficiunt, quam qui eius mortalem carnem, mox praesertim resurrecturam, saeviendo peremerunt.

39sq. Deut. 19,21 **51sq.** Luc. 11,15 **52sq.** Ioh. 10,20

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **44** expetere] *des. Flor*

34 pro bona *tr.* ε **35** haec] hoc Mc_2 *G Gt* P_6 **36** amicus χ **37** mala] malum An_3 χ ζ **38** malis] mala *A* H_1 | habent χ P_6 P_{23} | et[1] *om.* π **39** reddiderit ε *T Y* **41** unusquisque α_2 ε ζ *ma* | alioqui *lo ma* **42** nequaquam id lex *tr.* δ constituerit χ **43** pertineat ε ζ | discernere α_2 ε χ ζ P_{23} *X* **46** at quantum δ; ad quantum *C* **47** tribuendo δ **48** parum V_2 δ χ *C* | putare χ **51** negantis χ | dei filium *tr. lo ma* | principem *A* H_1 χ **53** qua] quia δ **54** illi χ **55** ostenderit χ | noceri δ **57** resurrecturum δ

(5.) Sed cum dixisset: PRO EO UT DILIGERENT ME, DETRAHEBANT MIHI, quid ait? **EGO AUTEM ORABAM.** Non quidem dixit quid orabat. Sed quid melius intellegere debemus quam pro eis ipsis? Crucifixo enim maxime detrahebant, quando velut homini, quem quasi vicerant, illudebant. De qua cruce ille dixit: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, ut quoniam in profundo malignitatis reddebant ipsi mala pro bonis, ille in summo benignitatis redderet bona pro malis. Quamquam bene intellegatur etiam pro discipulis suis orasse, quod etiam ante passionem suam dixit, ne deficeret fides eorum, quando ipse pendens in ligno, ut commendaret patientiam, non ostendebat potentiam inter verba detrahentium, quos posset divina potestate delere. Sed nobis utilius erat quod patientiae praebebat exemplum, quam si suos inimicos sine dilatione perdendo ad hoc nos aedificaret, ut impa- cc 1588
tienter festinaremus de his quos malos patimur, vindicari, cum scriptum sit: *Melior est patiens quam fortis.* Docent igitur nos divina eloquia dominico exemplo, cum audivimus: PRO EO UT DILIGERENT ME, DETRAHEBANT MIHI, EGO AUTEM ORABAM, ut quando aliquos sentimus ingratos, non solum non reddentes bona, sed insuper reddentes mala pro bonis, nos oremus – et ipse quidem pro aliis vel saevientibus, vel dolentibus et in fide periclitantibus; nos vero etiam pro nobis primitus, ut animum nostrum deo miserante atque opitulante vincamus, quo ferimur in ulciscendi cupiditatem, cum detrahitur sive praesentibus sive absentibus nobis, deinde, cum Christi patientiam recordamur, tamquam

5, 5sq. Luc. 23,34 **9sq.** pro ... eorum] *cf.* Luc. 22,32 **11sq.** non ... detrahentium] *cf.* Matth. 27,41-43; Luc. 23,36-37 **16** Prov. 16,32

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

5, 2 mihi ... 4 detrahebant *om.* H_1 **3** quid^2 *om.* A G | intellegere debemus] *intellegimus π C Y X *ma* **4** quando velut] quandove illud ε **6** ut] et ε ζ **7** reddebat ε S (*pc.*) P_6 **9** suis *om.* δ **10** defecerit χ **12** possit χ **15** vindicare χ **16** fortis] vir *praem.* α_2 *ma* **17** dominicum exemplum V_2 H_1 χ P_{23}; dominico exemplum A (*ac.*) G (*ac.*) | audimus An_3 Gt C (*pc.*) *ma* **20** ipsi ε χ P_6 C **25** dum α S C

ipso excitato, sicut factum est cum dormiret in navi, qui perturbationem cordis nostri tempestatemque tranquillat, animo sedato atque placato oremus etiam pro ipsis detractoribus nostris, ut securi dicamus: *Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus.* Sed ille dimittebat qui peccatum quod ei dimitteretur utique non habebat.

(6.) Sequitur autem: **ET POSUERUNT ADVERSUM ME MALA PRO BONIS.** Et quasi quaereremus: 'Quae mala? Pro quibus bonis?' **ET ODIUM** inquit **PRO DILECTIONE MEA.** Hic est omnis et magnus reatus illorum. Nam quid nocere potuerunt persequentes voluntate, non necessitate morientem? Sed ipsum odium est crimen maximum persequentis, quamvis sit voluntaria poena patientis. Satis autem exposuit quemadmodum supra dixerit: PRO EO UT DILIGERENT ME, quia dilectionem non utcumque, sed dilectioni eius debebant, cum hic addidit: PRO DILECTIONE MEA. Hanc dilectionem in evangelio commemorat, ubi dicit: *Ierusalem, Ierusalem, quoties volui colligere filios tuos, tamquam gallina pullos suos sub alas suas, et noluisti.* *v. 5*

(7.) Deinde quae pro ipsa impietate recipiant incipit prophetare, et eo modo illa dicit, tamquam ulciscendi cupiditate optet ut fiant, cum dicantur futura certissima veritate, et per dei iustitiam super tales digne ventura. Quem modum futura praedicendi, velut specie male optandi, quidam non intellegentes putant odium odio et malo animo malum animum reddi, quoniam revera paucorum est dinoscere quomodo placeat poena iniquorum accusatori inimicitias exsaturare cupienti, et quam longe alio modo placeat iudici recta voluntate peccata punienti.

mi 1435

26 cum ... navi] *cf.* Matth. 8,24-25 **29** Matth. 6,12 **6, 10–12** Matth. 23,37

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

29 nobis] domine *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *Y* **6, 1** adversus χ **2** quaeremus χ **8** me diligerent *tr. lo ma* **9** dilectionem χ P_{23} **7, 3** optet] optent $Mc_2\,\varepsilon$; ea *praem.* α_2 **4** digne *G* (*pc.*) *X ma*; digna *cett.* | quemadmodum δ **5** speciem $\varepsilon\,\chi\,\zeta$ P_{23} **7** dignoscere Mc_2 P_6 *ma* | poena] plena *A* H_1 **8** exsaturari V_2 *G* (*pc.*) *S*; et saturari δ *K* **9** placeant ε

Ille quippe reddit malum pro malo, iste autem, etiam cum vindicat, non reddit malum pro malo, quoniam iustum reddit iniusto. Quod autem iustum est, utique bonum est. Punit ergo non cc 1589
delectatione alienae miseriae, quod est malum pro malo, sed dilectione iustitiae, quod est bonum pro malo. Itaque nec lumini scripturarum calumnientur caeci, nec opinantes quod deus peccata non puniat, ne quasi malum pro malo reddat, sibi blandiantur iniusti. Audiamus ergo deinde quid divinus sermo contexat, et in verbis quasi mala optantis intellegamus praedicta prophetantis, et deum iusta retribuentem sublevata in eius aeternam legem mente cernamus.

v. 6 **(8.) CONSTITUE SUPER EUM PECCATOREM, ET DIABOLUS STET A DEXTRIS EIUS.** Cum superius querela de pluribus fuerit, nunc de uno loquitur psalmus. Superius autem dixerat: LOCUTI SUNT ADVERSUM ME LINGUA DOLOSA, ET SERMONIBUS ODII CIRCUMDEDERUNT ME, ET EXPUGNAVERUNT ME GRATIS. PRO EO UT ME DILIGERENT, DETRAHEBANT MIHI, EGO AUTEM ORABAM. ET POSUERUNT ADVERSUM ME MALA PRO BONIS, ET ODIUM PRO DILECTIONE MEA. Omnia de pluribus. Nunc vero quid digni essent pro his iniquitatibus suis, et quid eis divino iudicio futurum esset praenuntians, CONSTITUE inquit SUPER EUM PECCATOREM, tamquam intendens in eum qui se tradidit talibus de qualibus suis inimicis superius loquebatur. Cum igitur hic Iudam traditorem secundum scripturam Actuum Apostolorum supplicio debito praenuntiet puniendum, quid est: CONSTITUE SUPER EUM PECCATOREM, nisi eum quem sequenti versu indicat, cum dicit: ET DIABOLUS STET A DEXTRIS EIUS? Hoc itaque meruit, ut

8, 12 – 14 Iudam ... puniendum] *cf.* Act. 1,20

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

10 etiam *om.* A (*ac.*) G **13** delectationes ε **14** luminis ε **15** nec *om.* ε T *ma* **16** ne] nec V_2 TX *ma* | reddet ε **19** aeterna legi (*sic!*) δ **8, 4** adversus $V_2\chi C$ | sermones $V_2\delta C$ **5** circuierunt δC | me[1] *om.* $V_2 C$ **6** diligerent me *tr.* χX *ma* **9** divino *om.* ε T **12** loquebatur superius *tr.* $V_2\delta X$ *ma* **16** stetit χ

super se habeat diabolum, id est diabolo subditus sit qui Christo esse subditus noluit. STET autem A DEXTRIS EIUS dictum est, quia opera diaboli praeposuit operibus dei. Hoc enim cuique non immerito dextrum dicitur quod praeponit, sicut sinistrae dextra praeponitur. Ideo et de illis qui saeculi huius gaudia praeponentes deo *beatum dixerunt populum cui haec sunt*, rectissime dictum est: *Dextera eorum dextera iniquitatis.* Unde quod dixerunt beatum populum cui haec sunt, *os eorum locutum est vanitatem*, quod de illis supra dictum est. Cuius autem os loquitur veritatem, contra illud quod dixerunt isti *beatum populum cui haec sunt*, debet etiam ipse dicere quod in eodem psalmo sequitur: *Beatus populus cuius dominus deus ipsorum*. Huic enim non diabolus est a dextris, sed dominus, sicut alibi dicit: *Providebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear.* Diabolus ergo stetit a dextris eius, quando praeposuit avaritiam sapientiae et pecuniam saluti suae, ut eum traderet, a quo debuit possideri, mi 1436 ne ab illo possideretur, cuius opera ipse Christus solvit, a quo noluit possideri.

(9.) CUM IUDICATUR, EXEAT CONDEMNATUS. Noluit *v. 7* cc 1590 enim talis esse cui diceretur: *Intra in gaudium domini tui,* sed talis de quo dicatur: *Proicite illum in tenebras exteriores*.

ET ORATIO EIUS FIAT IN PECCATUM, quoniam non est iusta oratio, nisi per Christum, quem vendidit immanitate peccati. Oratio autem quae non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit in peccatum. Quando

---

22 Ps. 143,15 **23** Ps. 143,11 **24** Ps.143,8 **27sq.** Ps. 143,15 **29sq.** Ps. 15,8 **9, 2** Matth. 25,21 **3** Matth. 25,30

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

18 subditus esse *tr.* χ P_{23} *ma* | quia] qui χ P_{23} **19** operibus] operi ε ζ **24** vanitatem] iniquitatem ε **25** autem] enim ε **27** quod] quod in eodem psalmo legitur *add.* δ **28** ipsius α_2 ε ζ **29** sicut] ipse *add.* α_2; et *add.* ε ζ *Y X ma* **30** nec ε **32** salutis ε **33** ipsi *N Gt* **9, 2** talis^2] tales χ **3** dicitur *Y ma* **5** immanitate] iniquitate V_2; in iniquitate δ **6** fit] *est V_2 δ *C X* **7** ipse ε

autem Iudas ita orare potuerit, ut oratio eius fieret in peccatum, quaeri potest. Credo antequam dominum traderet, et de illo tradendo iam cogitaret: non enim iam poterat orare per Christum. Nam posteaquam illum tradidit, eumque paenituit, si per Christum oraret, indulgentiam rogaret; si indulgentiam rogaret, spem haberet; si spem haberet, non sibi desperatione collum ligaret. Proinde cum dixisset: CUM IUDICATUR, EXEAT CONDEMNATUS, ne ab imminente condemnatione putaretur se potuisse oratione liberari, quam didicerat cum condiscipulis suis, ubi dicitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, ET ORATIO inquit EIUS FIAT IN PECCATUM, quia non fit per Christum, quem noluit sequi, sed persequi.

v. 8 (10.) **FIANT DIES EIUS PAUCI.** DIES EIUS dixit dies apostolatus eius, qui pauci fuerunt, quoniam ante domini passionem scelere ipsius et morte consumpti sunt. Et tamquam diceretur: 'Quid ergo fiet de numero sacratissimo duodenario, in quo non frustra dominus duodecim habere primos apostolos voluit?', continuo subiecit: **ET EPISCOPATUM EIUS ACCIPIAT ALTER.** Tamquam dicens: 'Et ipse pro suo merito puniatur, et ille numerus suppleatur'. Quod si quis quemadmodum factum sit scire desiderat, Actus Apostolorum legat.

v. 9 (11.) **FIANT FILII EIUS ORPHANI, ET UXOR EIUS VIDUA.** Utique mortuo ipso, et filii eius orphani et uxor eius viduata est.

17sq. Matth. 6,12 **10, 9** Actus Apostolorum] *cf.* Act. 1,20-26

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

8 fieret] non *praem.* ζ **9** credo] credendum V_2 δ **10** iam[1] *om.* δ | poterat iam *tr.* Mc_2 G **13** haberet[2]] *misericordiam speraret si misericordiam speraret *add.* ε χ ζ P_{23} Y X *ma* **16** liberare α_2 χ ζ P_{23} X *ma* **18** eius inquit *tr.* V_2 *ma* | fiet ε; illi *add.* ε P_6 C (*pc.*) **10, 2** qui] quia ε ζ | domini] deum V_2 δ passionem domini *tr. lo ma* | passionem] ipsa passione V_2 δ **3** sceleris α_2 **4** numero *om.* V_2 δ C | sacratissimo numero *tr.* X *ma* **5** apostolus A H_1 N Gt **6** accipiet α_2 N Gt **7** diceret ε P_6 **11, 2** utique ... est *om.* δ | orphani] orbati χ P_{23} | eius[2] *om.* V_2 χ C P_{23}

(12.) NUTANTES TRANSFERANTUR FILII EIUS, ET MENDICENT. NUTANTES dictum est: incerti quo eant, omni praesidio destituti. *v. 10*

EICIANTUR DE HABITATIONIBUS SUIS: exposuit quod supra dixerat, TRANSFERANTUR. Hoc autem totum quomodo uxori eius filiisque contigerit, sequentes indicant versus.

(13.) SCRUTETUR FENERATOR OMNEM SUBSTANTIAM EIUS, ET DIRIPIANT ALIENI LABORES EIUS. NON SIT ILLI ADIUTOR: ad tuendam dicit eius posteritatem. Ideo sequitur: **NEC SIT QUI MISEREATUR PUPILLIS EIUS.** *v. 11-12*

(14.) Sed quia possent etiam pupilli sine adiutore et sine
cc 1591 tutore, in aerumnis et egestate, tamen crescere, genus propagatione servare, sequitur et dicit: **FIANT NATI EIUS IN INTERITUM, IN GENERATIONE UNA DELEATUR NOMEN EIUS.** Id est, ut quod de illo generatum est iam non generet, et cito transeat. *v. 13*

(15.) Sed quid est quod deinde coniungit **IN MEMORIAM REDEAT INIQUITAS PATRUM EIUS IN CONSPECTU DOMINI, ET**
mi 1437 **PECCATUM MATRIS EIUS NON DELEATUR?** An intellegendum est, ut reddantur ei peccata etiam parentum suorum? Ei quippe non redduntur, qui fuerit mutatus in Christo, et coeperit esse non filius iniquorum, non imitatus mores eorum, quia et illud verissime scriptum est: *Reddam peccata patrum in filios*, et illud quod per prophetam dicitur: *Et anima patris mea est et anima filii* *v. 14*

15, 7 Exod. 20,5 **8sq.** Ezech. 18,4

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

12, 4 quid π *S C* **5** dixerit α_2 δ χ P_{23} | transferuntur V_2 δ | autem] enim ζ **6** contingeret δ | versus indicant *tr.* δ **13, 2** diripient δ **3** eius posteritatem dicit *tr. X ma* **14, 1** pupillis *G* H_1; eius *add.* δ | adiutorio *A* H_1 **2** genus] et *praem. X ma* | propagationis α_2 χ P_{23} **4** generatione *pc.* H_1; natione V_2 δ (*ac. uv.* H_1) | ut *om. X ma* **15, 1** subiungit α_2 H_1 (*pc.*) P_{23} *ma*; adiungit δ **3** an] ad δ **5** non esse *tr.* ε ζ **7** peccata] peccatum α_2 H_1 (*pc.*); iniquitatem δ | parentum α_2 *N* P_6 **8** est] de eo quod dictum est reddam peccata parentum in filios et alibi anima quae peccaverat (peccaverit *N*; peccat An_3 *Gt C*) ipsa morietur et anima patris mea est *add.* ε *C*

mea est: anima quae peccaverit, ipsa morietur. Hoc quippe dictum est de his qui convertuntur ad deum, et non imitantur mala parentum suorum, quod ipse propheta evidenter ostendit: dicit enim parentum iniquitates eis non obesse, qui iustitiam faciendo dissimiles fuerint. Illud autem quod dictum est: *Reddam peccata patrum in filios*, additum est *qui oderunt me*, hoc est 'sicut me oderant parentes eorum', ut quemadmodum bonorum imitatio facit ut etiam propria peccata deleantur, sic malorum imitatio faciat ut non solum sua, sed etiam eorum quos imitati sunt, merita sortiantur. Si ergo Iudas teneret illud ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua praeterita, vel parentum iniquitas pertineret. Quia ergo non tenuit adoptionem in familia dei, sed iniquitatem vetusti generis potius elegit, rediit iniquitas patrum eius in conspectu domini, ut in eo etiam ipsa puniretur, et peccatum matris eius non est in eo deletum.

v. 15 **(16.) FIANT CONTRA DOMINUM SEMPER**, id est patres eius et mater eius FIANT CONTRA DOMINUM SEMPER, non ut domino adversentur, sed ut merita eorum pessima non obliviscatur in isto dominus, cum illi et ipsa retribuet. CONTRA DOMINUM enim dixit: 'In conspectu domini'. Nam et alii interpretes sic transtulerunt: FIANT IN CONSPECTU DOMINI SEMPER; alii vero: FIANT CORAM DOMINO SEMPER, sicut alibi dictum est: *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* SEMPER autem dicit, ut sine remissione sit tantum illud scelus et hic et in futuro saeculo.

DISPEREAT DE TERRA MEMORIA EORUM: patrum scilicet et matris eius. Memoriam dicit eorum, quae in propagine generatio-

---

11 propheta ... dicit] *cf.* Ezech. 18,5-9 **16, 7sq.** Ps. 89,8

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

10 dominum ε ζ P_{23} **11** per prophetam α_2 δ **15** parentes] et *praem.* ε ζ **17** facit δ; fecit ζ **21** redit V_2 δ χ C P_{23}; reddit α_2 **22** ipse ζ **23** est ... deletum] deleretur ε χ ζ P_{23} **16, 1** pater ε K ζ **3** obliviscantur N Gt dominus in isto *tr.* δ **4** retribuat α_2 G (*pc.*) H_1 (*pc.*) **6** alii] et *praem.* ε **7** coram domino] contra dominum α_2 ε K T P_{23} | sicut ... est *om.* δ **11** generationi V_2; generationibus δ

nis custoditur: hanc prophetavit de terra perituram, quia et ipse Iudas et filii eius, qui erant tamquam memoria patrum et matris
cc 1592 eius, sine successione prolis, sicut superius dictum est, in brevita-
15 te unius generationis exstincti sunt.

(17.) Dicit aliquis: 'Etiamne hoc ad poenam Iudae pertinere credendum est, quod post eius mortem ad mendicitatem uxor eius et filii pervenerunt et translati sunt, eiecti de habitationibus suis, scrutante feneratore omnem substantiam eius et diripienti-
5 bus alienis omnes labores eius, nemine adiuvante nec miserante pupillos eius, et quod cito sunt sine posteris mortui? Numquid etiam de his quae in suis post mortem cuiusque contingunt, ullus mortuos tangit dolor? Aut haec saltim scire putandi sunt, quorum sensus alibi est pro meritis, seu bene seu male?' Cui respon-
10 deo magnam quidem esse quaestionem, nec in praesentia disserendam, quod sit operis prolixioris, utrum vel quatenus vel quomodo ea quae circa nos aguntur noverint spiritus mortuo-
mi 1438 rum. Veruntamen, quod breviter dici potest, si nulla illis esset cura de nobis, non diceret dominus dixisse illum divitem qui
15 tormenta apud inferos patiebatur: *Habeo ibi quinque fratres, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Sed quomodolibet intellegant qui hoc aliter intellegere conantur, et quia fatendum est non esse consequens ut, si sciunt mortui suos vivere, quia nec in locis poenarum eos vident, ubi dives ille erat, nec in requie
20 beatorum, ubi Lazarum et Abraham quamvis longe agnoscebat, ideo eos etiam quae circa eorum caros aguntur vel laeta vel tristia scire necesse sit, hoc dico: paucos esse eius animi homines, qui

---

14 superius ... est] *cf. s. 14,1-5* **17, 15sq.** Luc. 16,28 **19** dives ... erat] *cf.* Luc. 16,22 **20** Lazarum ... agnoscebat] *cf.* Luc. 16,23

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

12 haec ε | peritura ε **17, 1** dicet α *S C* P_{23} **2** mortem eius *tr.* δ **3** electi δ **6** pupillis α_2 δ *K* P_{23} | et] ut *N Gt*; aut An_3 | sine] in V_2 δ *S C* **7** de his] et eis ε | quae] qui δ | ullus] ullos α_2 ε *K*; ullas *A* H_1 **8** saltem V_2 *C* (*pc. ex* salutem) *X ma* **15** ibi *om.* χ P_{23} **16** venient *A G*; *om.* H_1 | locum hunc *tr. X ma* **18** quia] qui χ P_{23} **19** videt χ **21** quae] illa *praem.* α_2 ε χ ζ *C* (*pc.*) P_{23} *ma*

post mortem suam quid suis boni malive contingat, saltim dum vivunt, neglegant, atque omnino contemnant; multos autem, quod indicat etiam tanta cura condendae ultimae voluntatis et qualiumcumque testamentorum, satis agere ut cum defuncti fuerint, suis bene sit. Permansionem vero posteritatis suae per successionem generationum soli laudabiliter spernunt *qui seipsos abscidunt propter regnum caelorum*, et filios suos hoc facere cupiunt, et exoptant vel martyrio coronari, ita ut nullus eorum in terra remaneat. Ceteri autem omnes, aut paene omnes, felices volunt suos esse in hac vita post mortem suam, et suum genus interire nolunt. Quapropter quod Iuda tam infeliciter mortuo, ita uxor vidua et filii eius orphani remanserunt ut feneratore scrutante omnem substantiam eius, et diripientibus alienis labores eius, de suis habitationibus eicerentur, nec aliquem pupilli eius miserantem invenirent, et in una generatione sine posteris interirent, si haec sentiunt mortui, cumulus malorum est; si haec non sentiunt, formido vivorum. Si autem movet quomodo potuerit habere substantiam, quam fenerator scrutaretur alienique diriperent, quando iam cum aliis undecim dominum sequebatur, credat eum omnia quae habebat ita dimisisse filiis et uxori, cc 1593 ut non inde sinceriter vel perseveranter vinculum cupiditatis abruperit, qui etiamsi ea velut vendere videretur distribuenda pauperibus, profecto faceret quod Ananias post domini ascensio-

28sq. Matth. 19,12 **44sq.** vendere ... pauperibus] *cf.* Matth. 26,9; Marc. 14,5; Ioh. 12,6 **45sq.** faceret ... ascensionem] *cf.* Act. 5,1*sq.*

$\pi(\alpha\colon V_2\ \alpha_2\,[=F_2\,Mc_2] + \delta\colon A\ G\ H_1)\quad \varepsilon(N\,Gt\,An_3)\quad \chi(K\,S)\quad \zeta(P_6\,T)\quad C\,Bn_2\ Ly\,Br_1\,P_{23}$ *lect.sel.*: $Y\,X$

23 saltem $\alpha_2\,X\,ma$; salutem $V_2\,\delta$ **25** condendae] commendandae $\varepsilon\,\zeta\,C$ (*pc.*) *ma* | voluptatis ε **26** testamentorum] etiam *praem.* $\chi\,P_{23}$ **28** successiones $\alpha_2\,\varepsilon\,\chi\,\zeta\,C\,P_{23}\,ma$ | soli] solis $V_2\,A\,H_1$; soli se $\varepsilon\,\zeta\,C\,Y$ **30** et] vel $\alpha_2\,\varepsilon\,\chi\,\zeta\,P_{23}\,Y\,X$; *om.* C | et ... vel] exoptantve *ma* **31** omnes[1]] homines $\varepsilon\,T$ **32** esse suos *tr.* $\varepsilon\,\zeta$ **33** quapropter ... 38 est] *anacoluthon* **34** ita] ut *add.* $\varepsilon\,\zeta$ | uxor] eius *add.* ζ | remanserint An_3 (*pc.*) T | feneratores scrutantes $N\,Gt$ **35** labores] omnes *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ **36** eicerentur] dicerentur ζ **39** vivorum] est *praem.* ζ **40** poterit δ | scrutetur $V_2\,\delta\,N$ (*ac.*) **42** eum] ei $\alpha_2\,\delta$ **43** cupiditas ε **44** videntur $\delta\,C$ **45** ascensionem domini *tr.* δ

nem. Neque enim metueret ne hoc dominus divinitate cognosceret, quem falli putabat, quando ea quae mittebantur, de loculis auferebat.

(18.) Sed iam videamus, si possumus, quantum dominus adiuvat, quomodo ista convenire possint etiam in populum Iudaeorum, cuius inimicitiae contra dominum pertinaci odio permanserunt: cuius populi diximus Iudam in figura gessisse personam, sicut ecclesiae gessit apostolus Petrus.

CONSTITUE SUPER EUM PECCATOREM, ET DIABOLUS STET A DEXTRIS EIUS. Quemadmodum in Iuda, sic in isto populo intellegendum est qui repulso a se Christo factus est subditus diabolo, cuius persuasiones in omnibus pravis et terrenis cupiditatibus praeposuit aeternae saluti.

CUM IUDICATUR, EXEAT CONDEMNATUS, quia in nequitia et in infidelitate persistens thesaurizat sibi iram in revelatione *iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera eius*.

mi 1439 ET ORATIO EIUS FIAT IN PECCATUM, quia non fit per mediatorem dei et hominum, hominem Christum Iesum, et sacerdotem in aeternum secundum ordinem Melchisedec.

FIANT DIES EIUS PAUCI secundum regnum accipiendum est, quia non diu postea perseveravit regnum Iudaeorum.

ET EPISCOPATUM EIUS ACCIPIAT ALTER. Ipsum dominum Christum non incongruenter intellegi existimo episcopatum

---

47sq. quando ... auferebat] *cf.* Ioh. 12,6 **18, 4** diximus] *cf. s. 1,11-23* **12sq.** thesaurizat ... eius] *cf.* Rom. 2,5*sq.* **14sq.** mediatorem ... Iesum] *cf.* 1 Tim. 2,5 **15sq.** sacerdotem ... Melchisedec] *cf.* Ps. 109,4

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

46 metuerit χ | nec δ **47** quam δ **18, 2** adiuvet ε | conveniri ε | possent ε; possunt χ P_{23} | populo ε ζ **3** cuius] etiam *add. A* H_1 | dominum] Christum ε χ ζ P_{23} **5** cessit δ **6** a] ad *N Gt* **7** sic] et *add.* ζ | isto *om.* δ **9** persuasionis δ; persuasionem α_2 **10** praeposuit] qui posuit δ **11** in ... infidelitate] in nequitiae infidelitate V_2 δ **12** revelatione] die irae et revelationis ε χ ζ P_{23} *X ma*; revelationem *C* **15** Iesum Christum *tr. lo ma* **19** accipiet V_2 δ **20** Christum] Iesum *add.* δ

populi Iudaeorum, quia de tribu Iuda factus est secundum carnem. Et apostolus ait: *Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum.* Et ipse ait: *Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel*, quia illis exhibuit in carne praesentiam. Et magi qui *ab oriente venerunt*, hoc dixerunt: *Ubi est qui natus est rex Iudaeorum?* Et hoc in titulo scriptum erat super crucifixum, unde illud mutare volentibus non frustra respondit Pilatus: *Quod scripsi, scripsi.* Hunc ergo episcopatum populi Iudaeorum, id est dominum Christum accepit alter, id est populus gentium.

FIANT FILII EIUS ORPHANI, de quibus dicitur: *Filii autem regni ibunt in tenebras exteriores.* Facti sunt autem orphani amisso ipso regno, quasi patre perdito, quamquam et deum patrem bene intelleguntur amisisse: *Qui* enim *filium non habet*, ait veritas, *nec patrem habet.*

ET UXOR EIUS VIDUA. Uxor regni plebs intellegi potest, cui reges subditae dominantur: vidua vere facta est amisso regno.

NUTANTES TRANSFERANTUR FILII EIUS, ET MENDICENT. Nutaverunt periculis, urgentibus hostibus translati sunt debellati cc 1594
filii regni Iudaeorum. Quid est autem mendicare, nisi ad hominum misericordiam vivere, sicut vivunt sub earum gentium regibus, in quas translati sunt?

EICIANTUR DE HABITATIONIBUS SUIS. Ita factum est.

SCRUTETUR FENERATOR OMNEM SUBSTANTIAM EIUS, id est populi eius. Ubi nihil melius intellegitur, quam debita eorum

---

22–24 Rom. 15,8 **24sq.** Matth. 15,24 **26sq.** Matth. 2,1*sq.* **27–29** hoc ... scripsi] *cf.* Ioh. 19,19-22 **31sq.** Matth. 8,12 **34sq.** qui ... habet[2]] 1 Ioh. 2,23

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

24 perierant $\delta\varepsilon$ **25** quia] et *add.* $\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ **27** titulum χ | crucifixo δ **30** Christum] Iesum *praem.* δ **32** regni] huius *add.* $\alpha_2\varepsilon\zeta$ **37** regis χ subditae] ecclesiae *add.* ε *T* | vero ε *T* P_{23} *ma*; enim α_2 P_6 | regno] ipso *praem.* $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ *ma* **39** periculi surgentibus $V_2\delta$ | urguentibus χ **40** est *om.* δ **41** misericordiam] inanem δ | sub *om.* δ

non dimittantur, quia in solo Christo dimittuntur, quem respuerunt, qui etiam dicere docuit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debita debitoribus nostris.* OMNEM autem SUBSTANTIAM EIUS dictum est, omnem vitam eius, ut ei nulla debita, id est nulla peccata donentur.

ET DIRIPIANT ALIENI OMNES LABORES EIUS: diabolus et angeli eius, quia non thesaurizant in caelo qui non habent Christum.

NON SIT ILLI ADIUTOR. Quis adiutor est ei cui Christus non est?

NEC SIT QUI MISEREATUR PUPILLIS EIUS. Qui patre perdito, id est regno, sic remanserunt, aut amisso deo, cuius filium persecuti sunt et oderunt, non est qui eorum misereatur, non ad temporalem vitam sumendam vel sustentandam, sed ad veram vitam, id est aeternam.

FIANT NATI EIUS IN INTERITUM: utique in interitum sempiternum.

IN GENERATIONE UNA DELEATUR NOMEN EIUS. Quia generati sunt, non regenerati, ideo in una generatione delentur; nam in altera, id est in regeneratione, si autem cognoscerent et tenerent, non delerentur.

IN MEMORIAM REDEAT INIQUITAS PATRUM EIUS IN CONSPECTU DOMINI: ut reddat eidem populo dominus perseveranti in
mi 1440 malitia etiam patrum eius iniquitatem. Sic enim eis dicit: *Testimonium estis vobismetipsis, quia filii estis eorum qui prophetas*

47sq. Matth. 6,12 **69–71** Matth. 23,31

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

46 dimittantur] dimittentur α; dimittuntur $\delta\chi$ | quia] ei *add.* δ **48** debita ε *S*; *om. cett. ma* **51** omnes ε *T*; *om. cett. ma* **57** regnum χ **61** interitum[1]] interitur δ | interitum sempiternum] interitu sempiterno δ **63** nomen eius deleatur *tr.* δ **65** alteram $V_2\delta C$ | regeneratione] generationem δ; regenerationem V_2C | si autem δ; sic autem V_2; si eam *cett. ma* **69** malitiam V_2C eius *om.* δ | testimonio V_2C; testimonium enim α_2

occiderunt. Et paulo post ait: *Ut veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae.*

ET PECCATUM MATRIS EIUS NON DELEATUR: peccatum Ierusalem, quae *servit cum filiis suis*, quae interficit prophetas, et lapidat missos ad se.

FIANT CONTRA DOMINUM SEMPER, iniquitas et peccatum eorum, id est ut a conspectu domini non aboleantur, deo in aeternum vindicante.

ET DISPEREAT DE TERRA MEMORIA EORUM. Terra dei ager dei est; ager dei ecclesia dei est; de qua terra periit memoria eorum, qui cum essent rami naturales, *propter infidelitatem fracti sunt.*

v. 16 (19.) **PRO EO QUOD NON EST RECORDATUS** – vel ille Iudas vel ipse populus – **FACERE MISERICORDIAM**. Sed melius de populo accipitur quod ait: NON EST RECORDATUS. Nam si Christum occidit, saltim recordaretur paenitendo, et faceret misericordiam super membra eius, quae perseverantissime persecutus est. cc 1595

v. 17 Ideo dicit quia **PERSECUTUS EST HOMINEM INOPEM ET MENDICUM**. Potest quidem accipi de Iuda; quia non est dedignatus dominus pauper fieri, cum dives esset, ut illius paupertate nos ditaremur. Mendicum autem quomodo intellegam, nisi forte quia dixit mulieri Samaritanae: *Da mihi bibere*, et in cruce ait: *Sitio*? Sed quod sequitur quomodo accipiatur in ipso capite nostro, id est sui corporis salvatore, quem Iudas persecutus est, non invenio. Cum enim dixisset: ET PERSECUTUS EST HOMINEM INOPEM

71–73 Matth. 23,35 **74–76** peccatum[2] ... se] *cf.* Matth. 23,37 **75** Gal. 4,25 **82sq.** Rom. 11,20 **19, 7–9** non ... ditaremur] *cf.* 2 Cor. 8,9 **10** da ... bibere] Ioh. 4,7 | sitio] Ioh. 19,28

π (*α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2]* + *δ: A G H_1*) ε (*N Gt An_3*) χ (*K S*) ζ (*P_6 T*) *C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X*

---

71 ait *om.* ζ | vos] eos δ | omnes χ **75** interfecit χ P_{23} **82** qui] quia ε naturalis χ **19, 1** recordatus *om.* δ **4** saltem V_2 *X ma* **5** supra ε *T* | est *om.* δ **9** intellegamus χ *T* **11** *accipitur π *C* **12** salvatorem δ | non invenio] ait autem invenio V_2; ait autem inveniam *A G* (non invenio *ir. H_1*)

ET MENDICUM, adiecit atque ait: **ET COMPUNCTUM CORDE MORTIFICARE**, id est 'ut mortificaret': nam quidam etiam sic sunt interpretati. Compunctus autem corde non solet dici, nisi stimulis peccatorum in dolore paenitendi, sicut de illis dictum est, qui cum audissent apostolos post domini ascensionem, *compuncti sunt corde* qui occiderant dominum. Quos allocutus est beatissimus Petrus dicens inter cetera: *Agite paenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini Iesu Christi, et dimittentur vobis peccata vestra.* Sed quoniam iidem ipsi membra eius facti sunt, cuius in ligno membra fixerunt, populus Iudaeorum NON EST RECORDATUS FACERE MISERICORDIAM: persecutus est inopem et mendicum, sed in membris suis, de quibus dicturus est quod attinet ad ipsa opera misericordiae: *Quando uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis.* ET COMPUNCTUM CORDE MORTIFICARE: plane COMPUNCTUM CORDE, sed in membris suis. De his autem qui persecuti sunt, ut compunctum corde mortificarent, erat et Saulus consentiens in necem Stephani compuncti corde: quia et ipse Stephanus de illis erat qui compuncti sunt corde. Sed Saulus recordatus est facere misericordiam – et qui mane rapiebat, ad vesperum divisit escas –, et ipse compunctus corde, ut etiam in illo ipsi persequerentur inopem,
mi 1441 volentes mortificare compunctum corde. Hoc quippe oderant in Paulo apostolo, quia compunctus corde praedicabat quem fuerat persecutus. Inopem quippe et mendicum et compunctum corde in membris suis et ipse ut mortificaret persequens, audivit de

19 Act. 2,37 **20–22** Act. 2,38 **26sq.** Matth. 25,45 **30** Saulus ... Stephani] *cf.* Act. 8,1 **33** qui ... escas] *cf.* Gen. 49,27

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

15 mortificare] mortificaret ε | mortificaret] mortificatum *praem.* $\varepsilon\zeta$ **16** compunctum $V_2\delta\chi$ **18** apostolus *NK* **20** beatus $\varepsilon\zeta P_{23}$ **21** domini] nostri *add.* $\varepsilon\zeta P_{23}$ **22** idem *codd.* **24** recordatus est *tr.* δ **25** inopem] hominem *praem.* $\varepsilon\zeta$ *ma* **26** ipsam χ **30** corde *om.* δ | nece δ **31** illis] ipsis $\varepsilon\zeta$ **34** ipso illi $\alpha_2\varepsilon\zeta$; ipso ille χP_{23} **37** persecutus] ante *praem.* $\varepsilon P_6 P_{23}$ *ma*

caelo: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Et factus compunctus corde coepit talia pati, qualia faciebat compunctis corde.

v. 18 (20.) Deinde sequitur psalmus: **ET DILEXIT MALEDICTIONEM, ET VENIET EI.** Quamquam et Iudas maledictionem dilexerit, et furando de loculis, et dominum vendendo atque tradendo, cc 1596 tamen apertius populus ille dilexit maledictionem, quando dixit: *Sanguis huius super nos et super filios nostros.*

ET NOLUIT BENEDICTIONEM, ET ELONGABITUR AB EO: et Iudas quidem, quia noluit Christum, in quo est aeterna benedictio, sed apertius noluit benedictionem populus Iudaeorum, cui dixit ille illuminatus a domino: *Numquid et vos vultis discipuli eius fieri?* Et noluit benedictionem, et pro maledicto habuit, et respondit: *Tu sis discipulus eius*. Et longe facta est ab eo benedictio, quia transitum fecit ad gentes.

ET INDUIT MALEDICTIONEM SICUT VESTIMENTUM: sive Iudas, sive ille populus.

ET INTRAVIT SICUT AQUA IN INTERIORA EIUS: ergo et foris et intus; foris sicut vestimentum, intus sicut aqua, quoniam in eius incidit iudicium, *qui potest et corpus et animam occidere in gehenna*: corpus foris, animam intus.

ET SICUT OLEUM IN OSSIBUS EIUS. Ostendit eum cum delectatione malefacere, et comparare sibi maledictionem, hoc est poenam aeternam, quia benedictio vita aeterna est. Modo quippe malefacta delectant, SICUT AQUA IN INTERIORA, SICUT OLEUM IN OSSIBUS, sed ideo maledictio vocatur, quia talibus deus tormenta

---

39 Act. 9,4 **20, 3** furando ... loculis] *cf.* Ioh. 12,6 | dominum ... tradendo] *cf.* Matth. 26,15 **5** Matth. 27,25 **9sq.** Ioh. 9,27 **11** Ioh. 9,28 **17sq.** Matth. 10,28

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

---

40 compunctus $\pi\chi$ **20, 2** dilexerat $V_2\delta$ *C* **5** huius] eius *lo ma* **6** prolongabitur $V_2\delta$ **7** quia] quando α; *om.* δ | Christum noluit *tr. lo ma* **16** quoniam] quia $\varepsilon\zeta$ **17** qui] quia $\varepsilon\zeta$ | et corpus *om.* δ **18** gehennam $\alpha\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ **22** interiora] eius *add.* ε *X* | sicut[2]] et *praem.* $\varepsilon\zeta$ *ma* **23** ossibus] eius *add.* $\alpha_2\varepsilon$ *K X*

praedixit. Tamquam in ossibus autem oleum est maledictio, cum homines inde se fortes putant, quia licet eis mala tamquam impune committere.

(21.) FIAT EI SICUT VESTIMENTUM QUOD OPERIETUR. *v. 19* Cum superius iam dixerit de vestimento, quid est quod repetit? An quia dixerat: INDUIT MALEDICTIONEM SICUT VESTIMENTUM, differt ab eo vestimentum quo non 'induitur', sed 'operitur'? Induitur enim quisque tunica, operitur pallio. Et quid est hoc, nisi etiam in conspectu hominum de iniquitate gloriari?

ET SICUT ZONA inquit **QUA SEMPER PRAECINGITUR.** Maxime homines ideo praecinguntur, ut ad operandum sint aptiores, ne vestis sinibus praepediantur. Ergo maledictione se praecingit, qui malum non repentinum, sed dispositum aggreditur, et ita discit malefacere, ut semper paratus sit, unde et hic ait: ET SICUT ZONA QUA SEMPER PRAECINGITUR.

(22.) HOC OPUS EORUM QUI DETRAHUNT MIHI APUD DOMINUM. *v. 20* Non dixit 'merces eorum', sed OPUS EORUM. Manifestum est enim quod indumento et opertorio et aqua et oleo et zona ipsa opera describebat quibus aeterna maledictio comparatur. Non ergo est unus Iudas, sed multi, de quibus dicitur: HOC mi 1442 cc 1597 OPUS EORUM QUI DETRAHUNT MIHI APUD DOMINUM, quamquam pluralis numerus poni potuit pro numero singulari, sicut Herode mortuo dictum est ab angelo: *Mortui sunt qui quaerebant animam pueri*; sed qui magis detrahunt Christo apud dominum,

21, 2 superius ... dixerit] *cf. s. 20,13* **22, 8sq.** Matth. 2,20

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

24 autem in ossibus *tr.* $V_2\zeta$ **25** eis] eius χ **21, 1** quod (*cf. LXX*) α *A* $H_1\chi$ *C Psalt.Ver.*; quo *G* $\varepsilon\zeta P_{23}$ *ma* | operietur $\pi\chi$ *C Psalt.Ver.*; operitur $\varepsilon\zeta P_{23}$ *ma* **3** induet χP_{23} **4** ab eo *om.* δ | vestimento $\varepsilon\zeta P_{23}$ | quod $\varepsilon\chi\zeta P_{23}$ | operietur δ **5** operitur] operietur δ **6** gloriare χ **9** vestis] vestimenta δ | maledictionem α *N C*; maledictioni δ **10** qui] quia χ | repentino χ **22, 4** quibus] a *praem.* χP_{23} **7** pluralis] et *praem.* $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta X$ *ma* **8** Herode] ergo de χ

nisi illi qui ipsis verbis domini detrahunt, dicentes non esse ipsum quem lex domini et prophetae praenuntiarunt?

ET QUI LOQUUNTUR inquit **MALA ADVERSUS ANIMAM MEAM**, negando eum, cum voluisset, potuisse resurgere, cum dicat: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam.*

v. 21 **(23.) ET TU, DOMINE, DOMINE, FAC MECUM.** Quidam subaudiendam putaverunt 'misericordiam', quidam vero et addiderunt, sed emendatiores codices sic habent: ET TU, DOMINE, DOMINE, FAC MECUM **PROPTER NOMEN TUUM.** Unde sensus altior non est praetermittendus, ita dixisse filium patri: FAC MECUM, quia eadem opera sunt patris et filii. Ubi etiam si 'misericordiam' intellegamus – sequitur enim: **QUIA SUAVIS EST MISERICORDIA TUA –**, et ipsam quia non dixit 'fac in me', vel 'fac super me', vel aliquid huiusmodi, sed ait FAC MECUM, bene intellegimus et patrem et filium simul facere misericordiam *in vasa misericordiae*. Potest hoc etiam sic intellegi: FAC MECUM, id est 'adiuva me'; quod in quotidiana loquendi consuetudine habemus, cum de aliqua re quae pro partibus nostris est, dicimus: 'nobiscum facit'. Pater quippe adiuvat filium, in quantum deus hominem, propter formam servi: cui homini deus, et cui formae servi etiam dominus est pater. Nam in forma dei, filius adiutorio non indiget: aequaliter enim cum patre omnipotens est, ex quo et

14sq. Ioh. 10,18 **23, 6** eadem ... filii] *cf.* Ioh. 5,19 **10sq.** Rom. 9,23 **15** formam servi] *cf.* Phil. 2,7 **16** forma dei] *cf.* Phil. 2,6

π (*α*: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + *δ*: *A G* H_1) *ε* (*N Gt* An_3) *χ* (*K S*) *ζ* (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

10 qui illi *tr.* *α T C*; qui in illis *χ*; qui nonnulli *δ* (*ac. uv.* H_1) | ipsis] in *praem.* α_2 H_1 (*pc.*) *ε ζ* P_{23} **12** loquitur V_2 *δ C* | inquit *om.* *ε ζ* **13** cum[1]] quod *praem.* α_2 *ε* P_6 *Y* | resurgere potuisset *α* **23, 2** quidam ... addiderunt *cf. Psalt. Ver.* et *α χ* P_{23} *X Prosp. ma*; *om.* *δ ε ζ* **6** sunt opera *tr. Prosp. lo ma* | etiam] enim *δ* (etiam *im.* H_1) | si *om.* *ε ζ* **8** ipsa *χ* **11** id] hoc *δ* **13** patribus *ε* **15** formae] forma *δ*; formam *ε* **16** etiam servi *tr.* *δ* | pater nam] paterna *A C*; nam *om.* *G* H_1

ipse adiutor est hominis: *Sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat, sic et filius quos vult vivificat*. Nec alios pater alios filius, aut aliter pater aliter filius, quia et eadem facit et similiter. Unde in quantum homo est filius dei, deus illum suscitavit a mortuis, hoc est pater, cui dicit in psalmis: *Exsuscita me, et reddam illis*. In quantum autem deus est, etiam ipse se suscitavit, propter quod dicit: *Solvite templum hoc, et triduo suscitabo illud.* Quod etiam hic significavit, si quis diligenter intendat: scrutari enim iussit scripturas, quae testimonium perhibent de illo, non in superficie pertransiri. Non enim tantummodo ait: TU, DOMINE, DOMINE, FAC MECUM, sed ait: ET TU. Quid est ET TU, nisi quia et ego? Quod autem non semel DOMINE, sed repetens ait: DOMINE, DOMINE, habet in hoc orantis affectum, sicuti est: *Deus, deus*
cc 1598 *meus.* Quod vero cum dixisset FAC MECUM, addidit PROPTER NOMEN TUUM, gratiam commendavit. Nullis enim operum meritis praecedentibus in tantam celsitudinem subvecta est humana natura, ut totum simul verbum et caro, hoc est deus et homo, unigenitus dei filius diceretur. Hoc autem factum est, ut ab illo qui creaverat, per id quod non perierat, id quod perierat quaereretur. Unde et hic sequitur: QUIA SUAVIS EST MISERICORDIA TUA.

mi 1443 **(24.) LIBERA ME, QUIA EGENUS ET PAUPER EGO SUM.** *v. 22* Egestas et paupertas infirmitas est, ex qua crucifixus est.

ET COR MEUM CONTURBATUM EST INTRA ME. Hoc ad illud refertur quod ait propinquante passione: *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

18sq. sicut ... vivificat[2]] Ioh. 5,21 **22** Ps. 40,11 **24** Ioh. 2,19 **25sq.** scrutari ... illo] *cf.* Ioh. 5,39 **30sq.** Ps. 21,2 **24, 4sq.** Matth. 26,38

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

19 alios[1] ... alios χ C P_{23}; alius ... alius V_2 δ ε X; alias ... alias α_2 **21** suscitavit illum *tr. lo ma* **22** exsuscita V_2 δ C; et suscita α_2 χ P_{23}; suscita ε ζ **23** se *om.* π C **24** triduo] in *praem.* α_2 ε K (*pc.*) ζ P_{23} **25** hic] hoc δ **28** tu[1]] domine *add.* δ | et ego] ego et tu δ **30** in *om.* α_2 T | orationis ζ **32** meritis operum *tr. N Gt T* **33** subiecta δ C; sublecta α_2 **35** filius dei *tr. lo ma* **24, 3** turbatum δ ε χ T *Psalt.Ga.* **4** appropinquante V_2 δ | passioni δ

v. 23 **(25.) SICUT UMBRA CUM DECLINAT, ABLATUS SUM.** Hoc ipsam mortem significavit. Sicut enim ex umbra declinante fit nox, sic ex mortali carne fit mors.

EXCUSSUS SUM SICUT LOCUSTAE. Iam hoc in membris eius, hoc est fidelibus eius, convenientius intellegi existimo. Quod ut aliquanto apertius poneret, maluit dicere SICUT LOCUSTAE quam 'sicut locusta', quamvis et numero singulari possent accipi etiam multae, sicut illud est: *Dixit, et venit locusta*, sed esset obscurius. Excussi sunt ergo, id est fugati a persecutoribus fideles eius, quorum vel multitudinem significare voluit nomine locustarum, vel quod transilierunt de loco in locum.

v. 24 **(26.) GENUA MEA INFIRMATA SUNT A IEIUNIO.** Legimus dominum Christum quadraginta dierum habuisse ieiunium, sed tantumne in eo valuit illa inedia, ut genua eius infirmarentur? Et hoc in membris eius, hoc est sanctis eius, aptius intellegitur.

ET CARO MEA IMMUTATA EST PROPTER OLEUM: propter gratiam spiritalem. Unde et Christus appellatur a chrismate: chrisma est autem unctio. Caro autem propter oleum non in deterius, sed in melius immutata est, hoc est a mortis contumelia in gloriam immortalitatis exsurgens. Cum itaque dixisset et GENUA MEA INFIRMATA SUNT – ubi significatum esse arbitror eos qui in membris eius fortes videbantur, tamquam praesentia panis quo sustentabantur abstracta, in eius passione defecisse usque ad negationem, quae apparuit in Petro –, tamquam ad eos

---

25, 8 Ps. 104,34 **26, 2** dominum ... ieiunium] *cf.* Matth. 4,2 **13** negationem ... Petro] *cf.* Ioh. 18,17.25-27

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

25, 2 ipsa morte V_2; ipsum morte α_2; mortem ipsam *tr.* δ **4** hoc iam *tr. lo ma* **6** ut *om.* δ | aliquando $V_2\delta$ **7** locusta] et *praem.* $\varepsilon\zeta$ **8** illud] et *praem.* $\varepsilon\zeta$ **10** significari $V_2\delta$ **26, 3** valuit in eo *tr. X ma* | et] *an *praem.* π *T C X ma* **4** sanctis] in *praem.* $\alpha_2 P_6$ **7** autem est *tr.* δP_6; autem unctio est *tr. lo ma* | autem^2] ergo $V_2\chi TC$ | in] inde δ **9** et *om.* $V_2\delta P_6 C ma$ **10** sunt] a ieiunio *add.* $\alpha_2\varepsilon\chi\zeta C P_{23} X ma$ **11** eis $\delta\chi C$

confirmandos, ne succumbendo penitus caderent, ET CARO inquit IMMUTATA EST PROPTER OLEUM, ut eos a mea morte deficientes, mea resurrectione firmarem, et emisso spiritu sancto unguerem, qui non ad eos venisset, nisi ego abiissem. Hoc enim cc 1599 dixerat: *Non potest ille venire, nisi ego abiero*, et evangelista dixit: *Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.* Nondum erat immutata caro eius. Sive autem per aquam propter ablutionem vel irrigationem, sive per oleum propter exsultationem et inflammationem caritatis significetur spiritus sanctus, non ideo est a seipso diversus quia signa diversa sunt. Multum enim diversa sunt etiam leo et agnus, et tamen utroque significatus est Christus. Leo propter aliud, agnus propter aliud. Non tamen alius, quia nec fortis est agnus, nec innocens leo. Christus autem et innocens est ut agnus, et fortis ut leo. Dicit autem apud Isaiam ipse Iesus Christus: *Spiritus domini super me, propter quod unxit me.*

(27.) ET EGO FACTUS SUM OPPROBRIUM ILLIS: per mortem crucis. *Christus* enim *nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* *v. 25*

mi 1444 **VIDERUNT ME, ET MOVERUNT CAPITA SUA**, quia viderunt pependisse, non viderunt resurrexisse; viderunt quando eius genua sunt infirmata, non viderunt quando caro immutata.

---

18 Ioh. 16,7 **19** Ioh. 7,39 **28sq.** Is. 61,1 **27, 2sq.** Gal. 3,13

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

14 nec ε | cederet V_2; caderet δ K C | caro] mea *add.* α_2 ε χ ζ C (*pc.*) P_{23} *ma* **15** illos ε ζ | a *del.* H_1 (*pc.*) K (*pc.*) C (*pc.*) *ma* | mea] in ea N Gt **16** et *om.* δ N Gt | misso V_2 χ P_6 C P_{23}; in ipso α_2 **17** unguerem ε C (*pc.*) *ma*; urgueret δ; ungueret V_2 C; ungerem α_2 K (*pc.*) ζ; ungeret χ | qui] quia δ **18** et *om.* δ **19** fuerat] erat δ **22** *significatur V_2 A H_1; significabatur G | sanctus *om.* δ **24** diversa] diversi α_2 δ | significatus est] *significatur α G C; significatus A H_1 **26** alius] alios χ **27** et^2 *om.* δ | autem] enim α_2 ε ζ **28** Christus Iesus *tr.* N ζ **27, 3** maledictus δ **5** genua eius *tr.* ε ζ *ma* **6** caro] est *praem.* X *ma* | immutata] est *add.* δ Gt; *praem.* P_{23}

v. 26 **(28.) ADIUVA ME, DOMINE DEUS MEUS, SALVUM ME FAC SECUNDUM MISERICORDIAM TUAM.** Hoc ad totum referri potest, id est et ad caput et ad corpus: ad caput, propter formam servi; ad corpus, propter ipsos servos. Potuit enim et in eis dicere deo: ADIUVA ME, ET SALVUM ME FAC, in quibus Saulo dixit: *Quid me persequeris?* Quod autem addidit: SECUNDUM MISERICORDIAM TUAM, gratuita gratia commemoratur, non ex operum debito.

v. 27 **(29.) ET SCIANT QUONIAM MANUS TUA HAEC, ET TU, DOMINE, FECISTI EAM.** De his dixit SCIANT, pro quibus saevientibus et oravit, quia in eis quibus factus est opprobrium moventibus in eius illusionem capita sua, erant etiam hi qui in eum postea crediderunt. Discant autem qui formam humani corporis deo tribuunt, quomodo habeat deus manum. Si enim quod facit, manu facit, numquid et ipsam manum suam manu facit? Quomodo ergo hic dictum est: ET SCIANT QUONIAM MANUS TUA HAEC, ET TU, DOMINE, FECISTI EAM? Intellegamus itaque manum dei esse Christum, unde alibi dicitur: *Et brachium domini cui revelatum est?* Haec manus et est, et fecit eam, quia *in principio erat verbum, et verbum caro factum est*: et erat sine tempore secundum divinitatem, et *factus est ei ex semine David secundum carnem.*

v. 28 **(30.) MALEDICENT ILLI, ET TU BENEDICES.** Vana est ergo et falsa maledictio filiorum hominum diligentium vanitatem et quaerentium mendacium: deus autem cum benedicit, facit quod dicit. cc 1600

28, 5sq. Act. 9,4 **29, 2sq.** pro ... saevientibus] *cf.* Luc. 23,34 **3** factus ... opprobrium] *cf.* Ps. 30,12 **3sq.** moventibus ... sua] *cf.* Matth. 27,39 **10sq.** Is. 53,1 **11sq.** Ioh. 1,1.14 **13sq.** Rom. 1,3 **30, 2sq.** filiorum ... mendacium] *cf.* Ps. 4,3

π (α: V_2 $α_2$ [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

28, 2 secundum] propter *π* C | referre *χ* | potest] si *praem. ε* **7** gratuitam gratiam *χ*; gratia gratuita *tr. ζ* **29, 1** quia *ε ζ* P_{23} **2** scient N Gt **4** inlusione *δ* | hii A N Gt **7** manu facit[1] *om.* V_2 *δ* C **8** scient *ε ζ* | quia N Gt *ζ* **9** utique V_2 *δ* **11** est[2]] erat $α_2$ *ε* K (*pc.*) *ζ* C (*pc.*) P_{23} *ma*

QUI INSURGUNT IN ME, CONFUNDANTUR. Ut enim insurgant, aliquid se adversus me proficere arbitrantur, sed cum exaltatus fuero super caelos, et esse coeperit super terram gloria mea, confundentur.

SERVUS AUTEM TUUS LAETABITUR, sive in dextera patris, sive in suis membris laetantibus, et inter tentationes in spe, et post tentationes in aeternum.

(31.) INDUANTUR QUI DETRAHUNT MIHI PUDOREM, id est pudeat eos detraxisse mihi. Sed hoc potest et in bono accipi, dum corriguntur. *v. 29*

ET OPERIANTUR SICUT DIPLOIDE CONFUSIONE SUA. Diplois duplex pallium est. Nam quidam etiam sic interpretati sunt istum versum: **ET OPERIANTUR SICUT PALLIUM DUPLEX CONFUSIONE SUA.** Intellegitur autem: confundantur et intus et foris, id est et coram deo et coram hominibus.

(32.) CONFITEBOR DOMINO NIMIS IN ORE MEO. NIMIS dici solet in consuetudine sermonis Latini quod plus est quam debet; cui contrarium est 'parum', quod minus est quam debet. Sed NIMIS Graece ἄγαν dicitur; iste autem versus non habet ἄγαν, sed habet σφόδρα. Quod quidam nostri ita interpretati sunt, ut pro eo ponerent aliquando NIMIS, aliquando VALDE. Sed si NIMIS pro eo quod est VALDE intellegatur, potest et in laude poni. Nam ista confessio laudem significat; ita enim et sequitur: **ET IN MEDIO** *v. 30*

mi 1445

7sq. exaltatus ... mea] *cf.* Ps. 56,12; 107,6 **31, 5** quidam] *cf. Psalt. Ver.*

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

30, 7 terram] omnem *praem.* $\varepsilon\,\chi\,\zeta\,P_{23}$ *ma* **10** membris suis *tr. Gt* P_{23} *ma* **31, 1** mihi detrahebant χ | pudore δ; hunc *praem.* χ **2** accipere $V_2\,\delta\,C$ **4** et] *ut π | diploide] diploidem *ma* | confusionem suam *N ma* **7** confusionem suam V_2 *ma* **8** coram^2 *om.* δ **32, 2** quod plus est **rep. A* H_1; plus est *rep. G* **3** cui ... debet *om.* V_2 H_1 *Gt* | parum *om. A G* **4** nimis] minus $\alpha_2\,\delta\,C$ | AGAN $\varepsilon\,P_{23}$; agan $V_2\,\delta\,\chi$; agans *C* | habet] habens $V_2\,\delta\,S$ | AGAN $\varepsilon\,\zeta\,P_{23}$; agans $V_2\,\delta\,C$; agan χ **5** cΦωΔρA $\varepsilon\,\zeta$; sphodra $\chi\,P_{23}$; sphodray V_2; sphodray *G*; spodray *A*; spodrahy H_1; splodra *C* | ita] sic *X ma*; *om.* $\varepsilon\,K\,T\,P_{23}$ **6** si *om.* δ **7** ista] et *praem.* $\alpha_2\,\varepsilon\,\zeta\,P_{23}\,X$ *ma* **8** et^1 *om.* ε *ma*

MULTORUM LAUDABO EUM. Dicit etiam in alio psalmo: *In medio ecclesiae cantabo te*. Sed cum ipsa cantat ecclesia, quae corpus est Christi, quomodo in medio ecclesiae cantat ecclesia? Ita et hic multi, cum sint membra Christi, si, cum ipsi laudant, ille laudat, quia membra sunt eius, quomodo in medio multorum laudat, quando ipsis multis laudantibus dicitur ipse laudare? An ideo laudat IN MEDIO MULTORUM, quia cum ecclesia sua est hic usque in consummationem saeculi, ut quod ait IN MEDIO MULTORUM, hoc accipiamus quod ab eisdem multis honoratur? In medio quippe esse dicitur cui honor praecipuus exhibetur. Si autem cor est tamquam hominis medium, nihil melius intellegitur dictum, quam 'in cordibus multorum laudabo eum'. Habitat enim Christus per fidem in cordibus nostris, et ideo ait IN ORE MEO, id est in ore corporis mei, quod est ecclesia: *Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem*.

v. 31 **(33.) QUI ADSTITIT A DEXTRIS PAUPERIS.** De Iuda dictum erat: ET DIABOLUS STET A DEXTRIS EIUS, qui suas divitias augere voluit Christo vendito. Hic autem dominus ADSTITIT A DEXTRIS PAUPERIS, ut divitiae pauperis sint ipse dominus. ADSTITIT quippe A DEXTRIS PAUPERIS, non ut ei multiplicaret annos vitae quandoque finiendae, neque ut eius augeret pecuniam, aut eum faceret corporis viribus fortem, vel ad tempus incolumem, sed **UT SALVAM FACERET** inquit **A PERSEQUENTIBUS ANIMAM MEAM.** cc 1601

32, 9sq. Ps. 21,23 **15sq.** cum ... saeculi] *cf.* Matth. 28,20 **20sq.** habitat ... nostris] *cf.* Eph. 3,17 **22sq.** Rom. 10,10

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

10 cantabo] laudabo $\alpha_2 \chi \zeta P_{23}$ *Psalt.Ga.* **11** ita *om.* δ **12** si cum] siccum χ; sicut $\varepsilon \zeta X$; si eum *ma* **13** quia ... eius] qui est in medio eius $\varepsilon \zeta$ **15** quia] qui δ | quia ... multorum *rep. A G* **16** in[1]] ad $\alpha_2 \varepsilon \zeta P_{23}$ | ut] *et $V_2 \delta C$ **19** homines χ | dictum] esse *add.* α **23** autem *om.* χC **33, 1** quia An_3 *ma* **2** stetit χ **4** ut ... pauperis[2] *om.* H_1 | sint] sit α_2 | quippe adstitit *tr. A*; qui adstitit *G* **5** pauperis] ut divitiae pauperis sit spiritus dominus adstitit quippe a dextris pauperis *ita rep.* ε | multiplicaret ei *tr.* δ **7** corporeis α_2 corporis viribus] corporibus δ (*ac. uv.* H_1)

Salva fit autem a persequentibus anima, si non eis consentiatur ad malum; non eis autem consentitur, cum assistit dominus a dextris pauperis, ne ipsa paupertate, id est infirmitate, succumbat. Hoc adiutorium praestitum est corpori Christi in sanctis martyribus omnibus.

IN PSALMUM CIX

(1.) Quantum dominus donat, qui nos ministros constituit verbi et sacramenti sui, servire vobis in adipe misericordiae suae, suscepimus psalmum istum, quem modo cantavimus, brevem numero verborum, magnum pondere sententiarum, adiuvante illo qui vos fecit intentos, ut et nos faciat idoneos, sicut possumus, considerare atque tractare. Vivat anima vestra, et vigilet in deum.

Tempus enim constituit deus promissis suis, et tempus eis quae promisit implendis. Promissionum tempus erat tempore prophetarum usque ad Iohannem Baptistam. Ab illo autem et deinceps usque in finem tempus est implendi quae promissa sunt. Fidelis deus qui se nostrum debitorem fecit, non aliquid a nobis accipiendo, sed tanta nobis promittendo. Parum erat promissio: etiam scripto se teneri voluit, veluti faciens nobiscum chirographum promissorum suorum, ut cum ea quae promisit solvere mi 1446 inciperet, in scriptura promissorum consideraremus ordinem solvendorum. Tempus itaque prophetiae praedictio erat, ut saepe iam diximus, promissionum. Promisit salutem aeternam, et beatam vitam cum angelis sine fine, et hereditatem immarcescibilem, gloriam sempiternam, dulcedinem vultus sui, domum sancti-

---

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **1, 8** tempus1] *inc. Flor*

---

12 corporis $\alpha_2\varepsilon$
1, 1 dominus *om.* δ **2** sacramentis suis δ | suscipimus ε *S* **3** psalmum ... modo *om.* δ | cantabimus ε **4** verborum] suorum *add.* ε | pondere] numero δ **5** possimus $\alpha_2\varepsilon$ **11** in] ad *lo ma* **14** tenere *K* **20** domus $V_2\varepsilon\chi$

fication is suae in caelis, ex resurrectione a mortuis nullum deinceps moriendi metum. Hoc est promissum eius tamquam finale, quo decurrit nostra omnis intentio, quo cum venerimus, nihil amplius requiramus, nihil amplius exigamus. Sed ad illud quod erit in fine, quo ordine veniatur, neque hoc tacuit promittendo et praenuntiando. Promisit enim hominibus divinitatem, mortalibus immortalitatem, peccatoribus iustificationem, abiectis glorificationem. Quidquid promisit, indignis promisit, ut non quasi operibus merces promitteretur, sed gratia a nomine suo gratis daretur. Quia et hoc ipsum quod iuste vivit, in quantum homo potest iuste vivere, non meriti, sed beneficii est. Nemo enim iuste vivit, nisi iustificatus, id est iustus effectus; ab illo autem fit homo iustus, qui numquam potest esse iniustus. Sicut enim lucerna non a seipsa accenditur, ita nec anima humana sibi praestat lucem, sed clamat ad dominum: *Tu illuminabis lucernam meam, domine*. cc 1602

(2.) Cum ergo peccatoribus promissum sit regnum caelorum non in peccato permanentibus, sed a peccato liberatis et iustitiae servientibus – quod ipsum ut possint, gratia, diximus, adiuvantur, et ab eo qui semper est iustus, iustificantur –, incredibile videbatur tantam deum curam gerere pro hominibus, hodieque qui de gratia divina desperant, atque a pessimis moribus nolunt se convertere ad deum, ut ab illo iustificentur et per eius indulgentiam deletis omnibus peccatis suis in illo incipiant vivere iuste, qui numquam vixit iniuste, hanc habent perniciem cogitationis suae in seipsos, ut dicant deum res humanas non curare,

1, 35sq. Ps. 17,29

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **30** daretur] *des. Flor*

22 motum *δ* **24** exigamus ... requiramus *tr. δ* **26** pronuntiando *χ* **29** a nomine] nomini *α*$_2$ *δ* | gratis *om. δ* **30** potest homo *tr. ζ* **31** iuste[1] *om. A G* | meriti] meritis *π*; humani *add. ε χ ζ P*$_{23}$ *Y X ma* | est] divini *add. χ P*$_{23}$ *ma*; dei *ε ζ* **33** esse potest *tr. δ χ* **35** deum *χ C P*$_{23}$ *ma* **2, 3** gratia] ipsius *praem. ζ* | diximus] ut *praem. ε χ ζ P*$_{23}$ *ma* **4** iustus *K* (*pc.*) *P*$_6$ *ma Simonetti*; *om. cett.* **5** deum] deo *ε* **6** qui de] quid *δ* **8** incipiant in illo *tr. lo ma*

nec inde posse cogitare mundi huius artificem atque rectorem quemadmodum quisque mortalis in terra vivat. Ita nec computari se homo putat a deo, qui factus est a deo. Talem hominem si alloqui possumus, si admittat nos prius ad aures suas, deinde ad cor suum, si non repellat resistendo quaerentem se, et patiatur perditus inveniri se, possumus ei dicere: 'O homo, quomodo te deus factum non computavit, qui ut fieres ante curavit? Cur te in ordine rerum conditarum numerari non putas? Noli cedere seductori: capilli tui numerati sunt conditori'. Hoc denique et dominus in evangelio discipulis ait, ne mortem timerent, ne aliquid suum in morte periturum putarent. Illi in morte de anima sua pertimescebant, ille illis securitatem iam de capillis dabat. Itane vero anima perit, cuius capillus non perit?

Veruntamen, fratres, quia incredibile videbatur hominibus
mi 1447 quod promittebat deus, ex hac mortalitate, corruptione, abiectione, infirmitate, pulvere et cinere futuros homines aequales angelis dei, non solum scripturam cum hominibus fecit, ut crederent, sed etiam fidei suae posuit mediatorem, non quemlibet principem, aut quemlibet angelum vel archangelum, sed unicum filium, ut qua via nos perducturus esset ad illum finem quem promisit, per eum ipsum filium suum et ostenderet et praeberet. Parum enim
cc 1603 erat deo filium suum facere demonstratorem viae: eum ipsum viam fecit, ut per illum ires regentem te ambulantem per se.

2, 19 capilli ... numerati] *cf.* Matth. 10,30 **26sq.** aequales ... dei] *cf.* Luc. 20,36 **32sq.** ipsum viam] *cf.* Ioh. 14,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

12 vivit *K* (*ac.*) | ita] et *praem.* ζ | nec] non *add.* *N* An_3; ne non An_3 (*pc.*), *Vat. Pal. Lat. 205*, *Simonetti* (*sc.* itane non) | computare χ **13** si *om.* α_2; sic *Simonetti* (*iuxta Vat. Pal. Lat. 205*) **14** possimus ζ P_{23} *ma* **16** invenire *K* (*ac.*) ζ P_{23} *Y* **17** computabit P_{23} *ma* | cur α P_{23} *ma*; cum autem *C*; cum *cett.* **18** cedere] credere α_2 χ P_{23} *ma* **19** conditori] a conditore ε **20** discipulis] suis *add.* ε ζ **21** animabus suis ε ζ **22** illis] ipsis *lo ma* | iam securitatem *tr.* χ P_{23} | iam] etiam *T ma* **23** cui δ **24** credibile δ *C* **26** cinere] in *praem.* χ **29** filium] suum *add.* ε χ ζ P_{23} *Simonetti* **31** eum] eam ε | et[1]] ut δ **32** si filium suum faceret α_2 ε χ ζ *C* P_{23} *Y X ma*

(3.) Promisit ergo quia venturi essemus ad eum, id est ad illam ineffabilem immortalitatem, et cum angelis eius aequalitatem. Quam longe eramus! Quam ille sursum, quam nos deorsum! Quam ille in summo, quam nos in imo desperati iacebamus! Sine exspectatione salutis aegrotabamus: missus est medicus, quem non cognovit aegrotus. Si enim cognovissent, numquam *dominum gloriae crucifixissent*. Sed hoc quoque valuit ad aegroti medicamentum, quod medicum occidit aegrotus: venit ut visitaret, occisus est ut sanaret. Insinuavit se credentibus deum et hominem: deum per quem facti sumus, hominem per quem recreati sumus. Aliud in illo apparebat, aliud latebat. Et quod latebat multo erat praestantius quam id quod apparebat. Sed quod erat praestantius videri non poterat. Curabatur aeger per id quod videri poterat, ut postea capax fieret visionis eius, quae latendo differebatur, non negando auferebatur. Unicus itaque filius dei venturus ad homines, assumpturus hominem, et per id quod sumpsit futurus homo, moriturus, resurrecturus, ascensurus in caelum, sessurus ad dexteram patris, et impleturus in gentibus quae promisit, et post impletionem promissorum suorum in gentibus etiam hoc impleturus ut veniat, et quod praerogavit exigat, discernat vasa irae a vasis misericordiae, reddat impiis quod minatus est, iustis quod pollicitus.

Hoc ergo totum prophetandum fuit, praenuntiandum fuit, venturum commendandum fuit, ut non subito veniens horreretur, sed creditum exspectaretur. Ex his promissionibus est psalmus iste, dominum et salvatorem nostrum Iesum Christum certe aperteque prophetans, ut omnino dubitare non possimus Chris-

3, 6sq. 1 Cor. 2,8 **21** vasa ... misericordiae] *cf.* Rom. 9,22

π (*α: V*$_2$ *α*$_2$ [= *F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) *ε* (*N Gt An*$_3$) *χ* (*K S*) *ζ* (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X* **3, 15** unicus] *inc. Flor* **25** exspectaretur] *des. Flor*

3, 1 qua *δ C* **8** aegrotus occidit *tr. δ* **9** ut *om. V*$_2$ *δ* **10** factus est *δ* **11** creati *δ ε P*$_{23}$ | apparebant *ε* **17** homo futurus *tr. δ* **22** pollicitus] est *add. α*$_2$ *H*$_1$ *N Gt* (*pc.*) *T ma Simonetti* **25** est] et *V*$_2$ *δ K* **27** possimus] possumus *ε*

tum annuntiari psalmo hoc, quandoquidem Christiani sumus, et evangelio iam credimus. Et cum ipse dominus noster et salvator Iesus Christus quaereret a Iudaeis, cuius filium esse dicerent Christum, et respondissent: *David*, ille continuo rettulit respondentibus, et ait: *Quomodo ergo David in spiritu dicit eum dominum: 'Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis'? Si ergo in spiritu* inquit *vocat eum dominum, quomodo filius eius est?* Ab hoc versu psalmus iste incipit.

(4.) DIXIT DOMINUS DOMINO MEO: 'SEDE A DEXTRIS MEIS, DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM'. *v. 1* Hanc ergo quaestionem Iudaeis propositam a domino in ipso ingressu psalmi pertractare debemus. Si enim quod responderunt Iudaei exigatur a nobis, utrum confiteamur et nos, an negemus, absit ut negemus. Si dicatur nobis: 'Christus filius est David, an non est?' Si dixerimus non, contradicimus evangelio. Namque Matthaeo scribente sic incipit evangelium: *Liber generationis Iesu Christi filii David.* Evangelista dicit librum se scribere generationis Iesu Christi, filii David. Recte ergo Iudaei, interrogati a Christo cuius esse crederent filium Christum, responderunt: *David.* Responsioni eorum congruit evangelium. Habet hoc non solum suspicio Iudaeorum, sed et fides Christianorum. Adhuc alia firmamenta conspicio. Dicit apostolus: *qui factus est ei ex semine David secundum carnem.* Dicit etiam ad Timotheum: *Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine David,*

mi 1448
cc 1604

31–35 Matth. 22,42-45 **4, 8sq.** Matth. 1,1 **14sq.** Rom. 1,3 **16–19** 2 Tim. 2,8*sq.*

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

28 annuntiare $\alpha_2 A$ | psalmum εP_6; in psalmo χP_{23} **29** evangelium εP_6 et1] nam ζma | noster] iesus christus *add.* δ **30** dicerent esse *tr.* $\alpha_2 \zeta P_{23} ma$ **32** dominum] dicens *add.* $N An_3$ (*pc.*) ζma *Vulg.* **33** ad ... meam] a dextris meis $\alpha_2 N \zeta$ **34** vocat eum dominum inquit *tr.* δ **35** versum χ **4, 5** an negemus] abnegemus ε **11** filium crederent *tr.* $\alpha_2 \zeta ma$ | Christum] Iesum *praem.* δ **14** ei *om.* δ

secundum evangelium meum. Et de ipso evangelio quid dicit? *In quo laboro usque ad vincula, tamquam malefaciens, sed sermo dei non est alligatus.* Laborabat ergo usque ad vincula apostolus pro evangelio suo, id est pro dispensatione evangelica, quam populis praedicabat, quam populis impendebat ille, qui mane rapuerat, cum escas ad vesperum dividebat: laborabat ergo usque ad vincula pro evangelio. Quo evangelio? *Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine David.* Pro hoc evangelio apostolus laborabat; et tamen de hoc Christus interrogabat, et respondentibus Iudaeis quod praedicabat apostolus, rettulit vocem tamquam contradictionis, et ait: *Quomodo ergo David in spiritu dicit eum dominum?* Et interposuit testimonium de hoc psalmo: DIXIT DOMINUS DOMINO MEO. *Si ergo in spiritu* ille *dicit eum dominum, quomodo filius eius est?* Iudaei sub hac interrogatione tacuerunt; quid responderent deinceps non invenerunt, nec tamen 'eum dominum' quaesierunt, quia et ipsum esse illum filium David non agnoverunt. Nos autem, fratres, credamus, et dicamus: *Corde enim creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem.* Credamus, inquam, et dicamus et filium David, et dominum David. Non erubescamus de filio David, ne iratum inveniamus dominum David.

(5.) Hoc enim nomine illum transeuntem appellantes caeci illuminari meruerunt. Transibat enim Iesus, et illi audito sonitu transeuntis, aure iam cognoscentes quod nondum poterant

---

21sq. ille ... dividebat] *cf.* Gen. 49,27 **33sq.** Rom. 10,10 **5, 1 – 12** hoc ... transeuntem] *cf.* Matth. 20,29-34

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

---

17 dicitur *K* **18** ad] in χ P_{23} **22** cum *om. C X ma*; sed tunc iam ζ **23** pro] apostolus *praem.* ζ | quo] in *praem. Gt* (*pc.*) P_6; a *praem.* ε χ P_{23} *Y X* **24** David] praedicabat *add.* χ P_6 P_{23} **25** Christo χ **27** dicit] vocat ζ **29** ille *om.* P_6 *ma* **30** est eius *tr. lo ma* **31** eum tamen *tr. C ma* **32** filium illum *tr.* δ; illum *om.* ε ζ **34** ore] autem *add.* δ *S* ζ P_{23} *Y X ma, Vulg.*; oris autem ε **5, 1** illum] dominum Iesum *add.* χ; rectissime *add.* ε P_{23} *Y X ma* **2** illuminare χ | enim] autem ε ζ | ille χ **3** transeuntis] turbae *add.* ε ζ P_{23} *Y X ma Simonetti* | cognoscentes] illum *praem.* ε ζ *Y X*

oculis, acclamaverunt voce magna, et dixerunt: *Miserere nostri, fili David.* Turbae autem illos increpabant, ut tacerent; et illi nihilominus lucis desiderio, turbarum contradictionem vincentes, in clamando perseveraverunt: transeuntem tenuerunt, a tangente illuminari meruerunt. Dicebant ergo transeunti: *Miserere nostri, fili David.* Stetit ille, et evicto ab eis clamore contradicentium,
cc 1605 *Quid* inquit *vultis ut faciam vobis?* Et illi: *Ut videamus.* Tetigit et aperuit oculos eorum; viderunt praesentem quem senserunt
mi 1449 transeuntem. Aliquid ergo transitorium dominus fecit: est autem aliud quod stat. Aliud est, inquam, transitorium domini, aliud stabile domini. Transitorium domini virginis partus, verbi incarnatio, aetatum gradatio, miraculorum exhibitio, passionum perpessio, mors, resurrectio, ascensio: hoc totum transitorium fuit. Non enim adhuc Christus nascitur, aut adhuc moritur, aut adhuc resurgit, aut adhuc ascendit. Nonne videtis ista facta per tempora cucurrisse, per tempora exhibuisse viatoribus quiddam transitorium, ne in via remanerent, sed ad patriam pervenirent? Denique et illi caeci ad viam sedebant, ibi transeuntem senserunt et clamando tenuerunt. In via ergo saeculi huius hoc transitorium sui dominus operatus est, et hoc transitorium pertinet ad filium David. Ideo illi domino transeunti: *Miserere nostri, fili David!* Tamquam dicerent: 'Filium David in transeunte cognoscimus, filium David factum in transitu discimus'. Agnoscamus ergo et nos, et filium David confiteamur, ut illuminari mereamur.

4sq. Matth. 20,30 **10** Matth. 20,32*sq.* **21** caeci ... sedebant] *cf.* Matth 20,30

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

7 a] et *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ *C ma* **8** illuminare χ | ergo] enim *lo ma* **9** victo $\varepsilon\,\zeta$ *C ma* **10** ut[2]] domine *praem.* $\varepsilon\,\zeta$ P_{23} *ma, Vulg.* **11** senserant $\varepsilon\,\zeta$ *ma* **13** aliud[1]] aliquid δ | transitorium *om. A G*; *im.* H_1 **14** partum δ **16** perpessio] persecutio ε P_6 | ascensio] in caelum *add.* $\alpha_2\,\varepsilon\,\zeta$ P_{23} *ma* **18** resurget ε ascendet ε; in caelum *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) P_{23} *ma* **19** quidam χ **22** et *om.* δ **24** ille χ | transeunte $\chi\,\zeta$; clamaverunt *add.* $\varepsilon\,\chi\,\zeta$ P_{23} *Y X* **25** in transeunte] transeuntem An_3 (*pc.*) ζ **26** transitum χ **27** et *om.* $\varepsilon\,\zeta$

Sentimus enim transeuntem filium David, et illuminamur a domino David.

(6.) Ecce ergo quia magister noster interrogavit Iudaeos, et ideo non responderunt, quia discipuli esse noluerunt – ecce si nos interrogaret, quid responderemus? Defecerunt in hac interrogatione Iudaei, proficiant Christiani: non perturbentur, sed erudiantur. Non enim dominus interrogat discere volens, sed tamquam doctor interrogat. Dicerent miseri Iudaei: 'Tu, dic nobis'. Maluerunt inflata taciturnitate disrumpi, quam humili confessione edoceri. Dicat ergo nobis magister noster, et videamus quid interroganti respondeamus: *Quid vobis videtur de Christo? Cuius est filius?* Respondeamus omnino quod Iudaei, sed non remaneamus ubi Iudaei. Recolamus evangelium quod credidimus: *Liber generationis Iesu Christi, filii David.* Non quia interrogamur, excidat nobis Christum filium esse David, quod memoriae commendat apostolus: 'Eia, Christiane, *memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis, ex semine David'.* Ergo interrogemur et respondeamus: *Quid vobis videtur de Christo? Cuius est filius?* Dicant concordia ora Christiana: *David.* Referat et doctor, et revocet nobis: *Quomodo ergo David in spiritu dicit eum dominum? 'Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis'.* Quomodo nos diceremus, nisi disceremus? Nunc autem quia didicimus, dicimus: 'In principio eras verbum, et verbum eras apud deum, et deus eras verbum; cc 1606 omnia per te facta sunt': ecce dominus David. 'Sed propter

6, 9sq. Matth. 22,42 **21–23** in ... sunt] *cf.* Ioh. 1,1.3

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

28 transeuntem] in *praem.* ε **6, 5** discere] scire ε P_6 **8** doceri Mc_2 P_6 **10** filius est *tr.* δ **11** credimus α_2 δ *T ma* **13** excitat V_2 δ *S* | esse filium *tr.* ε ζ P_{23} *ma* **14** Christiani χ | Iesum Christum *tr.* ε ζ **16** filius est *tr.* Mc_2 *T ma* **17** concordantia ε χ *C* (*pc.*) P_{23} **18** dicit] vocat Mc_2 P_6 **19** ad ... meam] a dextris meis δ **20** nos *om.* δ; non V_2 (*ac. uv.*) χ *C* **21** disceremus] a te *praem.* α_2 ε χ ζ *C* P_{23} *Y X ma* | autem] ergo *lo ma* | dicimus] dicamus *N K* P_{23}; *om. S* **22** eras[1] ... eras[2]] erat *ter* α_2 H_1 **23** sed] nos *add.* ε *T C* (*pc.*)

infirmitatem nostram, quia caro desperata iacebamus, verbum caro factus es, ut habitares in nobis': ecce filius David. 'Certe tu in forma dei cum esses, non rapinam arbitratus es esse aequalis deo': ideo dominus David. 'Sed temetipsum exinanisti formam servi accipiens': inde filius David. Denique et in ipsa interrogatione tua, dicens: 'Quomodo filius eius est?', non te filium eius
mi 1450 negasti, sed modum quo id fieret inquisisti. 'Dicit eum, inquis, David *dominum*. Quomodo filius eius est? Non nego, sed dic quomodo'. Illi ergo ex litteris quas legebant, et non intellegebant, si in ista interrogatione recolerent modum, non responderent: 'Quomodo interrogas? *Ecce virgo accipiet in utero, et pariet filium, et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum 'nobiscum deus'*? Accipiet virgo in utero, virgo ex semine David pariet filium, ut sit filius David. Erant enim Ioseph et Maria de domo et patria David. Peperit ergo virgo illa, ut esset filius David, sed ille, quem peperit, *vocabunt nomen eius Emmanuel, 'nobiscum deus'*. Ecce habes et dominum David.

(7.) Aliquid nobis fortassis ex hac re, quomodo Christus et filius sit David et dominus David, etiam psalmus ipse intimavit. Audiamus ergo, et pertractemus eum: pulsemus pietate, extorqueamus caritate. David ergo ipse dicit – neque enim domino contradicere licet: *David* inquit *in spiritu dicit eum dominum* –,

24sq. verbum ... nobis] *cf.* Ioh. 1,14 **26sq.** in ... deo] *cf.* Phil. 2,6
27sq. sed ... accipiens] Phil. 2,7 **34–36** Matth.1,23; *cf.* Is. 7,14
37sq. erant ... David] *cf.* Luc. 1,27 **38** peperit] *cf.* Luc. 2,7

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

24 qui V_2A | verbo χ **25** factus] factum α SCP_{23} *ma* **29** es $\alpha_2\delta\varepsilon$ **30** modo α_2K | quo] in *praem.* $\alpha_2\varepsilon$ $TP_{23}X$; quod χ | eum] enim α_2 NGt; enim *praem.* ζ | inquit $V_2\delta\varepsilon P_{23}$ **31** es δ | nego] ego $V_2\delta$ NGt $SCma$ **32** ergo illi *tr.* $\varepsilon\zeta$; ille χ **33** si] nisi δ | recolerent *om.* δ | modo χ | non] nonne $\alpha_2\varepsilon$ ζ *ma Simonetti* **34** concipiet δ | in utero accipiet *tr.* χ P_6P_{23} | in utero *om.* δ **37** *sis ε TY **38** illa virgo *tr.* ε T | ille] illa ζ **39** vocabunt] et *praem.* χ *Simonetti* | Emmanuel] id est *add.* ζ **7,2** David sit *tr.* δ | etiam] ecce $V_2\delta$ ipse $V_2\delta\chi$; iste *cett. ma* | intimabit GH_1P_{23} *ma* **3** pietatem π Gt χ **4** caritatem π Gt **5** dicit in spiritu *tr.* δ | domino χ

ipse ergo David de Christo quid dicit? Nam *ipsi David psalmus*, et iste est totus titulus, simplex, sine figura quaestionis, sine ullo nodo difficultatis. Quid ergo dicit David? DIXIT DOMINUS DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS, DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM. Quod est SCABELLUM PEDUM TUORUM, hoc est *sub pedibus tuis*: scabellum enim pedum sub pedibus est. DIXIT inquit DOMINUS DOMINO MEO. Audivit hoc David, audivit in spiritu, ubi nos, quando audivit, non audivimus, sed loquenti quod audivit et scribenti credidimus. Audivit ergo prorsus, audivit in quodam secretario veritatis, in quodam mysteriorum sanctuario, ubi prophetae in occulto audierunt, quod in aperto praedicaverunt. Ibi audivit David, qui cum fiducia magna dicit: DIXIT DOMINUS DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS, DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM. Novimus Christum sedere ad dexteram patris post resurrectionem a mortuis, et in caelis ascensionem. Factum est iam, nec vidimus, sed credidimus: in libris legimus, praedicatum audivimus, fide retinemus. Unde et eo ipso quod erat filius David Christus, factus est dominus David. Illud enim quod natum est ex semine David, ita honoratum est, ut esset et dominus David. Ita admiraris hoc, quasi et in rebus humanis ista non fiant? Si cc 1607 enim contingat filium cuiusquam regem fieri patre privato, nonne erit dominus patris? Admirabilius est quod potest contingere, ut non solum rex factus privati filius sit dominus patris sui, sed episcopus factus laici filius sit pater patris sui. Ergo et eo ipso quod carnem accepit Christus, quod in carne mortuus est, quod in eadem carne resurrexit, quod in eadem ascendit in caelum et

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **7, 10** quod] *inc. Beda* **14** credidimus] *des. Beda* **20** novimus] *inc. Beda Flor* **25** David[2]] *des. Beda*

6 ipsi] ipse χ *C* **7** iste] ipse α P_6 P_{23} | est *om.* V_2 δ | totus] notus χ **8** nodo] modo Mc_2 δ ε *K* **10** quid *A* ε *T Simonetti* **11** hoc] quod ε (*lnp. N*) **13** audivit[2] *om.* δ **17** in aperto] aperte δ | David audivit *tr.* ε ζ | qui] quod α_2 ζ **21** caelos *T ma* **22** credimus ε *T* **23** inde V_2 δ | eo] in *praem.* α_2 *S* **26** miraris α_2 ε ζ **29** sit filius *tr.* α | dominus sit *tr. X ma* | sed] et *add.* ε ζ P_{23}

sedet ad dexteram patris, et in eadem ipsa carne sic honorata, sic clarificata, sic in caelestem habitum commutata, et filius est David, et dominus est David. Secundum hanc enim dispensationem transitus Christi etiam illud ab apostolo dicitur: *Propter quod eum exaltavit a mortuis, et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum. Donavit* inquit *ei nomen quod est super omne nomen*: Christo secundum hominem, Christo secundum carnem mortuo, resurgenti, ascendenti, *donavit nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum.* Ubi erit David, ut non ei sit dominus? In caelo sit, in terra sit, in inferno sit: dominus erit qui est dominus caelestium, terrestrium et infernorum. Gaudeat ergo nobiscum et David, filii sui nativitate honoratus, dominatu liberatus, et gaudens dicat, a gaudentibus audiatur: DIXIT DOMINUS DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS, DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM.

(8.) SEDE, non solum in alto, sed et in occulto: excellens ut domineris, latens ut credaris. Quae enim esset merces fidei, nisi lateret quod credimus? Merces autem fidei est videre quod credidimus, antequam videremus. Sicut autem scriptura personat: *Iustus ex fide vivit.* Non ergo esset iustitia fidei, nisi esset absconditum quod praedicatum crederemus, et credendo ad videndum perveniremus. *Quam* enim *multa multitudo dulcedinis tuae, domine, quam abscondisti timentibus te!* Ergo abscondisti, et remanserunt? Absit: *Perfecisti autem sperantibus in te.* Mirabile ergo mysterium Christi sedentis ad dexteram dei: occultatum est

mi 1451

7, 36–39 Phil. 2,9*sq.* **8, 5** Rom. 1,17 **7–9** Ps. 30,20

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX **49** tuorum] *des. Flor*

---

34 David est *tr.* δ **36** transitum ε **37** eum] illum X *ma* **40** Christo^2 ... mortuo mortuo Christo secundum carnem *tr.* V_2 δ **42** omne^2] omni χ **43** ei non *tr.* ε T **44** dominus^2] eius *add.* α_2 ε χ ζ C P_{23} YX *ma* **46** dominatum ε **47** a] ut *praem.* ε χ ζ C (*pc.*) P_{23} YX **8, 1** et *om.* H_1 ε **4** personet A H_1 **8** quam domine *tr.* χ **10** ad] in ε ζ

ut crederetur, subtractum est ut speraretur. *Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat?* Apostoli verba sunt. Recognoscitis quidem, sed propter rudes commendo. Quid ergo apostolus? *Spe* inquit *salvi facti sumus. Spes autem quae videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, cum patientia exspectamus.* Quia ergo *quae videtur non est spes, abscondisti* dulcedinem *timentibus te.* Quia *quod non videmus, speramus, et* cc 1608
per patientiam exspectamus, perfecisti sperantibus in te. Denique, carissimi, intenti accipite quod dicturus sum. Quoniam iustitia nostra ex fide est, et fide mundantur corda nostra, ut quod credidimus videre possimus – utrumque enim positum est, et *Beati mundicordes, quia ipsi deum videbunt*, et *fide mundans corda eorum* –, quia ergo haec est iustitia fidei, credere quod non vides, et ipso merito fidei ad visionem suo tempore pervenire, dominus in evangelio, cum promitteret spiritum sanctum, hoc ait: *Ipse arguet mundum de peccato, de iustitia, de iudicio.* De quo peccato? De qua iustitia? De quo iudicio? Ipse sequitur et exponit, coniecturas hominum non admittit: *De peccato quidem* inquit, *quia non crediderunt in me.* Quanta alia peccata Iudaeorum! Et tamen quasi hoc unum sit, ita dixit: *De peccato quidem, quia non credi-* mi 1452
derunt in me. Hoc est illud peccatum, de quo alibi dicit: *Si non venirem, peccatum non haberent.* Quid est hoc: *Si non venirem, peccatum non haberent*? Ergo ad iustos venisti, et eos peccatores

11–17 Rom. 8,24*sq.* **20sq.** iustitia ... fide] *cf.* Phil. 3,9 **23** Matth. 5,8 **23sq.** Act. 15,9 **26sq.** Ioh. 16,8 **29sq.** Ioh. 16,9 **32sq.** Ioh. 15,22

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

13 quid] et *add.* χ *Simonetti* **14** commendendo δ | apostolus] ait *praem.* α_2 ε χ ζ P_{23} Y X *ma* **16** autem ... videmus] non videmus autem δ | quod *om.* δ expectamus cum patientia *tr.* δ **20** intenti] intente ε ζ C (*pc.*) *ma* **22** possimus videre *tr.* δ **23** mundicordes] mundo corde α G; mundocordes A H_1 C | quia] quoniam α_2 *ma* | cordis χ **24** quia] quae V_2 δ **26** cum] quod δ **27** de[2]] et *praem.* ζ *ma* | de[3]] et *praem.* ε ζ *ma* **28** et *om.* V_2 δ **33** venirem[1]] venissem V_2 δ C *ma* | venirem[2]] venissem P_6 C *ma* **34** venisti *om.* δ

fecisti? Sed exceptis aliis peccatis, quae possent remitti per fidem, hoc unum peccatum nominavit, quod si non admitteretur, omnia relaxarentur. *De peccato quidem* ait *quia non crediderunt in me*; et alibi: *Si non venirem, peccatum non haberent.* Eo enim ipso quo venit et non crediderunt in eum, inciderunt in peccatum. Quod si non inciderent, omnia cetera peccata dimitti possent per indulgentiam gratiae impetratam per fidem. Ergo *de peccato, quia non crediderunt in me; de iustitia, quia ad patrem vado, et iam non videbitis me.* Haec est iustitia, quia ad patrem vadis, et iam non vident te: haec iustitia enim ex fide est. *Iustus* enim *ex fide vivit*; et tunc ex fide vivit, si non videat quod credit. Quia ergo ad iustitiam pertinet ex fide vivere, et ex fide nemo vivit, nisi non videndo quod credidit, ut ipsam iustitiam faceret in hominibus, id est ut crederent quod non viderent, *de iustitia* inquit, *quia ad patrem vado, et iam non videbitis me.* Haec, inquit, erit iustitia vestra, ut credatis in eum quem non videtis, et fide mundati eum, in quem credidistis, postea videatis.

(9.) Sedet ergo a dextris dei Christus. A dextris patris filius in occulto est: credamus. Etenim duas res hic dicit, quia et dixit deus: SEDE A DEXTRIS MEIS, et addidit: DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM, hoc est sub pedibus tuis. Non vides Christum sedentem ad dexteram patris. Nec hoc potes cc 1609 videre, quomodo ponantur inimici eius scabellum pedum eius? Cum hoc impletur in aperto, crede illud esse in occulto. Qui

42sq. Ioh. 16,10 **44** Rom. 1,17

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **9, 2** quia] *inc. Flor* **4** tuis] *des. Flor* **7** qui] *inc. Beda*

35 possint ε *T* | dimitti ε ζ **36** amitteretur δ **38** venirem] venissem P_6 *C ma* | eo] et *add.* χ P_{23} **39** credunt V_2 δ **40** peccata cetera *tr.* ε ζ P_{23} possunt χ **41** gratia α; gratiam δ | impetrata α_2 **44** videbunt ε ζ *ma* iustitia enim haec *tr.* δ *S* **45** et *om.* δ | videt δ **46** nisi] si δ **47** credit α_2 *ma* | facere δ **50** vidistis α_2 **51** postea] in die resurrectionis *praem.* ε χ ζ P_{23} *Y X ma* **9, 3** dominus χ P_{23} **5** nec] vel *ma* | potest δ **7** illud] *illum ε χ ζ P_{23} Y X Simonetti* | qui] quia δ; cum *add.* χ

inimici ponuntur scabellum pedum eius? Quibus inania meditantibus dicitur: *Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum, adversus dominum et adversus Christum eius.* Et dixerunt: *Disrumpamus vincula eorum, et abiciamus a nobis iugum ipsorum*: non nobis dominentur, non nos sibi subiugent. *Qui habitat in caelis, irridebit eos*: inimicus eras, eris sub pedibus eius, aut adoptatus aut victus. Quaere ergo quem locum habeas sub pedibus domini tui: nam necesse est ut habeas, aut gratiae aut poenae. Sedet ergo ad dexteram dei, donec ponantur inimici eius sub pedibus eius. Hoc fit, hoc agitur: etsi paulatim peragitur, indesinenter agitur. Fremuerint enim gentes, et populi meditati sint inania, adstiterint reges terrae, et principes convenerint in unum adversus dominum et adversus Christum eius: numquid fremendo, numquid inania meditando, numquid in unum adversus Christum conveniendo efficient ut non impleatur *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*? Implebitur omnino et illis frementibus et illis inania meditantibus *Dabo tibi gentes* mi 1453 *hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae.* Illi enim inania meditantur. Ut autem impleatur *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae*, non nescio quis inaniloquus, sed *dominus dixit ad me.* Sic et in hoc psalmo possumus dicere: DIXIT, non quicumque, non illi qui fremunt et

9, 9–11 Ps. 2,1*sq.* **11sq.** Ps. 2,3 **13sq.** Ps. 2,4 **23sq.** Ps. 2,8 **29** Ps. 2,7

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X* **10** inania] *des. Beda* **14** inimicus] *inc. Flor* **18** agitur[2]] *des. Flor*

12 proiciamus α_2 ζ P_{23} *X* | ipsorum] eorum V_2 *K C* **13** nos] nobis δ *C* **14** eras eris *lo ma Simonetti*; erat erit *codd.* | optatus V_2 *X* **15** domini] dei *add. C ma* **19** fremuerint *S C ma*; fremuerunt *cett.* | sint *C ma*; sunt *cett.* adstiterint *C* (*pc.*) *ma*; adstiterunt *cett.* **20** convenerint *C* (*pc.*) (*ex* cum venerint), *ma*; convenerunt *cett.* **22** meditando inania *tr. lo ma* **23** conveniendum ε **25** illis[1]] in *praem.* ε ζ | illis[2]] in *praem.* ε P_6 **29** inaniloquus α_2 *ma*; vanilocus V_2; inanis locus δ χ *C*; inanis locutus *C* (*pc.*) *X*; inanis locutus esset ε (*sed om.* An_3); inanis locutus est P_{23}

meditantur inania, sed DOMINUS DIXIT DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS, DONEC PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM. Fremant, meditentur inania, perstrepant: numquid non implebitur? *Periit memoria eorum cum strepitu.* Loquitur certe et alius psalmus, sed non alius spiritus: *Periit memoria eorum cum strepitu, et dominus in aeternum manet.* Ille ergo qui, memoria eorum pereunte cum strepitu, in aeternum manet, ipse DIXIT DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS. Sedet enim a dextris patris, donec ponat omnes inimicos eius scabellum pedum eius.

(10.) Et quid sequitur? **VIRGAM VIRTUTIS TUAE EMITTET DOMINUS EX SION.** Apparet, fratres, evidentissime apparet non de illo regno Christi prophetam loqui, quo semper regnat apud patrem, rerum dominum quae per illum creata sunt. Quando enim non regnat in principio verbum deus apud deum? Dicitur enim: *Regi autem saeculorum invisibili, incorruptibili, soli deo* cc 1610 *honor et gloria, in saecula saeculorum. Regi saeculorum honor et gloria, in saecula saeculorum.* Cui *regi saeculorum? Invisibili, incorruptibili*. In eo enim quod et Christus est cum patre invisibilis et incorruptibilis, quia verbum eius est, et virtus eius, et sapientia eius, et deus apud deum, per quem facta sunt omnia, rex est saeculorum. Sed tamen illud dispensatorium et transitorium, quo nos per medietatem carnis suae vocavit in aeternitatem, regnum eius incipit a Christianis. Sed *regni eius non erit finis*. *v. 2*

34–36 Ps. 9,7*sq.* **10, 5** in ... deum] *cf.* Ioh. 1,1 **6–9** Tim. 1,17 **10sq.** virtus ... eius[2]] *cf.* 1 Cor. 1,24 **11** per ... omnia] *cf.* Ioh. 1,3 **14** Luc. 1,33

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **10, 1** virgam] *inc. Flor* **14** finis] *des. Flor*

---

31 dixit dominus *tr.* ζ *ma* **34** *perit V_2 ε χ C **35** *perit V_2 ε χ C **36** permanet H_1 (*pc.*) ε ζ P_{23} | illi χ **37** pereunt χ **38** sedet] sedit χ | a dextris[2]] ad dexteram ε ζ **39** patris] Christus *add.* χ | omnes *om.* α_2 δ NP_6 **10, 3** regnat semper *tr. lo ma* **4** domino χ | creatae ζ C *ma* **6** invisibili] immortali *praem.* ε χ ζ C (*pc.*) P_{23} Y X **7** regi ... saeculorum[2] *om.* Mc_2 H_1 Gt P_6 *Simonetti* | et[2] *om.* χ **8** invisibili] immortali *praem.* ε χ ζ C (*pc.*) P_{23} Y X **9** invisibilis] immortalis *praem.* ε χ ζ P_{23} Y

Ponuntur ergo scabellum pedum eius inimici eius sedentis ad dexteram patris. Ponuntur, ut dictum est: id agitur, id usque in finem omnino peragitur. Nemo dicat non posse impleri quod coeptum est. Quid finem coepti desperas? Omnipotens coepit, omnipotens se promisit impleturum esse quod coepit. Unde autem coepit? VIRGAM VIRTUTIS TUAE EMITTET DOMINUS EX SION. Quae Sion, ipsa est Ierusalem. Audi ipsum dominum: *Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis tertia die.* Hinc sedet ad dexteram dei patris, resurgendo ubi fuit. Deinde illo sedente ad dexteram patris, quid agitur? Ut ponantur inimici eius scabellum pedum eius, quid agitur? Audi illum docentem et exponentem: *et praedicabitur in nomine eius paenitentia et remissio peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem*, quia VIRGAM VIRTUTIS TUAE EMITTET DOMINUS EX SION. VIRGAM VIRTUTIS TUAE, hoc est regnum potentiae tuae, quia *reges eos in virga ferrea*; EMITTET DOMINUS EX SION, quia *incipientibus ab Ierusalem*.

(11.) Cum ergo miserit ex Sion virgam virtutis eius, quid fiet? **ET DOMINABITUR IN MEDIO INIMICORUM TUORUM.** Prius dominare IN MEDIO INIMICORUM TUORUM, inter frementes gentes. Numquid enim postea, cum acceperint honorem suum sancti, et suam damnationem impii, in medio inimicorum suorum dominabitur? Et quid mirum si tunc dominabitur, secum in aeternum regnantibus iustis, et aeternis poenis ardentibus impiis? Quid mirum si tunc? Modo IN MEDIO INIMICORUM TUORUM, nunc in isto transitu saeculorum, in ista propagatione et successione mortalitatis humanae, nunc dum torrens temporum prae- mi 1454

22 Luc. 24,46 **26sq.** Luc. 24,47 **29sq.** Ps. 2,9

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

15 ponunt δ **17** peragitur omnino *tr.* α_2 δ **18** fine δ; est in fine χ **22** tertio *lo ma* **23** dei **om.* π χ P_{23} **11, 1** emiserit *ma cc* | eius] suae δ **2** dominabitur (*ita et Psalt.Ver.*)] dominaberis H_1 (*pc.*) *N lo*; dominare *Psalt.Ga. ma* **4** numquid] num V_2 δ **5** sancti et χ ζ P_{23} *ma*; scient *cett.* | in medio *rep.* δ **9** saeculorum] saeculo *praem.* χ **10** praeterlabetur χ

terlabitur, ad hoc directa est virga virtutis tuae ex Sion, ut domineris IN MEDIO INIMICORUM TUORUM. Dominare, dominare in medio paganorum, Iudaeorum, haereticorum, fratrum falsorum! Dominare, dominare, fili David, domine David, dominare in medio paganorum, Iudaeorum, haereticorum, fratrum falsorum! Dominare IN MEDIO INIMICORUM TUORUM.

Hunc versum non recte intellegimus, si non fieri iam videmus. Sede ergo a dextris dei, occultare ut credaris, donec cc 1611 impleantur tempora gentium. Sic enim scriptum est: *quem oportebat caelum repetere, donec impleantur tempora gentium.* Ut enim resurgeres, mortuus es; ut adscenderes, resurrexisti; ut sederes ad dexteram patris, ascendisti: ergo ut ad dexteram patris sederes, mortuus es. De morte enim resurrectio, de resurrectione ascensio, de ascensione ad dexteram sessio: hoc totum ergo a morte coepit. Excellentia huius claritatis principium habet humilitatis. Te itaque sedente ad dexteram patris implentur tempora gentium, ponuntur inimici omnes scabellum pedum tuorum, et ad hoc ut perveniatur, prius dominaberis IN MEDIO INIMICORUM TUORUM: ad hoc enim VIRGAM VIRTUTIS TUAE EMITTET DOMINUS EX SION. Ut autem morereris, et per mortem tuam deleretur chirographum peccatorum, et praedicaretur paenitentia et remissio delictorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem, caecitas Iudaeorum fecit (aliis illuminandis aliorum caecitas

11, 19sq. Act. 3,21 **30sq.** deleretur chirographum] *cf.* Col. 2,14 **31sq.** praedicaretur ... Ierusalem] *cf.* Luc. 24,47

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

12 dominare^2 *om.* $\delta\,\varepsilon\,\zeta$ *Y lo* | in^2 ... 14 dominare^2 *om.* χ P_{23} *X* **13** falsorum fratrum *tr. lo ma* **14** dominare^2 *om. N C* **15** paganorum ... medio *om.* Mc_2 H_1 | falsorum fratrum *tr. lo ma* **17** recte] bene $\varepsilon\,\zeta$ **19** sic ... gentium *om.* Mc_2 H_1 P_{23} **20** repetere] recipere $\varepsilon\,\zeta$ P_{23} *ma* **24** coepit a morte *tr. lo ma* **25** claritatis huius *tr. lo ma* **26** itaque] ergo δ **27** ad *om.* δ **29** suae ε emittit *K* **30** morereris *pc.* H_1; morires δ (*ac. uv.* H_1)

militavit). *Caecitas* enim *ex parte Israel facta est, ut plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret. Caecitas ex parte Israel facta* occidit te; occisus resurrexisti, sanguine tuo peccata gentium diluisti, ad dexteram patris sedens undique patientes et ad te confugientes collegisti. *Facta est* ergo *caecitas ex parte Israel, facta est ut plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israel salvus fieret*, et omnes inimici scabellum pedum tuorum. Sed hoc nunc. Postea quid?

v. 3 **(12.) TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE.** Quis iste dies est virtutis eius? Quando cum illo principium, vel quod principium, vel quomodo cum illo principium, quandoquidem et ipse principium? Adiuvet dominus, ut nec mihi dicere perturbetur, nec vobis audire. Video enim quod iam factum est, et vobiscum video oculis fidei: oculis quoque carnis video quod iam fit, mi 1455 rursusque oculis fidei vobiscum spero quod futurum est. Quid ergo factum est? Quid fit? Quid futurum est? Christus passus est, mortuus est, resurrexit tertia die, ascendit in caelum, ut novimus, quadragesimo die, sedet ad dexteram patris: hoc iam factum est, hoc non vidimus, et credimus. Quid nunc fit? Dominatur in medio inimicorum suorum, emissa virga virtutis eius ex Sion: fit hoc, id agitur. Formam servi et praesentem tunc viderunt servi, et absentem nunc credunt servi. Hoc credimus de forma servi, quod possumus capere, dum adhuc sumus servi. Hoc est enim illud lac parvulorum, quod temperavit, panem traiciens per carnem. Nam panis ille angelorum in principio erat: verbum est.

34sq. caecitas ... fieret] Rom. 11,25*sq.* **12, 10** quadragesimo die] *cf.* Act. 1,3 **13** formam servi] *cf.* Phil. 2,7 **16** lac parvulorum] *cf.* 1 Cor. 3,2 **17** panis ... angelorum] *cf.* Ps. 77,25 | in ... est] *cf.* Ioh. 1,1

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

34 Israel] in *praem.* ζP_{23} **35** Israel[2]] in *praem.* ζP_{23} **36** facta] est *add.* TP_{23} X **39** omnes χ | salvos K | fieret] erit K *Simonetti* **12, 1** est iste dies *tr.* α_2 H_1P_6 **9** est *om.* χP_{23} **11** videmus $\alpha_2\delta$ | et] sed $\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) P_{23} *ma* | credidimus χ *Simonetti* **13** formam] in *praem.* εTC **17** est *om.* $\varepsilon\zeta$ *ma*

Ut tamen panem angelorum manducaret homo, creator angelo-
cc 1612 rum factus est homo. Ita nobis verbum incarnatum factum est
20 receptibile. Quod recipere non valeremus, si filius aequalis deo non se exinaniret *formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo.* Ut ergo utcumque capere possimus eum qui non posset capi a mortalibus, mortalis factus est: mortalis, ut peracta sua morte faceret immortales, et aliquid
25 daret inspiciendum, aliquid credendum, aliquid post videndum. Inspiciendam dedit formam servi praesentibus, non solum oculis videndam, sed etiam manibus pertractandam. Cum eadem forma ascendit in caelum, credere nobis iussit quod illis videre concessit. Sed et nos habemus quod videamus: illi enim viderunt virgam
30 emissam ex Sion, nos videmus dominari in medio inimicorum suorum. Hoc totum, fratres, pertinet ad dispensationem formae servilis, quae tolerabiliter capitur a servis, et amatur a futuris liberis. Veritas enim incommutabilis quod est verbum dei, deus apud deum, per quem facta sunt omnia, *in se manens innovat*
35 *omnia.* Hanc ut videamus, magna et perfecta cordis munditia necessaria est, quae fit per fidem. Demonstrata enim forma servi, dilata est ad demonstrandam formam dei. Idem quippe in forma servi loquens servis ait: *Qui diligit me, mandata mea custodit; et qui diligit me, diligitur a patre meo; et ego diligam eum, et osten-*
40 *dam meipsum illi.* Videntibus se promisit demonstraturum se.

20–22 filius ... homo] Phil. 2,6*sq.* **33sq.** verbum ... deum] *cf.* Ioh. 1,1 **34** per ... omnia] *cf.* Ioh. 1,3 **34sq.** Sap. 7,27 **38–40** Ioh. 14,21

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

---

18 panes Mc_2 K **21** similitudinem χ **23** possemus V_2 ε ζ P_{23} *ma* | possit χ **24** mortalis] ad mortales ε χ ζ P_{23}; immortalis C X *ma* | peracta] peccata δ; peccatores V_2 G (*pc.*) | immortalis A H_1 **26** inspiciendum χ **32** amabitur ζ **35** ut *om.* δ **37** demonstranda forma χ P_{23} (*om.* ad); demonstrandum formam P_6 *mi cc*; videndum formam T | servi idem quippe in forma *tr.* N Gt **39** diligetur α_2 ε ζ C (*pc.*) P_{23} *ma* **40** videntibus ... se^2 *rep.* ε C (*pc.*) X

Quid videbant? Quid promittebat? Videbant formam servi, promittebat formam dei: *Ostendam* inquit *meipsum illi.* Si ipsa est claritas ad quam perducitur regnum quod modo transitu saeculi huius colligitur (ducitur enim ad quandam visionem ineffabilem, quam non merebuntur impii) – ceterum forma servi cum hic esset, visa est ab impiis: viderunt eam qui crediderunt, viderunt et qui occiderunt. Ne aliquid magnum putes videri formam illam: viderunt amici, viderunt inimici; et quidam videntes interfecerunt, quidam non videntes crediderunt. Hanc ergo formam servi, quam hic iam in humilitate viderunt et pii et impii, videbunt et in iudicio et pii et impii. Cum enim dominus mi 1456 ab oculis discipulorum suorum ferretur in caelum, sonuit vox angelica intuentibus eum: *Viri Galilaei, quid statis? Iste Iesus sic veniet, quomodo eum vidistis euntem in caelum. Sic* ergo, *sic*, in eadem forma. Quia de impiis dictum est: *Videbunt in quem pupugerunt*, videbunt iudicaturum, quem irriserunt iudicatum. Ipsa itaque forma servi in iudicio conspicua erit et iustis et iniustis, et piis et impiis, et fidelibus et infidelibus. Quid ergo impii non videbunt? Nam de quibus dictum est: *Videbunt in quem* cc 1613 *pupugerunt*, de ipsis rursum dictum est: *Tollatur impius, ut non videat claritatem domini.* Quid est hoc, fratres? Discernamus, discamus. Excitatur impius, ut aliquid videat; tollitur impius, ut

51–53 dominus ... eum] *cf.* Act. 1,9*sq.* **53sq.** Act. 1,11 **55sq.** Zach. 12,10 **56** irriserunt] *cf.* Luc. 23,35 **60sq.** Is. 26,10

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

41 quid[1]] qui χ | quid[1] ... illi *rep.* N^1 *Gt C* (*pc.*), *quam repetitionem post* 43 regnum *tr.* An_3 **42** dei] inspiciendam *add.* α | si *om.* P_{23} *ma*; sed *praem.* α_2 si ... 45 ceterum] *anacoluthon* **43** quo V_2 δ ζ | transitus ε **46** qui] et *praem.* ε ζ **47** videre χ **49** interfecerunt] occiderunt α_2 | interfecerunt ... videntes *om.* V_2 δ | non] eam *praem.* α_2 **50** iam **om.* π **52** ab oculis ε ζ (*cf. Act. 1,9*; *Aug. De ag. chr. 28,30*); ante oculos *cett. ma* **53** statis] aspicientes *add.* α_2; intuentes in caelum *add.* ε χ ζ *C* (*pc.*) P_{23} *ma* **55** quia] et *add.* α_2 | viderunt δ ε (*ac. uv.* An_3) **56** riserunt V_2 χ *C* **58** et[3] *om.* χ | quid ... 64 veniet *om.* α_2 **59** viderunt χ **60** rursus An_3 *C X* **61** dei δ ε ζ **62** discamus] discutiamus H_1 (*pc.*) *ma* | tolletur δ

aliquid non videat. Iam quid sit visurus, ostendimus: formam illam de qua dictum est: *Sic veniet.* Quid ergo non est visurus? *Et ostendam meipsum illi.* Quid est *meipsum*? Non formam servi. Quid est *meipsum*? 'Formam dei, in qua non rapinam arbitratus sum esse aequalis deo'. Quid est *meipsum*? *Dilectissimi, filii dei sumus, et nondum apparuit quod erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.* Haec claritas dei est ineffabilis lux, fons lucis sine commutabilitate, veritas sine defectu, sapientia in seipsa manens, innovans omnia: haec substantia dei est. Itaque tolletur impius, ut non videat hunc honorem domini. *Beati* enim *mundicordes, quia ipsi deum videbunt.*

(13.) Videtur ergo mihi, fratres, quantum nostrae capacitati dominus impertiri dignatur, de ipso tempore (si tamen dicendum est 'tempore'; quodam enim tempore venturi sumus ad non tempus), inde mihi videtur dictum (quod sine praeiudicio dicam, si quis intellegere aliquid melius, expeditius, probabilius possit), inde mihi videtur dictum: TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE. Denique hoc, quantum puto, versu consequente satis explanat. Quia enim et hic dicta est virtus eius, qua subicit gentes iugo suo, qua stravit populos non ferro, sed ligno (etsi in carne, etsi in humilitate, etsi adhuc quantum servilis forma patitur, capitur tamen magna virtus eius, quia *quod infirmum est dei, fortius est hominibus*), quia ergo dicta est et hic virtus eius, quam commendavit dicendo: VIRGAM VIRTUTIS TUAE EMITTET DOMI-

66sq. formam ... deo] *cf.* Phil. 2,6*sq.* **67–69** 1 Ioh. 3,2 **71** sapientia ... omnia] *cf.* Sap. 7,27 **73sq.** Matth. 5,8 **13, 11sq.** 1 Cor. 1,25

π (*α: V*$_2$ α_2 [= *F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

63 ostendemus *δ* **65** illis $\alpha_2 \varepsilon \chi \zeta$ | non ... meipsum *om. Gt C* **66** rapina *δ* **67** sum] est $\alpha_2 H_1$ (*pc.*) | filii] nunc *praem.* χP_{23} **68** quid $\varepsilon \zeta Y ma$ | quia *om.* $V_2 \delta$ **69** similis *A* $H_1 \chi$ **73** mundo corde π; mundi cordis χ **13, 7** quantum] tantum χ | consequenti $V_2 \varepsilon \zeta P_{23}$ **8** quia] quae $V_2 \delta \chi P_{23}$ *Simonetti* subiecit $\alpha_2 \zeta ma$ **11** dei est *tr. δ* **12** quia] quae *δ* | et hic dicta est *tr. Mc*$_2$ *T* **13** dicendum χ

NUS EX SION, ET DOMINABERIS IN MEDIO INIMICORUM TUORUM – quanta enim virtus eius dominans in medio inimicorum suorum perstrepentium, nihil contra eum valentium, quotidie sibi dicentium: *Quando morietur, et peribit nomen eius?*, cum crescat gloria eius per populos, cum eius nomini subiciantur gentes, cum peccator videat et irascatur, dentibus suis frendat et tabescat –, quia ergo est et haec virtus eius, volens propheta commendare aliter virtutem eius, sicuti est virtus dei et sapientia dei Christus mi 1457 in lumine perpetuo incommutabilis veritatis, ad quam visionem servamur, ad quam visionem differimur, ad quam visionem fide mundamur, a qua visione tollitur impius, ne videat honorem domini, hoc ergo volens ostendere, TECUM inquit PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE.

Quid est TECUM PRINCIPIUM? Quodlibet pone principium. cc 1614 Si ipsum Christum, potius diceretur 'tu es principium' quam TECUM PRINCIPIUM. Respondit enim interrogantibus: *Tu quis es?*, et ait: *Principium, quia et loquor vobis*, cum sit principium et pater, de quo unigenitus filius, in quo principio erat verbum, quia *verbum erat apud deum*. Quid ergo, si et pater principium et filius principium? Duo principia? Absit! Sicut enim pater deus et filius deus, pater autem et filius non duo dii, sed unus deus, sic pater principium, filius principium: pater autem et filius non duo, sed unum principium. TECUM PRINCIPIUM. Tunc videberis quomodo tecum sit principium. Non enim et hic non TECUM PRINCIPIUM, cum dixisti: *Ecce itis quisque ad sua, et me solum*

17 Ps. 40,6 **19** peccator ... tabescat] *cf.* Ps. 111,10 **21** virtus ... Christus] *cf.* 1 Cor. 1,24 **29sq.** Ioh. 8,25 **38sq.** Ioh. 16,32

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

14 dominare $\varepsilon\chi\zeta$ C P_{23} X *Psalt.Ga. ma* **15** dominans virtus eius *tr.* δ **20** quia] quae δ | volens *om.* δ | aliter commendare *tr.* Mc_2 P_6 **23** deferimur ε P_{23} X **24** ad quam visionem $\delta\chi$ P_{23} | tolletur δ **28** si] se χ **30** quia] qui $\alpha_2\delta\varepsilon\zeta$ P_{23} X, *Vulg.* **31** filius *om.* δ **35** filius[1]] et *praem.* α_2 G $\varepsilon\chi$ (*pc. S*) P_6 C (*pc.*) P_{23} *ma* **38** cum $\pi\zeta$ C *lo*; non enim cum $\varepsilon\chi$ P_{23} Y X *Simonetti* (*aliter interp.*); nonne enim tu *ma*

relinquetis, sed non sum solus, quia pater mecum est. Et hic ergo TECUM PRINCIPIUM. Dixisti enim et alibi: *Pater autem in me manens facit opera sua.* TECUM PRINCIPIUM, nec umquam a te separatus est pater. Sed quando videbitur tecum esse principium, tunc manifestum erit omnibus similibus iam tibi factis quoniam videbunt te sicuti es. Etenim hic Philippus te videbat, et patrem quaerebat. Tunc ergo videbitur quod nunc creditur, tunc TECUM PRINCIPIUM videntibus sanctis, videntibus iustis, sublatis de medio impiis, ne videant honorem domini.

(14.) Modo ergo credamus, fratres, quod tunc videamus. Nam et Philippus obiurgatus est quod quaereret videre patrem, cum in ipso filio non agnosceret patrem: *Tanto tempore vobiscum sum, et non cognovistis me? Philippe, qui me vidit, vidit et patrem*. Sed *qui me vidit*, non qui formam servi in me vidit. *Qui* ergo *me vidit*, qualem me abscondi timentibus me, qualem me videndum perficio sperantibus in me, *vidit et patrem*. Sed quia ista visio post erit, nunc pro illa quid habebimus? Videamus quid dicat Philippo, cui dixerat: *Qui me vidit, vidit et patrem*. Quasi ei Philippus tacitus responderet: 'Et quomodo te videbo, si aliter videris quam forma servi?', aut: 'Quomodo videbo patrem, invalidus homo mortalis, pulvis et cinis?', conversus ad eum, differens visionem, imperans fidem, qui dixerat: *Qui me vidit, vidit et patrem*, quia multum erat ad Philippum, et longe ab eo erat in deo videre,

---

40sq. Ioh. 14,10 **42–44** quando ... es] *cf.* 1 Ioh. 3,2 **44sq.** Philippus ... quaerebat] *cf.* Ioh. 14,8 **14, 3sq.** Ioh. 14,9 **6sq.** abscondi ... me[3]] *cf.* Ps. 30,20

π (*α: V*$_2$ α_2 [=*F*$_2$ *Mc*$_2$] + *δ: A G H*$_1$) ε (*N Gt An*$_3$) χ (*K S*) ζ (*P*$_6$ *T*) *C Bn*$_2$ *Ly Br*$_1$ *P*$_{23}$ *lect.sel.: Y X*

---

39 relinquitis $\varepsilon\,\zeta$ *C* (*pc.*) *P*$_{23}$ *X* | sed] *et π *C X Vulg.* **43** tunc] sic *add.* α_2 **44** sicut ε | es] est *A H*$_1$ **14, 4** cognovisti *A G* | vidit vidit] *videt videt α_2 *H*$_1$ $\varepsilon\,\zeta$ *C P*$_{23}$ *X* **5** vidit[1] ... vidit[2]] *videt *ter* $\alpha_2\,\varepsilon\,\zeta$ *P*$_{23}$ *X* **7** vidit] *videt $\pi\,\varepsilon\,\zeta$ *C P*$_{23}$ *X* **8** dicat] dicit *δ* **9** cui] qui *A G C* (*ac.*) | vidit vidit] *videt videt α_2 *H*$_1$ $\varepsilon\,\zeta$ *P*$_{23}$ *X* **11** forma] formam $\alpha_2\,\varepsilon\,\chi$; in *praem. An*$_3$ (*pc.*) *P*$_6$ *ma* | quomodo] te *add.* $\varepsilon\,\zeta$ **13** vidit vidit] *videt videt α_2 *H*$_1$ $\varepsilon\,\zeta$ *P*$_{23}$ *X* **14** in ... videre *G* (*pc.*); video videre *A G* (*ac.*); ut videret α_2 *H*$_1$ (*pc., ac. lnp.*); videre *cett. ma*

'*Non credis* inquit *quia ego in patre, et pater in me?* Quod videre nondum potes, crede, ut videre merearis'. Cum ergo ventum fuerit ut videamus, tunc apparebit TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE. Virtutis virtutis tuae: non virtutis infirmitatis tuae, quia ibi virtus virtus: habent nunc homines in fide, in spe, cc 1615
in caritate, in bonis operibus virtutes suas, sed *ibunt a virtutibus* mi 1458
in virtutem. TECUM ergo PRINCIPIUM: videberis cum patre, in patre, ut pater TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE, illius virtutis tuae quam impius non videbit. Nam et hoc infirmum tuum fortius est hominibus; etenim IN DIE VIRTUTIS TUAE TECUM PRINCIPIUM.

(15.) De qua virtute dicis, expone. Quia et hic, ut dictum est, nominata est virtus virtus eius, cum emittitur virga, virga virtutis eius ex Sion, ut dominetur in medio inimicorum suorum. De qua virtute dicis? **IN SPLENDORE SANCTORUM.** IN SPLENDORE inquit SANCTORUM. De ipsa virtute dicit, quando erunt in splendore sancti, non quando adhuc terrenam carnem gestantes et in corpore mortali atque corruptibili gementes, quod *aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*, cum ipsae cogitationes invicem non videntur, non hoc est IN SPLENDORE SANCTORUM. Sed quid est IN SPLENDORE SANCTORUM? *Donec veniat dominus, et illuminet abscondita tenebrarum, et manifestabit cogitationes cordis; et tunc laus erit unicuique a deo.*

---

15 Ioh. 14,10 **20sq.** Ps. 83,8 **23sq.** hoc ... hominibus] *cf.* 1 Cor. 1,25 **15, 1sq.** ut ... est] *cf. s.* 13, 13sq. **7sq.** Sap. 9,15 **11sq.** 1 Cor. 4,5

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

---

15 me] est *add. G (pc.) H_1 ma* **18** virtutis virtutis δχ; virtus virtutis εζ P_{23} X (*pc.*); virtutis α C *ma* | virtutis[4]] virtus εζ **19** virtus virtus V_2 A χ; virtus α_2 P_{23}; virtus virtutes G; *lnp.* H_1; virtus virtus te C; virtus virtutis tuae H_1 (*pc.*) εχζ C (*pc.*) *ma* **21** in patrem ε **25** principem δ S; in principem K **15, 1** expone ... 4 dicis *om.* δ **2** virtus[2] *om.* α_2 T *ma* | virga[1] *om.* α_2 S ζ *ma* virga[2]] virgam S **4** splendore[1]] splendoribus α_2 δ **9** ipsas V_2 A H_1 **10** quid est] quidem δ **11** veniet ε **12** manifestavit A G χ

Hoc erit IN SPLENDORE SANCTORUM, quia *tunc iusti fulgebunt in regno patris sui sicut sol.* Audite enim quid sit hoc: IN SPLENDORE SANCTORUM. *Veniet* inquit *messis, veniet finis saeculi: mittet paterfamilias angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala, et mittent in camino ignis ardentis. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui.* In quo regno? Videte si visio quaedam servatur, de qua nobis dictum est: TECUM PRINCIPIUM. In quo regno? Utique in vita aeterna. Nam ad dexteram positis hoc dicturus est: *Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi.* Deinde damnatis impiis, segregatis iustis atque laudatis, quid sequitur qui dixerat: *Percipite regnum*? *Tunc ibunt impii in ambustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam*: quod dixerat *regnum*, hoc dixit *vitam aeternam*, quo non ibunt impii. Videte si quaedam visio est vita aeterna: *Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, et quem misisti Iesum Christum*, quia TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE. Ergo TECUM PRINCIPIUM IN DIE VIRTUTIS TUAE, IN SPLENDORE SANCTORUM.

(16.) Sed hoc differtur, hoc postea dabitur: quid nunc? **EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE.** Quid hic? Si deus filium habet, numquid et uterum? Sicut carnis corpora non habet, quia cc 1616 nec sinum. Dictum est tamen: *Qui est in sinu patris, ipse narravit.* Qui est autem sinus, ipse est uterus; et sinus et uterus pro secreto positus est. Quid est EX UTERO? Ex secreto, ex occulto; de me-

13sq. Matth. 13,43 **15–17** Matth. 13,39-42 **21sq.** Matth. 25,34 **23–25** Matth. 25,46 **26–28** Ioh. 17,3 **16, 4** Ioh. 1,18

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.: Y X*

14 in hoc *tr.* $V_2\delta$ **15** veniet²] inquit *add.* δ **16** eius *om.* δ | scandala *om.* δ **17** caminum $V_2\chi P_6$ *ma* **20** vitam aeternam $\alpha_2\varepsilon T$ **22** initio] origine H_1 *Gt T* **23** qui] quid χ; quod *X ma Simonetti* **24** combustionem δT **25** hoc dixit regnum *tr. K Simonetti* | quo] in *praem.* δ **29** ergo ... sanctorum] in splendoribus ergo tecum principium in die virtutis tuae sanctorum χ **16, 1** differt $\alpha_2\delta\chi$ **3** sicut] sed *praem.* $\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) P_{23} **4** est¹ *om.* δ | narrabit *G* H_1; enarravit *ma* **5** quid *N Gt* **6** positum χ

ipso, de substantia mea, hoc est EX UTERO, quia *generationem eius quis enarrabit?* Accipiamus ergo dicentem patrem ad filium: EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE. Quid est ergo ANTE LUCIFERUM? Lucifer pro sideribus positus est, tamquam a parte totum significante scriptura, et ex eminenti stella omnia sidera. Sed illa sidera quomodo facta sunt? *Ut sint in signis et in temporibus et in* mi 1459 *diebus et in annis.* Si ergo et in signis et in temporibus posita sunt sidera, et lucifer nominatus est pro sideribus, quod est ante luciferum, hoc est ante sidera, quod est ante sidera, hoc est ante tempora: si ergo ante tempora, ab aeternitate. Noli quaerere quando: aeternitas non habet quando. 'Quando' et 'aliquando' verba sunt temporum. De patre non est natus in tempore, per quem facta sunt tempora. Dictum est ergo, ut dici oportuit, figurate, prophetice, ut et uterus pro secreta substantia, et lucifer pro temporibus poneretur. An vultis et ipsum David respiciamus, qui dominum suum dixit filium suum? Ut enim hoc diceret, audivit a domino suo: ab illo audivit a quo falli non potuit, et dixit iam dominum suum, quia DIXIT inquit DOMINUS DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS. Et ipse loquitur, ipsius quasi sermo contextus est. Si ergo ipse loquitur, forte ipse potuit dicere: EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE, ex utero virginali, EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE. Si enim illa virgo ducens propaginem de carne David, ex illo utero natus Christus, tamquam ex utero genitus a David. EX UTERO quo masculus non accessit: EX UTERO prorsus, proprie EX UTERO, quia solus ex solo utero. Ergo EX UTERO, inquit ille, qui eum dominum suum dixerat, EX UTERO ANTE

7sq. Is. 53,8 **12sq.** Gen. 1,14

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

7 eius *om.* δ **8** patrem dicentem *tr.* P_{23} X *ma* **9** ergo *om.* A (*ac.*) H_1 **11** significantes χ | eminente χ P_{23} **12** in^2 *om.* V_2 δ χ **13** et^2 *om.* χ **15** quod] et *praem.* ε ζ *ma* **16** ab aeternitate] habet aeternitatem δ **19** est *om.* V_2 δ | prophetice] et *praem.* V_2 δ **20** et^1 *om.* δ **24** suum *om.* δ **27** ex^1 ... te *om.* H_1 | ex^2 ... te] ante luciferum genuit te ex utero *tr.* A H_1 **29** natus] est *add.* δ T

LUCIFERUM GENUI TE. Et hoc ipsum ante luciferum signate dictum, et proprie dictum, et sic impletum. Noctu enim natus est dominus de utero virginis Mariae. Indicant testimonia pastorum, qui vigilias exercebant super gregem suum: EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE. O tu, domine meus, sedens ad dexteram domini mei, unde filius meus, nisi quia EX UTERO ANTE LUCIFERUM GENUI TE?

(17.) Et quid natus es? **IURAVIT DOMINUS, ET NON PAENITEBIT EUM: TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC.** Ad hoc enim natus ex utero ante luciferum, ut esses SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC. Si natum EX UTERO de virgine intellegimus, ANTE LUCIFERUM noctu, sicut evangelia contestantur, procul dubio inde EX UTERO ANTE LUCIFERUM, ut esset SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC. Nam secundum id quod natus de patre deus apud deum, coaeternus gignenti, non sacerdos; sed sacerdos propter carnem assumptam, propter victimam quam pro nobis offerret a nobis acceptam. IURAVIT ergo DOMINUS. *v. 4*

Quid est IURAVIT DOMINUS? Ergo dominus iurat, qui hominem prohibet a iurando? An forte ideo magis hominem prohibet a iurando, ne in periurium prolabatur, et ideo magis deus iurat, quia non potest esse periurus? Homo enim qui per consuetudinem iurandi potest lingua in periurium prolabi, bene prohibetur iurare: tanto enim longius erit a periurio, quanto erit longe a iurando. Qui enim iurat homo, falsum et verum iurare potest; qui autem non iurat, falsum iurare non potest, quia omni-

35sq. indicant ... suum] *cf.* Luc. 2,7*sq.* **17, 6** evangelia contestantur] *cf.* Luc. 2,8 **15** prohibet ... iurando] *cf.* Matth. 5,34

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X **17, 5** si] *inc. Flor* **11** acceptam] *des. Flor*

38 filius] *et praem.* π χ P_{23} **17, 1** quid] ad *praem. ma* **3** ex utero natus *tr.* δ **6** testantur α_2 A G **9** natus] es *add.* ε; est *add.* α_2 ζ **11** offert χ **14** hominem prohibet[1]] prohibet hominem *tr.* X *ma* **15** periuria ε ζ | deus magis *tr. lo ma*

no non iurat. Cur ergo non iuret dominus, quando domini iuramentum promissionis est firmamentum? Iuret omnino. Quid enim tu facis, cum iuras? Testaris deum: hoc est iurare, deum testari. Et ideo molestum, ne ad aliquam falsitatem testem adhibeas deum. Si ergo tu iurando testaris deum, cur ergo non et deus iurando testetur seipsum? *Vivo ego, dicit dominus*: iuratio dei est. Sic iuravit de semine Abrahae: *Vivo ego, dicit dominus*; *quoniam audisti vocem meam, et non pepercisti filio tuo unico propter me, nisi benedicens benedicam te, et implendo implebo semen tuum sicut stellas caeli, et sicut arenam quae est ad labium maris, et benedicentur in semine tuo omnes gentes.* Et semen Abrahae quod est Christus, ille semen Abrahae accipiens carnem de semine Abrahae, erit sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. De sacerdotio ergo secundum ordinem Melchisedec IURAVIT DOMINUS, ET NON PAENITEBIT EUM. Quid de sacerdotio secundum ordinem Aaron? Numquid paenitet deum sicut hominem, aut nolens cadit in aliquid ut faciat, aut imprudens prolabitur, ut postea eum de suo prolapsu paeniteat? Scit quid agat, scit quousque quid progrediatur: unde in aliud commutetur, in potestate rectoris est. Sed paenitentia mutatio rerum significatur. Quomodo enim tu, cum aliquid te paenitet, doles factum quod fecisti, sic quando aliquid deus praeter spem hominum, id est praeterquam sperant homines, mutat in aliud, paenitere se dicit; usque adeo ut et de poena nostra paeniteat eum, si nos de vita nostra mala paenituerit. IURAVIT ergo DOMINUS: IURAVIT, firmavit; NON EUM PAENITEBIT, non mutabit. Quid? TU ES SACERDOS IN AETERNUM. Ideo IN AETERNUM, quia NON PAENITEBIT EUM. Sed SACERDOS, secundum quid? Numquid erunt illae hostiae, mi 1460

26–31 Gen. 22,16-18

π (*α*: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + *δ*: *A G* H_1) *ε* (*N Gt* An_3) *χ* (*K S*) *ζ* (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

21 iuret] iurat α_2 *ε* **22** iuret] iurat *ε* **23** enim] ergo *C ma* **24** testes *δ* **26** iurando deus *tr. δ* **28** voce mea *χ* **39** quid] qui V_2 (*ac. uv.*) *δ* **40** paenitentiae *δ* **42** deus aliquid *tr. δ* **44** de vita] debita *N Gt* **46** mutavit *N Gt*

victimae oblatae a patriarchis, arae sanguinis et tabernaculum, et illa primi testamenti veteris sacramenta? Absit! Iam illa sublata sunt, everso iam templo, remoto illo sacerdotio, pereunte victima eorum et sacrificio: haec nec Iudaei habent. Vident perisse iam sacerdotium secundum ordinem Aaron, et non agnoscunt sacerdotium secundum ordinem Melchisedec. TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC. Fidelibus loquor. Si quid non intellegunt catechumeni, auferant pigritiam, festinent ad notitiam. Non ergo opus est mysteria promere: scripturae vobis intiment quid est sacerdotium secundum ordinem Melchisedec.

(18.) DOMINUS A DEXTRIS TUIS. Dominus dixerat: SEDE A DEXTRIS MEIS; nunc DOMINUS A DEXTRIS EIUS. Quasi mutaverunt sedes. An forte sic potius, IURAVIT DOMINUS, ET NON PAENITEBIT EUM: TU ES SACERDOS IN AETERNUM, ad Christum dictum est? TU ES SACERDOS IN AETERNUM, IURAVIT DOMINUS. Quis dominus? Qui DIXIT DOMINO MEO: SEDE A DEXTRIS MEIS, ipse iuravit: TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC. Et ad ipsum dominum qui iuravit, sermo directus est: DOMINUS A DEXTRIS TUIS. O tu domine, qui iurasti et dixisti: TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC, ipse SACERDOS IN AETERNUM, DOMINUS est A DEXTRIS TUIS. Ipse, inquam, SACERDOS IN AETERNUM, de quo iurasti, DOMINUS est A DEXTRIS TUIS, quia eidem domino meo dixisti: SEDE A DEXTRIS MEIS, QUOADUSQUE PONAM INIMICOS TUOS SCABELLUM PEDUM TUORUM. *v. 5*

Iste ergo dominus qui est a dextris tuis, de quo iurasti, et cui iurasti dicens: TU ES SACERDOS IN AETERNUM SECUNDUM ORDINEM MELCHISEDEC, **CONQUASSABIT IN DIE IRAE SUAE**

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

56 si] sed χP_{23} | auferunt δ **57** festinant $\delta\chi$ | est opus *tr.* ε **18, 2** mutaverint ε *ma* **9** tu *om.* $V_2\,\delta\,C$ *ma* **11** a dextris tuis est *tr.* δ **13** a dextris tuis est *tr.* δ **14** quoadusque] donec χP_{23} **18** conquassavit χP_{23} *ma*

REGES. Ipse utique Christus DOMINUS A DEXTRIS TUIS, cui iurasti, et non paenitebit te, quid aget SACERDOS IN AETERNUM? Quid aget, *qui est ad dexteram dei, et interpellat pro nobis*, tamquam sacerdos intrans in interiora veli, in sancta sanctorum, in secreta caelorum, ille solus non habens peccatum, et ideo facile mundans a peccatis? Ille ergo A DEXTRIS TUIS CONQUASSABIT IN DIE IRAE SUAE REGES. Quos reges? Quos reges, quaeris? Excidit tibi: *Adstiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum, adversus dominum et adversus christum eius*? Hos reges conquassavit gloria sua; et pondere nominis sui infirmos reddidit reges, ut non possent efficere quod volebant. Conati enim sunt multum delere nomen Christianum de terra, et non potuerunt, quia *qui offenderit in lapidem illum, conquassabitur.* Offenderunt ergo in lapidem offensionis, et ideo conquassati sunt reges, cum dicunt: 'Quis est Christus? Nescio quis Iudaeus, nescio quis Galilaeus, sic occisus, sic mortuus'. Lapis est ante pedes tuos, quasi viliter et humiliter iacens: ideo contemnendo offendis, offendendo cadis, cadendo quassaris. Si ergo tanta est ira occulti, quod erit iudicium cc 1619 manifesti? Audistis iram occulti, de qua psalmus inscribitur: *Pro occultis filii*. Nonus psalmus, si bene memini, inscribitur: *Pro occultis filii*. Et ibi ostenditur iudicium occultum irae occultae. Irato deo vivunt qui in lapidem illum offendunt: conquassantur. Et quo valet quod conquassantur? Audi et de iudicio futuro, quia *qui offenderit in lapidem illum* ait *conquassabitur; super quem*

18, 21 Rom. 8,34 **22** sacerdos ... sanctorum] *cf.* Hebr. 9,11*sq.* **22sq.** secreta caelorum] *cf.* Hebr. 9,24 **23sq.** mundans ... peccatis] *cf.* Hebr. 9,14 **26sq.** Ps. 2,2 **30sq.** Matth. 21,44; Luc. 20,18 **37sq.** Ps. 9,1 **42sq.** Matth. 21,44; Luc. 20,18

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: *A G* H_1) ε (*N Gt* An_3) χ (*K S*) ζ (P_6 *T*) *C* Bn_2 *Ly* Br_1 P_{23} *lect.sel.*: *Y X*

20 agit $\alpha\,\varepsilon$ *T C* P_{23} *X ma* **21** agit α P_{23} *ma*; *lnp. N* **22** veli α P_{23} *Simonetti*; templi δ; vel $\varepsilon\,\chi\,\zeta$ *C ma* **24** a^1 *om.* δ | conquassavit χ P_{23} *ma* **25** quos reges quos reges V_2 *K*; quos reges *cett. ma* **27** conquassabit $V_2\,\delta$ *C* **29** sunt enim *tr.* δ **36** quassaveris χ **37** *scribitur $\alpha_2\,\varepsilon$ **41** valet] et *add.* χ **42** quem] vero *add.* $\varepsilon\,\zeta$ *Y X ma*

ceciderit lapis ille, conteret eum. Cum ergo offenditur in eum, quasi humilis iacet: tunc conquassat. Cum autem conteret, desuper veniet. Videte quemadmodum his binis verbis, CONQUASSABIT et *conteret* – offendet in eum et veniet supra eum – distributa sunt duo tempora, humilitatis et claritatis Christi, occultae poenae et iudicii futuri. Eum non conteret veniens, quem non conquassat iacens. Iacens dico, tamquam contemptibilis apparens. Nam ille a dextris dei est, et valide ex alto clamavit: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Sed tamen quamvis de caelo non diceret: *quid me persequeris?*, quem nemo tangebat, nisi ita in caelo ad dexteram patris sederet ut et in terra in nobis quasi iaceret, DOMINUS A DEXTRIS TUIS CONQUASSABIT IN DIE IRAE SUAE REGES.

(19.) IUDICABIT IN GENTIBUS. Sed nunc *pro occultis*. Erit *v. 6* enim et iudicium manifestum: IUDICABIT IN GENTIBUS. Modo enim fit: *Periit memoria eorum cum strepitu*. In ipso psalmo est: *Pro occultis. Periit memoria eorum cum strepitu, et dominus in aeternum manet. Paravit in iudicio sedem suam, et ipse iudicabit* mi 1462 *orbem terrarum in aequitate*. Ibi dictum est: *Increpasti gentes, et periit impius; nomen eorum delesti in aeternum*. Hoc occulte agitur. IN DIE ergo IRAE SUAE CONQUASSABIT REGES IUDICABIT IN GENTIBUS. Quomodo? Audi quod sequitur: **REPLEBIT RUINAS.** Modo sic iudicat in gentibus, ut repleat ruinas; nam quando in fine iudicaverit, damnabit ruinas. REPLEBIT RUINAS: quas

---

50sq. Act. 9,4 **19, 1** Ps. 9,1 **3** Ps. 9,7 **4–6** periit ... aequitate] Ps. 9,7-9 **6sq.** Ps. 9,6

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) CBn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: YX

---

44 tunc] et *praem.* ε **46** offendit $\varepsilon\zeta C$ (*pc.*) P_{23} *ma* | et^2 *om.* δC | super Mc_2 An_3 *ma* **47** occulta ε (*de occulta poena cf. en. 9,1*) **48** eum] cum V_2 (*uv.*) δ **53** quasi in nobis *tr.* εP_6 **54** conquassavit χ *ma* **19, 1** iudicavit *bis* χ **3** perit V_2 A N An_3 χ C P_{23} | strepitu] sonitu $\alpha_2 P_6$ **4** perit V_2 An_3 χ C P_{23} **5** permanet $\varepsilon\zeta P_{23}$ | parabit εT | sedem] thronum *praem.* N Gt **7** perit $V_2\delta$ N $An_3\chi C$ **8** ergo *om.* $\varepsilon\zeta$ | conquassavit χ *ma* | iudicavit χC **9** quid $\alpha_2 T$ **10** iudicabit δ **11** in finem CX | iudicabit $\delta C P_{23}$ | damnavit χ | replevit χ P_{23}

ruinas? Quisquis a nomine eius timuerit, cadet; cum ceciderit, evertetur quod erat, ut aedificetur quod non erat.

IUDICABIT IN GENTIBUS, REPLEBIT RUINAS. Quisquis contumax es in Christum, casuram turrem in altum erexisti. Bonum est ut teipsum deicias, humilis reddaris, sedenti ad dexteram patris pedibus provolvaris, ut fiat in te ruina construenda. Nam si permanes in mala altitudine, tunc deicieris, quando non aedificaberis. Etenim de talibus dicit alio loco scriptura: *Destrue eos, et non aedificabis eos*. Procul dubio non diceret de quibusdam: *Destrue eos, et non aedificabis eos*, nisi quosdam ita destrueret, ut aedificaret. Quod fit hoc tempore, cum Christus in gentibus ita iudicat ut repleat ruinas. cc 1620

CONQUASSABIT CAPITA SUPER TERRAM MULTA. Hic, SUPER TERRAM, in hac vita, CONQUASSABIT CAPITA MULTA. De superbis humiles facit; et audeo dicere, fratres mei: utile est capite quassato hic humiliter ambulare quam capite erecto in iudicium aeternae mortis incidere. Multa capita conquassabit ruinas faciendo, sed replendo aedificabit.

v. 7 **(20.) DE TORRENTE IN VIA BIBET; PROPTEREA EXALTABIT CAPUT.** Videamus et in via bibentem de torrente. Primo quis est torrens? Profluxio mortalitatis humanae. Sicut enim torrens pluvialibus aquis colligitur, redundat, perstrepit, currit, et currendo decurrit, id est cursum finit, sic est omnis iste cursus mortalitatis. Nascuntur homines, vivunt, moriuntur; et aliis morientibus alii nascuntur, rursusque illis morientibus alii oriuntur: succedunt, accedunt, decedunt, nec manebunt. Quid hic tenetur? Quid

19sq. Ps. 27,5

π (α: V_2 α_2 [=F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} lect.sel.: Y X

14 iudicavit χ | replevit *K* **15** Christo α_2 *T* **16** sedentis ζ *ma* **17** revolveris δ **19** alio] in *praem.* C (*pc.*) X *ma* **22** hoc] omni π **24** conquassavit χ terra α_2χ | multam N Gt **25** conquassavit χ **26** humilis χ **28** conquassavit χ P_{23} **20, 1** bibit δχ T P_{23} | exaltavit χ C P_{23} **2** bibente χ **4** fluvialibus χ P_{23} **7** rursumque ε | illis] aliis εζ | morientibus] nascentibus ζ | oriuntur] moriuntur ζ

non currit? Quid non quasi de pluvia collectum it in abyssum? Quomodo enim fluvius repente collectus de pluvia, de guttis imbrium, it in mare, nec apparet, nec apparebat, antequam de pluvia colligeretur, sic hoc genus humanum de occultis colligitur, et profluit; morte rursum in occultum pergit: medium hoc sonat, et transit. De hoc torrente bibit ille: non est dedignatus bibere de hoc torrente. Bibere enim de hoc torrente illi erat nasci et mori. Hoc habet torrens iste nativitatem et mortem: suscepit hanc Christus; natus est, mortuus est: ita DE TORRENTE IN VIA bibit. *Exultavit* enim *sicut gigas ad currendam viam*. DE TORRENTE ergo IN VIA bibit, quia *in via peccatorum non stetit.* Quia ergo DE TORRENTE IN VIA bibit, PROPTEREA EXALTAVIT CAPUT, id est quia humiliatus est, *et factus est subditus usque ad mortem, mortem autem crucis, propterea eum deus exaltavit a mortuis, et donavit ei nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.*

20, 18 Ps. 18,6 **19** Ps. 1,1 **21–25** Phil. 2,8-11

π (α: V_2 α_2 [= F_2 Mc_2] + δ: A G H_1) ε (N Gt An_3) χ (K S) ζ (P_6 T) C Bn_2 Ly Br_1 P_{23} *lect.sel.*: Y X

10 de pluvia collectus *tr.* δ **11** apparet] quia *add.* α_2 **13** morte] in *praem.* α_2 | occulto ε **15** illi erat de hoc torrente *tr.* δ **17** mortuus] et *praem.* δ **18** exultavit ... 20 bibit *om.* H_1 | sicut] ut $\alpha_2\chi$ | ergo *om.* A G (*deest* H_1) **20** exaltabit δ **22** exaltavit eum *tr.* α (deus *om.*) | deus *om.* πC | exaltabit δ